

1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBRI XXXVII.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS CRITICIS INDICIBUSQUE

INSTRUXIT

IULIUS SILLIG.

VOLUMEN IV.

GOTHAE,

SUMPTIBUS FRID. ANDR. PERTHES.

MDCCCLV.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIA.

VOLUMEN IV.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXIII.

PROOEM. SECT. 1. Peracta cerealium in medendo quoque § 1 natura est omniumque quae ciborum aut florum odorumve gratia proveniunt supina tellure. Non cessit his Pomona partisque medicas et pendentibus dedit, non contenta protegere arborumque umbra alere quae diximus, immo veluti indignata plus auxili inesse his quae longius a caelo abessent quaeque postea coepissent; primum enim homini cibum fuisse inde et sic inducto caelum spectare pascique et nunc ex se posse sine frugibus.

2. Ergo Hercule has partes in primis dedit vitibus, non 2 contenta delicias etiam et odores atque unguenta omphacio et oenanthe ac massari, quae suis locis diximus, nobiliter instruxisse. Plurumum, inquit, homini voluptatis ex me est; ego sucum vini, liquorem olei gigno, ego palmas et poma totque varietates neque ut tellus omnia per labores, aranda tauris,

Ad hunc librum toti sunt excussi V a d; sed desunt in V d § 27—30., in a § 37—54.

§ 1. *omnium quae*, V. — *odorumve*, V T a d. *odorumque*, *β*. — *cessit his*, a d. *cessitis*, V. — *medicas et*, a d *ϑ*. *medicasset*, V. *medicas*, *β*. — *pendentibus*, a d *ϑ*. *peridentibus*, V. *pendentibus quoque*. *β*. — *umbra alere*, V T a d. *alere umbra*, *β γ*. — *veluti*, V d. *velut*, a *β γ*. — *quaeque*, V a. *q̄*, d. — *hominibus*, K. — *inducto*, V d. *inductos*, a *β*. — *spectasse*, K.

§ 2. *has partes*, r. *artes*, *θ* V T a d *γ*. *has partes primas*, Pint. — *delicias*, V a. *delicta sed*, d. — *masuari*, a. — *diximus* 12, 130—133. De massari nihil antea Plin. dixit. — *hominis*, V d. — *voluptati*, a. — *ut tellus*, d. *vitellus*, V. *t§ubis*, a. — *aranda tauris*, a. *arant data curis*, V d.

serenda areis, deinde saxis, ut quando quantove opere cibi
fiant? At ex me parata omnia, nec cura laboranda sed sese
porrigentia ultro et, si pigeat attingere, etiam cadentia.
Certavit ipsa secum plusque utilitatis causa genuit etiam
quam voluptatis.

3. Folia vitium et pampini capitis dolores inflammationes- 3
que corporum mitigant cum polenta, folia per se ardores
stomachi ex aqua frigida, cum farina vero hordei articula-
rios morbos; pampini triti et inpositi tumorem omnem sic-
cant, sucus eorum dysintericis infusus medetur. Lacrima
vitium, quae veluti cummis est, lepras et lichenas et psoras
nitro ante praeparatas sanat; eadem cum oleo saepius pilis
inlitis psilotri effectum habet maxumeque quam virides ac-
censae vites exsudant, qua et verrucae tolluntur. Pampini 4
sanguinem exscreantibus et mulierum a conceptu defectioni
diluti potu prosunt. Cortex vitium et folia arida volnerum
sanguinem sistunt ipsumque volnus conglutinant. Vitis albae
viridis tunsae suco inpetigines tolluntur. Cinis sarmentorum
vitiumque et vinaceorum condylomatis et sedis vitiis medetur
ex aceto, item luxatis et ambustis et lienis tumori cum ro-
saceo et ruta et aceto; item igni sacro ex vino citra oleum
adspergitur et intertrigini, et pilos absumit. Dant et biben- 5
dum cinerem sarmentorum ad lienis remedia aceto conspar-
sum, ita ut bini cyathi in tepida aqua bibantur utque qui
biberit in lienem iaceat. Claviculae ipsae quibus repunt
vites tritae ex aqua potae sistunt vomitionum consuetudi-
nem. Cinis vitium cum axungia vetere contra tumores pro- 6

ut quandoque tanto labore cibi fiant, Pint. — *At*, om. r. — *nec cura laboranda*, V T d. *nec curvo aboranda*, a. *nec curvo adoranda* (*adaranda*, K) *aratro*, r. *nec curvo laboranda*, γ. *nec curvo adoranda aratro, nec cura laboranda*, β.

§ 3. *Folio*, r. Ceterum v. Dioscor. 5, 1. — *pampini*, V d. *pampina*, a. *pampino*, r. — *pampini triti*, a d. *pampini trita*, V. — *medetur infusus*, d. — *gummis*, V ϑ. *gummi*, a d β γ. Nos litteram *c* restituimus. — *pilis*, om. d[1]. — *maximeque*, T a d. *maxime quae*, V. *maximeque aqua*, β. — *quam*, V a. *cum*, T d. — *exudant*, V.

§ 4. *Vitis albae — tolluntur*, om. r. — *suco*, V T a d. *succo et thure*, β. — *inpetiginis*, V. — *vina eorum*, V. — *condylomati*, V d. — *tumori*, V a. *tam ori*, d. — *sacro igni*, d. — *intertrigini*, V T d. *intertrigines*, a β.

§ 5. *sarmentorum*, V d. *sarmento*, a[1]. *sarmenti*, a[2]. — *ad lienis*, V a. *lienis ad*, d. — *consparsum*, V. *conspersum*, d β γ. *compressum*, a. — *bini*, a d. *vini*, V. — *in lienem*, a. *in liene*, V d. — *ex*, V a. *et ex*, d β γ.

§ 6. *mox et*, a. *mox ei*, V d. — *item*, omitt. V a d. — *ortus*, V. — *partes cum oleo*, a. *partes vel cum oleo*, θ T d.

ficit, fistulas purgat, mox et persanat, item nervorum dolores
frigore ortos contractionesque, contunsas vero partis cum
oleo, carnis excrescentis in ossibus cum aceto et nitro, scorpionum et canum plagas cum oleo. Corticis per se cinis
conbustis pilos reddit.

4. Omphacium qua fieret ratione incipientis uvae puber- 7
tate, in unguentorum loco docuimus; nunc ad medicinam de
eo pertinentia indicabimus. Sanat ea quae in umore sint
ulcera, ut oris, tonsillarum, genitalium; oculorum claritati
plurumum confert, scabritiae genarum ulceribusque angulorum, nubeculis, ulceribus quacumque in parte manantibus,
cicatricibus marcidis, auribus purulente limosis. Mitigatur
vehementia eius melle aut passo. Prodest et dysintericis,
sanguinem exscreantibus, anginis.

5. Omphacio cohaeret oenanthe quam vites silvestres fe- 8
runt, dicta nobis in unguenti ratione. Laudatissima in Syria,
maxume circa Antiochiae et Laodiceae montis et ex alba
vite; refrigerat, adstringit, volneribus inspergitur, stomacho
inlinitur, utilis urinae, iocineri, capitis doloribus, dysintericis,
coeliacis, cholericis, contra fastidia obolo ex aceto pota.
Siccat manantis capitis eruptiones, efficacissima ad vitia quae
sint in umidis, ideo et oris ulceribus et verendis ac sedi
cum melle et croco. Alvom sistit, genarum scabritiem emen- 9
dat oculorumque lacrimationes, ex vino stomachi dissolutionem, ex aqua frigida pota sanguinis exscreationes. Cinis eius
ad collyria et ad ulcera purganda et paronychia et pterygia
probatur; uritur in furno, donec panis percoquitur. Massaris

§ 7. *Omfacium*, V. Ceterum v. Dioscor. 5, 6. — *docuimus* 12, 130. 131. — *de eo*, ad. *deo*, V. — *humore*, θVTd. *numero*, a^{1}. *numera*, a^{2}. *humido*, βγ. *humidis*, Dalec. — *sint*, θVa. *sunt*, Tdβγ. — *tonsellarum*, V. — *quamcunque*, Va. — *auribus*, Hard. ex Dioscor. ὦτα πυορροῦντα. *ossibus*, adβγ. *ussibus*, V. — *purulentis et limosis*, K. — *Mitigatur*, θVTd. *Fatigatur*, a. *Frangitur*, β. — *et*, om. a. — *anginis*, Vd. *sanguinis*, a. Om. r.

§ 8. *serunt*, V. Ceterum v. Dioscor. 5, 5. — *dicta* 12, 132. — *nobis*, Va. *a nobis*, dβγ. — *Laoditiae*, V. — *montes. Et ex alba vite refrigerat*, K. — *stomacho*, a. *in stomacho*, Vd. — *iocineri*, a. *iocineris*, θVd. — *doloribus*, ad. *doloris*, θ. *dolori*, V. — *coeliacis, cholericis*, V. Omitt. adrγ. — *sint*, Vd. *sunt*, aβγ. — *ideo*, θVad. *ideoque*, β. — *sede*, Vd.

§ 9. *genarum*, Va. *germanum*, d. — *scabritiem*, r. *scabiem*, Vadβγ. — *potae*, Vd. — *excreationes*, θVTad. *exscreationem*, β. — *purganda et*, V. *purganda*, ad. — *et pterygia*, Vad. *pterygia*, β. — *forno*, V. — *percoquitur*, d. *percoquatur*, Vaβγ. — *Massatis*, Vd.

*

odoribus tantum gignitur, omniaque ea aviditas humani ingeni nobilitavit rapere festinando.

CAP. I. 6. Maturescentium autem uvae vehementiores 10
nigrae; ideo vinum ex his minus iucundum; suaviores albae, quoniam e tralucido facilius accipitur aer. Recentes stomachum et spiritus inflatione alvom turbant; itaque in febri damnantur, utique largiores; gravedinem enim capiti morbumque lethargum faciunt. Innocentiores quae decerptae diu pependere, qua ventilatione etiam utiles fiunt stomacho aegrisque; nam et refrigerant leviter et fastidium auferunt.

7. Quae in vino aut in dulci conditae fuere caput temptant. 11
Proxumae a pensilibus in palea servatae; nam e vinaceis servatae et caput et vesicam et stomachum infestant, sistunt tamen alvom, sanguinem exscreantibus utilissimae; quae vero in musto fuere peiorem vim etiamnum habent quam quae in vinaceis; sapa quoque inutilis stomacho facit. Saluberrimas 12
putant medici in caelesti aqua servatas, etiamsi minume iucundas, sed voluptatem earum in stomachi ardore sentiri et in amaritudine iecoris fellisque vomitione et in choleris, hydropicis cum ardore febrium aegrotantibus. At in ollis servatae et os et stomachum et aviditatem excitant; paulo tamen graviores existumantur fieri vinaceorum halitu. Uvae florem in cibis si edere gallinacei, uvas non attingunt.

8. Sarmenta earum in quibus acini fuere adstringendi vim 13
habent, efficaciora ex ollis.

9. Nuclei acinorum eandem vim optinent. Hi sunt qui in vino capiti dolorem faciant; tosti tritique stomacho utiles

§ 10. *uvarum*, K. — *ideo*, Vad. *ideoque*, βγ. — *et ralucido*, d. *et e tralucido*, V. *etlucido*, a. *e translucido*, βγ. — *et spiritus*, Brot. *et spiritum*, VTadβ. — *inflatione*, VTad. *inflammatione*, θ. *inflant*, β. — *alvum*, θVTad. *alvumque*, β. Hard. coniecit: *Recentes stomachum spiritus inflatione alvumque turbant*, secutus Dioscoridem 5, 3: ἐκταράσσει κοιλίαν καὶ ἐμπνευματοῖ στόμαχον; at propter codicum scripturam etiam h. l. errorem Plinii agnosco, quo accedit, quod per Harduini coniecturam verba *spiritus inflatione turbant* ad utrumque, et stomachum et alvum, pertinent contra sententiam Dioscoridis. — *gravidinem*, V. — *capitis*, K. — *lethargum*, θVTad. *lethargicum*, βγ.

§ 11. *Quae*, Vd. *Quae autem*, aβγ. — *aut in dulci*, Vd (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 11.) *aut dulci*, a. *et dulci*, K. *dulci*, βγ. Eadem qua h. l. ratione opponuntur sibi *vinum* et *dulce* 20, 161. — *condita*, Vd. — *a*, θVTd. *ea*, a. *sunt*, Murbac. βγ. — *paleas*, V. — *e vinaceis*, Tad. *et vinaceis*, V. *in vinaceis*, βγ. — *etiamnunc*, Vd. — *inutiles stomacho*, Vd. *stomacho inutiles*, aβγ.

§ 12. *Saluberrimas*, a. *Saluberrimum*, Vd. — *ardore sentiri et*, d. *ardores sentiri et*, V. *ardores sentient*, a. — *iecoris*, a. *coris*, V. *oris*, K. *cordis*, Td. —

sunt. Inspergitur farina eorum polentae modo potioni et dys-
intericis et coeliacis et dissoluto stomacho. Decocto etiam
eorum fovere psoras et pruritum utile est.

10. Vinacei per se minus capiti aut vesicae nocent quam 14
nuclei, mammarum inflammationi utiles cum sale triti. Deco-
ctum eorum veteres dysintericos et coeliacos iuvat et potione
ac fotu.

11. Uva theriace, de qua suo loco diximus, contra ser-
pentium ictus estur. Pampinos quoque eius edendos censent
inponendosque, vinumque et acetum ex his factum auxilia-
rem contra eadem vim habet.

12. Uva passa quam astaphida vocant stomachum, ven- 15
trem et interanea temptaret, nisi pro remedio in ipsis acinis
nuclei essent; iis exemptis vesicae utilis habetur et tussi
alba utilior. Utilis et arteriae et renibus, sicut ex his pas-
sum privatim e serpentibus contra haemorroida potens. Te- 16
stium inflammationi cum farina cumini aut coriandri inpo-
nuntur, item carbunculis, articulariis morbis, sine nucleis
tritae cum ruta; fovere ante vino ulcera oportet. Sanant epi-
nyctidas et ceria et dysinteriam cum suis nucleis; et in oleo
coctae gangraenis inlinuntur cum cortice raphani et melle.
Podagris et unguium mobilibus cum panace et per se ad
purgandum os caputque cum pipere conmanducantur.

13. Astaphis agria sive staphis, quam uvam taminiam ali- 17
qui vocant falso, suum enim genus habet, cauliculis nigris,
rectis, foliis labruscae, fert folliculos verius quam acinos,

vomitionis, VTad. — *et in*, VTad (Murbac.) *in*, βγ. — *hydropicis*, ad (Murbac.) *hydropi*, V. *hydrope*, T. — *febri*, VT. — *aegrotantibus*, om. Murbac. — *os*, a. *in os*, Vd. — *cibis si*, a. *cibos si*, V. *cibos*, d. — *dere*, V.

§ 13. *acinis*, V. — *adstringendi vim*, a. *adstringendum*, Vd. — *capiti*, θVTd. *capitis*, aβγ. — *faciant*, θVa. *faciunt*, Tdβγ. — *potioni*, Dalec. ad. *potionis*, θVTβ. — *et dysintericis*, θVT. *dysentericis*, adβγ. *in dysentericis*, Dalec. — *dissoluto*, θVTad. *dissolutis*, β.

§ 14. *utiles cum sale triti*, Vd. *triti cum sale utiles*, aβγ. — *earum*, Vd. — *ac fotu*, a. *et potu*, Vd. *et fotu*, βγ. — *luco*, V. — *diximus* 14, 117. — *vinumque*, V. *et vinum*, a. Om. d. — *habet*, θVad. *habent*, β.

§ 15. *et interanea*, θVTad. *interanea*, β. De ipsa re v. Dioscor. 5, 4. — *temptarent*, Vd. — *his*, Vd. — *sed tussi*, Dalec. — *haemorroidam*, V.

§ 16. *articulariis*, Vad. *articularibus*, β. — *si nucleis*, V. — *et ceria*, Pint. e Dioscoride. *et teria*, Tad. *et theria*, V. *et ceteriam*, ϑ. Om. β. — *os*, ad. *hos*, V. — *commanducatur*, V.

§ 17. *Astafis*, V. De ipsa re v. Dioscor. 4, 153. — *statis*, V. — *rectis*, ad. *erectis*, VT.

viridis, similis ciceri, in his nucleum triangulum. Maturescit cum vindemia nigrescitque, cum taminiae rubentis norimus acinos sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis. His nucleis ad purgationem uti non censuerim propter ancipitem strangulationem, neque ad pituitam oris siccandam, quod faucis laedunt. Phthiriasi caput et relicum 18
corpus triti liberant, facilius admixta sandaraca, item pruritu et psoris; ad dentium dolores decocuntur in aceto, ad aurium vitia, rheumatismos cicatricum, ulcerum manantia. Flos tritus in vino contra serpentis bibitur; semen enim abdicaverim propter nimiam vim ardoris. Quidam eam pituitariam vocant; plagis serpentium utique inlinunt.

14. Labrusca quoque oenanthen fert satis dictam, quae a 19
Graecis ampelos agria appellata, spissis et candicantibus foliis, geniculata, rimoso cortice, fert uvas rubentis cocci modo, quae cutem in facie mulierum purgant et varos; coxendicum et lumborum vitiis tunsae cum foliis et suco prosunt. Radix decocta in aqua pota in vini Coi cyathis duobus umorem alvi ciet; ideo hydropicis datur. Hanc potius crediderim esse quam volgus uvam taminiam vocat. Utuntur ea pro amuleto 20
et ad exspuitionem sanguinis quoque adhibent, non ultra gargarizationes et, ne quid devoretur, addito sale, thymo, aceto mulso; ideo et purgationibus ancipitem putant.

15. Est huic similis sed in salictis nascens; ideo distinguitur nomine, cum eosdem usus habeat, et salicastrum vo-

cineri, V. — *Maturescitque*, a. — *cum*, ad. Om. V. — *taminia*, d. — *illam*, Vd. *nullam*, a. — *neque ad*, V. *neque*, d. *nec ad*, a$\beta\gamma$. — *siccandam*, Vad. *ciendam*, K. — *quod fauces*, T. *quae fauces*, θVad. *fauces enim*, $\beta\gamma$.

§ 18. *relicum*, V. — *triti liberant*, VTad. *liberant triti*, $\beta\gamma$. — *psoris*, Vad. *epiphoris*, T. — *decoquntur*, V. — *reumatismos*, Vd. *rheumatismum*, a$\beta\gamma$. — *ulcera*, K. — *manantium*, d. —, *enim*, Vad. *etiam*, Dalec. Om. r. — *eam pedicularem*, K. — *plagis*, Vd. *et plagis*, a$\beta\gamma$.

§ 19. *dictam*. *Quae a*, K. Ceterum v. 12, 132. 15, 29. 21, 65. 23, 8. 9. et Dioscor. 4, 180. — *a Graecis*, Vd. *Graecis*, a. — *appellata*, ad. *appellatur*, V$\beta\gamma$. — *uvas*, ad. *quas*, V. — *varos*, Ka. *varios*, V. *variis*, dβ. — *Coi*, a. Omitt. VTd. Et quamquam Dioscorides quoque nihil de Coo vino dicit, simpliciter vinum memorans, adiectivum tamen illud gentile retinendum fuit propter 27, 44., ubi Plin. hunc locum ad verbum repetit. — *ideo*, ad. *et ideo*, VT.

§ 20. *expuitionem*, codd. Gel. *expiationem*, VTad (codd. Barbari). — *sanguinis*, VTad. *sanis*, K. — *et ultra ad gargarizationes*, Dalec. — *thymo*, ad. *cymo*, V. — *ideo et*, a. *ideo*, d. *idem et*, V. *iidem et*, r. — *ancipiti temptant*, d. — *Est*, Va. *Et*, d. — *saliscastrum*, a.

catur. Scabiem et pruriginem hominum quadripedumque
aceto mulso trita haec efficacius tollit.
16. Vitis alba est quam Graeci ampeloleucen, alii staphy- 21
len, alii melothron, alii psilotrum, alii archezostim, alii
cedrostim, alii madon appellant. Huius sarmenta longis et
exilibus internodiis geniculata scandunt; folia pampinosa ad
magnitudinem hederae dividuntur ut vitium. Radix alba,
grandis, raphano similis initio; ex ea caules asparagi simi-
litudine exeunt. Hi decocti in cibo alvom et urinam cient; 22
folia et caules exulcerant corpus, utique ulcerum phagedaenis
et gangraenis tibiarumque taedio cum sale inlinuntur. Semen
in uva raris acinis dependet, suco rubente, postea crocino.
Novere id qui coria perficiunt; illo enim utuntur. Psoris et
lepris inlinitur; lactis abundantiam facit coctum cum tritico
potumque. Radix numerosis utilitatibus nobilis contra ser- 23
pentium ictus trita drachmis duabus bibitur; vitia cutis in
facie varosque et lentigines et suggillata emendat et cica-
trices, eademque praestat in oleo decocta; datur et comitia-
libus potus, item mente conmotis aut vertigine laborantibus
drachmae pondere cotidie anno toto; et ipsa autem largior
aliquando sensus purgat. Illa vis praeclara, quod ossa infracta 24
extrahit in aqua inposita ut bryonia, quare quidam hanc
albam bryoniam vocant; alia vero nigra efficacior in eodem
usu cum melle et ture. Suppurationes incipientis discutit,
veteres maturat et purgat; ciet menses et urinam. Ecligma 25

§ 21. *ampeloleucen*, V. *ampelon leucen*, d. *ampelon leuchen*, a. — *alii staphylen*, *θ*. *alii stafilen*, Vd. *a fistafilen*, a. *alii ophiostaphylon*, Barbar. e Dioscor. 4, 181. *βγ*. Scripturam a nobis receptam tuentur etiam codd. indicis huius libri. — *melotrum*, d. — *cedrostim*, Barbar. *cedrosin*, Va. *cedrusin*, d. *agrostin*, T. — *ex ea*, Vd. *ex eo*, a. — *asparagis*, d.

§ 22. *Hi decocti*, a. *idecocti*, V. *Iidem decocti*, T. *Idem decocti*, d. *Idem cocti*, *θ*. — *cient*, Vd. *gignit*, a. — *taedio cum*; pro his vv. habent *taedioque cum* a, *taediumque cum* Vd. — *Fructus in uva*, Dalec. — *rasis*, a. — *crocino*, VT (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 161.) *croci*, ad*βγ*.

§ 23. *in facie*, omitt. Td. — *varisque*, V^{1}. *variisque*, V^{2}. — *in oleo decocta*, VTad. *decocta in oleo*, *βγ*. — *datur*, VTad (Murbac.) *Decoctae datur*, *βγ*. — *et comitialibus*, Vd. *in comitialibus*, a. — *aut vertigine*, *θ*VTd. *et vertigine*, a*βγ*. — *aliquando*, Vad. *aliquanto*, *βγ*. ὑποταράττει δὲ ἐνίοτε τὴν διάνοιαν, Dioscor., unde Cornar. probabiliter *turbat* coniicit.

§ 24. *fracta*, a. — *inpota*, a. — *ut*, codd. Barbari. *aut*, Vd. *et*, K. Om. a. — *bryenia*, codd. Barbari. — *alia*, ad. *aliam*, VK^{1}. *alba*, K^{2}. — *nigra*, ad. *nigram*, VK. — *efficaciorem in eodem usu. Cum melle et ture suppurationes*, K. — *messes*, V.

§ 25. *Eligma*, Vd.

ex ea fit suspiriosis et contra lateris dolores, volsis, ruptis.
Splenem ternis obolis pota triginta diebus consumit; inlini-
tur eadem cum fico et pterygiis digitorum. Ex vino secun-
das feminarum adposita trahit et pituitam drachma pota in
aqua mulsa. Sucus radicis colligi debet ante seminis matu- 26
ritatem, qui inlinitos per se et cum ervo laetiore quodam
colore et cutis teneritate mangonicat, serpentis fugat. Tun-
ditur ipsa radix cum fico pingui erugatque corpus, si statim
bina stadia ambulentur; alias vitiet, nisi frigida statim ab-
luatur. Iucundius hoc idem praestat nigra vitis, quoniam
alba pruritum adfert.

17. Est ergo et nigra quam proprie bryoniam vocant, alii 27
Chironiam, alii gynaecanthen aut aproniam, similem priori
praeterquam colore; huius enim nigrum esse diximus. Aspa-
ragos eius Diocles praetulit veris asparagis in cibo urinae
ciendae lienique minuendo. In frutectis et harundinetis ma-
xume nascitur. Radix foris nigra, intus buxeo colore, ossa 28
infracta vel efficacius extrahit quam supra dicta; ceterum
eidem peculiare est, quod iumentorum cervicibus unice me-
detur. Aiunt, si quis villam ea cinxerit, fugere accipitres
tutasque fieri villaticas alites. Eadem in iumento homineque
flemina aut sanguinem qui se ad talos deiecerit circumligata
sanat. Et hactenus de vitium generibus.

18. Musta differentias habent naturalis has, quod sunt can- 29

fiet, a. — *et*, a. Omitt. Vd. — *evulsis*, a. — *ruptis*, a. *corruptis*, θVTd. — *ficu*, d.

§ 26. *Succus radicis colligi debet*; haec verba Dalec. et Hard. γ ex Dioscoride, qui ait: *χυλίζεται δὲ ἡ ῥίζα αὐτῆς ἔαρος· πίνεται δὲ σὺν μελικράτῳ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ αὐτά, ἄγων φλέγμα*, ita disponunt: *succus radicis. Colligi debet ante* rell. At malo hoc quoque loco Plinii errorem agnoscere, quam vim inferre eius sermoni, qui, ubi de singulis partibus medicis alicuius herbae loquitur, numquam ceterae orationi postponit, sed semper ab iis novam periodum incipit, ut nihil dicam de pronomine *qui* statim sequente, quod ex Dalecampii interpunctione miram quandam emphasin prae se ferens consuetudini Plinii prorsus refragatur. — *seminis maturitatem*, Vad. *maturitatem seminis*, βγ. — *inlinitos*, V. *illinitos*, T. *illitus*, adβγ. — *mangonicat*, a. *mangonigat*, Vd. *mangonizat*, βγ. Huic voci addunt *corpore* a, *corpora* βγ, quorum nihil habent VTd. — *serpentes fugat*, a. Omitt. VTdr (Murbac.) γ. — *fico pingui*, V. *ficu pingui*, d. *pingui fico*, aβγ. — *vitiet*, V. *uretet*, ad. *urit*, βγ. — *statim*, VTKd. Omitt. aβγ. — *vitis*, a. *vitio*, Vd.

§ 27. *bryoniam*, v. Dioscor. 4, 182. Ceterum in Vd desunt § 27—30. — *similis priori pr. acini colore*, Dalec. — *colorem*, a. — *enim nigrum*, a (codd. Gel.)

dida aut nigra aut inter utrumque, aliaque ex quibus vinum
fiat, alia ex quibus passum; cura differentias innumerabilis
facit. In plenum ergo haec dixisse conveniat. Mustum omne
stomacho inutile, venis iucundum; a balineis raptim et sine
interspiratione potum necat; cantharidum naturae adversatur,
item serpentibus, maxume haemorroidi et salamandrae. Ca- 30
pitis dolores facit, et gutturi inutile; prodest renibus, ioci-
neri et interaneis vesicae; conlevat enim ea. Privatim contra
buprestim valet, contra meconium, lactis coagulationem, ci-
cutam, toxica, dorycnium, ex oleo potum redditumque vomi-
tionibus. Ad omnia infirmius album, iucundius passi mustum,
et quod minorem capitis dolorem adferat.

19. Vini genera differentiasque perquam multas exposui- 31
mus et fere cuiusque proprietates; neque est ulla pars diffi-
cilior tractatu aut numerosior, quippe cum sit tardum dictu
pluribus prosit an noceat. Praeterea quam ancipiti eventu
potum statim auxilium fit aut venenum! Etenim de natura
ad remedia tantum pertinente nunc loquimur. Unum de dando 32
eo volumen Asclepiades condidit ab eo cognominatus; qui
postea vero de volumine illo disseruere, innumeri. Nos ista
Romana gravitate artiumque liberalium adpetentia non ut
medici sed ut indices salutis humanae diligenter distingue-
mus. De generibus singulis disserere inmensum et inexpli-
cabile est discordibus medicorum sententiis.

enim colorem nigrum, codd. Barbari. — *diximus* § 24. — *Asparagos eius*, codd. Gel. *Asparago eius*, a. *cuius asparagos similes*, codd. Barbari.

§ 28. *buxeo*, om. a. — *dicta* § 24. — *eadem*, a. — *est*, om. a. — *in villa*, r. — *ea cinxerit*, margo Dalec. *ea tinxerit*, codd. Gel. β. *extinxerint*, a. *extruxerit*, r. *ea praecinxerit*, Hard. γ. — *fieri villaticas alites*, codd. Barbari. *aves fieri villarum aliter*, a. — *flemina*, a. *phlegma*, codd. Gel. β.

§ 29. *aliaque ex quibus — passum*, codd. Gel. *alia ex alia ex quibus passum*, a. — *balneis*, a. — *sine*; pro h. v. habet *simul* a.

§ 30. *eas*, a.

§ 31. *est ulla*, Vd. *ulla*, aβγ. — *arduum*, Hard. — *potum*, VTd. *potu*, aβγ. — *auxilio*, T. — *quae ad remedia tantum pertinet*, r.

§ 32. *dando eo*, Vad. *dando et*, ϑρφ. *dando*, β. — *cognominatus*, adϑρφ. *cognominatis*, V. *cognominatum*, βγ. At cum hoc de volumine, quod totum de vini usu medico agit, non nisi inepte dici possit, codicum quamvis partim minoris ordinis scripturam praeferendam duxi, ut iam agatur de cognomine hinc Asclepiadi dicto nobis nunc incognito. — *postea vero*, Vd. *vero postea*, aβγ. *vero post illum*, T. — *volumine*, delet Pint. — *innumeri*, TK. *innumera*, Vadβγ. *condidit. Ab eo cognominati qui postea fuere, de volumine — innumera*, Gron. — *medicis*, V. — *indices*, Θ. *iudices*, Vadβγ. — *distinguimus*, a.

20. Surrentinum veteres maxume probavere, sequens aetas 33
Albanum aut Falernum et deinde alia alii iniquissimo genere
decreti, quod cuique gratissimum, ceteris omnibus pronun-
tiando. Quod ut constarent sententiae, quota portio tamen
mortalium his generibus posset uti? Iam vero nec proceres
usquam sinceris; eo venere mores ut nomina modo cellarum
veneant, statim in lacibus vindemiae adulterentur. Ergo Her- 34
cules, mirum dictu, innocentius iam est quodcumque et igno-
bilius; hae tamen facere constantissime videntur sententiae,
quorum mentionem fecimus. Si quis hoc quoque discrimen
exigit, Falernum nec in novitate nec in nimia vetustate
corpori salubre est; media eius aetas a xv annis incipit. In 35
frigido potu stomacho utile, non item in calida; diutinae
tussi sorbetur merum utiliter a ieiunis, item in quartanis.
Nullo aeque venae excitantur. Alvom sistit, corpus alit. Cre-
ditum est obscuritatem visus facere, nec prodesse nervis aut
vesicae. Albana nervis utiliora, stomacho minus quae sunt
dulcia. Austera vel Falerno utiliora; concoctionem minus
adiuvant, stomachum modice inplent; at Surrentina nullo
modo, nec caput temptant; stomachi et intestinorum rheu-
matismos cohibent. Caecuba iam non gignuntur.

21. Et quae supersunt Setina cibos concoqui cogunt; vi- 36
rium plus Surrentino, austeritatis Albano; vehementiae minus

§ 33. *et deinde*, θ V T d. *deinde*, a β γ. — *pronuntiando*, V d. *pronuntianda*, a. *praeferendo*, K[1]. *praeponendo*, K[2]. — *Quod*, V a d. *Quin*, β γ. At v. 18, 194. — *constarent*, V a. *constant*, d. *constent*, K. — *mortalibus*, a. — *his*, θ V a d. *iis*, β. — *ne*, V. — *nusquam*, V d. *unquam*, a r γ. — *venire*, V d. — *veniant*, V d. — *statim*, V a. *statimque*, d β γ. — *lacibus*, V a d. *lacubus*, β γ. — *vendemiae*, V.

§ 34. *Hercules*, V d. *Hercle*, a β γ. — *hae*, V. *haec*, a d β γ. — *fecere*, V. — *sententiae*, θ V d. *victoriae*, a. *sententiae victoriam*, β. *victoriam*, γ. — *quorum*, a. *quoniam*, V d. *quarum*, Gron.; at v. Wagner. ad Vergil. Aen. 11, 172. — *discrimus*, V[1]. *discriminiosi*, V[2]. — *exigit*, θ V T d r. *exegit*, a. *exigat*, β. — *alternum*, a. — *minia*, V. — *a XV annis*, T a d. *axu annit*, V. *a quintodecimo anno*, β γ.

§ 35. *In frigido*, ita nos scripsimus. *nirigido*, V. *ne rigido*, a d. *Non rigido*, T. *Hoc non frigido* et *inutile*, r. *Hoc non rigido*, β γ. — *potu stomacho*, a. *potus stomacho*, V d. *stomacho potu*, r. — *item*, a. *idem*, V d r. — *calida*, V a d. *calido*, β γ. — *diutinae tussi sorbetur merum*, ita nos scripsimus ex claris codicum vestigiis comparatis cum editionum vulgatarum scriptura. *diutinae tussis orbetur merum*, a. *diutinae iussit orbe verberum*, V d. *et in diutina tussi sorbetur merum*, β γ. — *alit*, a d. *aliter*, V. — *Creditum est*, Dioscor. 5, 10. — *nec*, a d. *nec non*, θ V. — *aut vesicae. Albana nervis*, a. Omitt. V d. — *ustera*, V. — *Falerno*, V a (codd. Gel.) *Falernum*, d. — *nec*, V a. *donec*, d. Om. K.

§ 36. *Et quae*, V a d. *At quae*, β γ. — *concoqui cibos*, a d. — *coguntur*, a. — *Surrentino*, V a d. *Surrentina*, Gron. γ. — *Albano*, V a d. *minus Albano*, T. *Al-*

Falerna habent. Ab his Statana non longo intervallo afuerint. Alvo citae Signinum maxume conducere indubitatum est.

22. Reliqua in conmune dicentur. Vino aluntur vires, san- 37
guis colosque hominum. Hoc distat orbis medius et mitior plaga a circumiectis; quantum illis feritas facit roboris, tantum nobis hic sucus. Lacteus potus ossa alit, frugum nervos, aquae carnis; ideo minus ruboris est in corporibus illis
et minus roboris contraque labores patientiae. Vino modico 38
nervi iuvantur, copiosiore laeduntur; sic et oculi; stomachus recreatur et adpetentia ciborum invitatur, tristitia et cura hebetatur, urina et algor expellitur, somnus conciliatur. Praeterea vomitiones sistit, collectiones extra lanis umidis inpositis mitigat. Asclepiades utilitatem vini aequari vix deorum potentia posse pronuntiavit. Vetus copiosiore aqua miscetur magisque urinam expellit, minus siti resistit; dulce minus inebriat sed stomacho innatat, austerum facilius con-
coquitur. Levissimum est quod celerrime inveteratur; minus 39
infestat nervos quod vetustate dulcescit. Stomacho minus utile est pingue, nigrum, sed corpora magis alit; tenue et austerum minus alit, magis stomachum nutrit, celerius per urinam transit; tanto magis capita temptat; hoc et in omni alio suco semel dictum sit. Vinum si sit fumo inveteratum,

bana, Gron. γ. — *Falerna habent*, Gron. *Falerno habent*, θ V T a d $\vartheta\,\varphi$. *quam Falerno*, K. *Falerno*, β. — *afuerint*, V. *abfuerint*, a d $\beta\gamma$. — *Signium*, V d. *Signum*, a. Illa scribendi forma Graecis usitata videtur fuisse; v. Strab. 5. p. 237. et Galen. antid. 1, 3.

§ 37. *dicentur*. Haec vox ultima est codicis a hoc in folio, in cuius margine haec sunt scripta ab antiqua manu: „*deē inī haec unū foliū de h̄ libro in q̊ disputat- de vini generibς.*" In initio paginae sequentis leguntur adscripta a manu paulo recentiore: „*hi sex folia sunt de XXIII. libro et hic intermitte de libro quē scribis folium vacuū. quia hic plenitudo deē.*" Rursus incipit codex a § 55. a verbis *rimum fotu medetur*. Eadem lacuna est in $\vartheta\,\rho\,\varphi$. — *dolosque*, V. *dolusque*, d. — *Hoc*, V T d. *Hoc quoque*, $\beta\gamma$. — *circumtectis*, θ V T d. — *illi*, d. — *Lacteus*, Dalec. V[2]. *Lactus*, θ V[1]. *Letus*, T d. *Lactis*, $\beta\gamma$. — *aquae*, d. *aqua*, θ V T.

§ 38. *et adpetentia*, θ V. *appetentia*, d $\beta\gamma$. — *invitantur*, V d. — *et cura*, T. *cura*, V d. — *habetatur*, V. — *inpositus*, V. — *posse*, V. Omitt. d $\beta\gamma$. — *magis novo*, V[2]. *magis ovo*, V[1]. *magis otio*, T d. — *austerum*, d. *veterum*, V.

§ 39. *celerrime*, d. *a celerrimo*, V. — *magis alit corpora*, d. — *tanto*, θ V T d. *tantoque*, $\beta\gamma$. — *Vinum Situinum fumo*, θ T. *Vinum sit vinum fumo*, V d. *De vino Situino med.*, θ in lemmate. Quamquam vinum Situinum prorsus nobis incognitum modo librariis suam originem debet, corruptae tamen codicum scripturae vitium vulgatae convincunt, quae insuper deleto statim infra sequente verbo substantivo ut interpolata arguitur. Haec enim sana esse non

insaluberrimum; mangones ista in apothecis excogitavere;
iam et patresfamilias aetatem addunt his quae per se cariem
trahunt. Quo certe vocabulo satis consili dedere prisci, quon- 40
iam et in materiis cariem fumus erodit; at nos e diverso
fumi amaritudine vetustatem indui persuasum habemus. Quae
sunt admodum exalbida, haec vetustate salubria fiunt. Quo
generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit et in
amaritudinem corpori minume utilem coit. Condire eo aliud
minus annosum insalubre est. Sua cuique vino saliva inno-
centissima, sua cuique aetas gratissima, hoc est media.

23. Corpus augere volentibus aut mollire alvom conducit 41
inter cibos bibere, contra minuentibus alvomque cohibentibus
sitire in edendo, postea parum bibere. Vinum ieiunos bibere,
novicio invento, inutilissimum est curas vigoremque animi
ad procinctum tendentibus, somno vero ac securitatibus iam-
dudum hoc fuit quod Homerica illa Helena ante cibum mi-
nistravit; sic quoque in proverbium cessit sapientiam vino
obumbrari. Vino debemus homines, quod soli animalium non 42
sitientes bibimus. Aquae potum interponere utilissimum,
itemque iugem superbibere; ebrietatem quidem frigidae po-
tus extemplo discutit. Meracis potionibus per viginti dies
ante canis ortum totidemque postea suadet Hesiodus uti.
Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum, aco- 43
nita, viscum, meconium, argentum vivom, apis, vespas, cra-
brones, phalangia, serpentium scorpionumque ictus contraque

potest, cum in ea id, quod omnibus vinis inde ex longo tempore (v. 14, 94.) fieri solebat, ut in apothecis fumo uterentur, h. l. gravissime vituperetur. In corruptela illa *situinum* latet nomen alicuius ligni vel fruticis (fortasse *viticum*), quod ad inveterandum vinum adhibitum a Plinio damnatur. Nunc demum querela de mangonibus intelligi potest, in vulgata scriptura prorsus inepta. — *insaluberrimum*, V d. *insaluberrimum est*, β γ. — *mangone sistat*, V. — *addunt his quae*, θ. *addi atque*, V d. *ademere his quae*, β. *addi his quae*, T γ. — *trahunt*, θ. *traxere*, V d β γ.

§ 40. *Quod*, V. — *quoniam et*, V d. *ceterum*, K. — *materis*, V. — *erodii ad*, V. — *vetustate*, V. — *induci*, K. — *salubria*, defendit Gesner. chrestom. p. 622. collatis verbis *ad omnia autem maxime album inveterascens* § 44. *insalubria*, θ V T d γ. — *fiunt*, V. *sunt*, d. — *est*, d. *cum*, V. — *et*, d. *est*, V. — *utilem*, d. *utile*, V[1]. *inutile*, V[2]. — *cuique*, V. *quoque*, d. — *vino — cuique*, omitt. θ V. — *quoque*, d.

§ 41. *condecet*, V[2]. — *curis*, V d δ γ. A voce *Curas in* β nova periodus incipit; v. adnot. seq. — *animi*, V d δ. *animi impedit*, β. — *intendentibus*, Gron.; at *tendere animum vigilem* dixit etiam Stat. Achill. 1, 543. — *vero accommodatum ac securitati*, Erasmus ap. Dalec. — *profuit*, K. — *Homaerica*, V. — *Helena*, v. Odyss. δ, 19.

omnia quae refrigerando nocent, privatim contra haemorroidas, presteras, fungos, item contra inflationes rosionesque praecordiorum et quorum stomachus in vomitiones effunditur et si venter aut interanea rheumatismum sentiant, dysintericis, sudatoribus e longa tussi, in epiphoris meracum. Car- 44
diacis in mamma laeva merum in spongea inponi prodest, ad omnia autem maxume album inveterascens. Utiliter et fovetur vino calido virilitas iumentis; infusum autem cornu iis lassitudinem aufert. Simias quadripedesque quibus digiti sunt negant crescere adsuetas meri potu.

24. Nunc circa aegritudines sermo de vinis erit. Saluber- 45
rimum liberaliter genitis Campaniae quodcumque tenuissimum, volgo vero quod quemque maxume iuverit validum. Utilissimum omnibus sacco viribus fractis; meminerimus sucum esse qui fervendo viris e musto sibi fecerit. Misceri plura genera omnibus inutile; saluberrimum cui nihil in musta additum est, meliusque, si nec vasis pix adfuit. Marmore enim et gypso aut calce condita quis non et validus expaverit? In primis igitur vinum marina aqua factum inutile est stomacho, nervis, vesicae. Resina condita frigidis sto- 46
machis utilia existumantur, non expedire vomitionibus, sicut neque mustum neque sapa neque passum. Novicium resinatum nulli conducit, capitis dolorem et vertigines facit; ab hoc dicta crapula est. Tussientibus et in rheumatismo nomi-

§ 42. *debemus*, codd. Barbari. *demus*, θV. *damus*, Tdγ. *vitio damus homini*, alii codd. Barbari. — *iugem*, Gron. *iuge*, θ. *iugi*, Vdβγ. *iugiter*, K. *interque iungere ac superb.*, Pint. *e iugi*, Hard. — *superbire*, V. — *ebrietatem*, θVTdδ. *ebrietati quam*, β. — *Hesiodus* loco aliquo deperdito; male huc retulit Hard. Hesiodi ἔργ. κ. ἡμ. 596.

§ 43. *Merum quidem*, Dioscor. 5, 11. — *privatim contra*; pro his vv. habent *privatim cum* Vd. — *e longa*, θVd. *in longa*, βγ. — *moracum*, V. *mora con*, d.

§ 44. *Cordiacis*, Vd. *At vero cardiacis*, βγ. — *inveterascens*, V. *inveterescens*, θTd. — *et*, Vd. *etiam*, βγ. — *infusum autem*, ita nos scripsimus. *infusa*, θVTd. *quo etiam infuso*, βγ. — *cornu iis*, ita nos scripsimus. *cornus*, θ. *cornu*, VTd. *Cornu* h. l. idem quod infundibulum corneum coll. 18, 261. — *aufert*, ita nos scripsimus. *aut peri*, V. *auferri*, d. *auferunt*, θ. *auferri aiunt*, βγ. — *potui*, K.

§ 45. *iuverit. Validum utilissimum omnibus*, K. — *validam*, V. — *in musto sibi facit*, K. — *in musta additum*, Vd. *in musto additum*, β. — *nec vasis*, codd. Barbari. *sine vasis*, V. *sine causis*, d. — *enim*, d. *ens*, V. — *non et*, Gron. d. *non sit*, V. *non etiam*, βγ. — *expaverat*, V. — *stomacho est*, d.

§ 46. *existimantur sed non*, K. Ceterum v. Dioscor. 5, 9. 43. — *vomitionibus*, θVTd. *vomitoribus*, β, quod praefert Gesner. chrestom. p. 629. — *sapam*, K. — *vertiginem*, d.

nata prosunt, item coeliacis et dysintericis, mulierum mensibus. In hoc genere rubrum nigrumve magis constringit magisque calefacit. Innocentius pice sola conditum; sed et picem meminisse debemus non aliud esse quam conbustae resinae fluxum. Hoc genus vini excalfacit, concoquit, purgat, 47
pectori, ventri utile, item volvarum dolori, si sine febre sint, veteri rheumatismo, exulcerationi, ruptis, convolsis, vomicis, nervorum infirmitati, inflationibus, tussi, anhelationibus, luxatis in sucida lana inpositum. Ad omnia haec utilius id quod sponte naturae suae piceum resipit picatumque appellatur; helvennaco tamen nimio caput temptari convenit. Quod 48
ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in febri nisi veteribus aegris nec nisi declinante morbo, in acutis vero periculis nullis nisi qui manifestas remissiones habeant et has noctu potius, — dimidia enim pars periculi est noctu, hoc est spe somni bibentibus, — nec a partu abortuve nec a libidine aegrotantibus, nec in capitis doloribus, nec quorum accessiones cum frigore extremitatum fient, nec in febri tussientibus, nec in tremore nervorum vel doloribus faucium aut si vis morbi circa ilia intellegatur, nec in duritia praecordiorum, venarum vehementia, neque in opisthotono, tetano, nec singultientibus, nec si cum febri dyspnoea sit; minume vero oculis rigentibus et genis stantibus aut 49

magis constringit, om. V.

§ 47. *dolori si*, d. *dolores*, V. — *reumatismo*, V ubique. — *infirmitantium*, V d. — *inflammationibus*, d. — *hanelationibus*, V. — *piceum*, θ V T. *picem*, d (codd. Barbari) βγ. — *Helven cypacro cotamen*, V. *helven cypacro quo tamen*, d. *helvenaco quoque tamen*, βγ. Hic ego primum *helvennaco* scripsi coll. 14, 32. 84., deinde eieci copulam *quoque* orationi prorsus contrariam unique librariorum interpolationi debitam; quid tamen in syllabis *cypacro co* vel *quo* lateat, incertum. Verba Plinii 14, 18., quae huc referri possint: *vitis per se in vino picem resipiens* — — *Arverno Sequanoque et Helvico generibus non pridem illustrata*, nihil auxilii praebent.

§ 48. *valitudines*, V[2] d. — *febri*, θ V d. *febre*, β. — *aegris*, θ V T d. *aegris vinum*, β. — *declinanti*, V. — *remisiones*, V uti aliquoties. — *enim*, om. d. — *periculi abest noctu*, K. — *spes omnibus*, V d. — *nec a partu* — *aegrotantibus*, om. V d. — *fient*, V d. *fiant*, βγ. — *nervorum vel*, θ V d. *nervorumque*, βγ. — *doloribus faucium*, ita nos scripsimus. *doloribus vel faucium*, βγ. — *ilia*, K. *illa*, V d βγ. — *urinarum*, K. — *tetanon et*, V. *taetanon et*, d. — *febri*, θ. *febridis*, V d. *febre*, β.

§ 49. *et genis*; pro his vv. habent *egentis* V d. — *gravibus*, V d. *gravibusque*, βγ. — *nec*, d. *ne*, V. — *coniventium*, V. — *palpebrisve*, θ V T d. *neu palpebris*, β. — *evenit*, θ V d. *eveniet*, βγ. — *aut*, d. *ad*, V. — *cruores*, V. — *lemae*, d (codd. Barbari). *laeme*, V. — *nec gravi*, V d. *vel gravi*, K. — *rursū*, d. — *effundetur*, V. *effundatur*, θ T d γ.

defectis gravibus, nec quorum conniventium perlucebunt oculi palpebrisve non coeuntibus, vel si dormientibus hoc idem evenit aut si cruore subfunduntur oculi vel si lemae in oculis erunt; minume lingua fungosa nec gravi et subinde inperfecta loquentibus, nec si urina difficile reddetur, neque expavescentibus repente nec spasticis aut rursus torpentibus, nec si per somnos genitura effundetur.

25. Cardiacorum morbo unicam spem in vino esse certum 50
est, sed id dandum quidam non nisi in accessione censent,
alii non nisi in remissione, illi, ut sudorem coerceant, hi,
quia tutius putant minuente se morbo, quam plurium sen-
tentiam esse video. Dari utique non nisi in cibo debet, nec
a somno nec praecedente alio potu, hoc est utique sitienti,
nec nisi in desperatione suprema; et viro facilius quam fe- 51
minae, seni quam iuveni, iuveni quam puero, hieme quam
aestate, adsuetis potius quam expertibus. Modus dandi pro
vehementia vini, item mixtura aquae; volgo satis putant unum
vini cyathum duobus aquae misceri; si dissolutio sit sto-
machi, largius dandum, et si cibus non descendat.

26. Inter vini genera quae fingi docuimus, nec fieri iam 52
arbitror, et supervacuum est eorum usum docere, cum ipsis
rebus ex quibus finguntur doceamus uti. Et alias modum

§ 50. *spem hanc vino*, θ V d. Cum haec scriptura vix casui alicui tribui possit, scripsisse Plinium existimo *spem hanc esse certum est*, ita ut statim infra *sed iis dandum* scribatur. — *quidam*, om. V. — *cessent*, V. — *alii in remissione* omissis *non nisi*, θ V d. — *coherceant*, V. — *totius*, V. — *plurimum*, V. — *nec a somno*, V d. *a somno*, γ vitio operarum. — *sitienti*, V. *sitiente*, d. *nisi sitienti*, Dalec. — *summa*, K.

§ 51. *iuveni*, om. d. — *potius*, V d. *potu*, T. — *inexpertibus*, d. — *misturae*, K. — *aquae; vulgo*, T K. *a quae vulgo*, V (una littera post *a* erasa). *Atque vulgo*, d β γ. — *vini*, omitt. V T d. — *largius*, K. Omitt. V d β γ. — *et*, omitt. θ V d.

§ 52. *Inter*, d. *mĩt*, V. — *docuimus* 14, 98—113. — *nec fieri iam arbitror.* Totum hunc locum qui perlegerit, cum et sententia et constructione cassum esse inveniat necesse est. Verba enim in lemmate proposita ad superiora referri nequeunt, cum Plin. 14, 98 seqq. maximum vinorum ficticiorum numerum commemoraverit et proinde ipsa haec verba ineptissime addantur; porro subiectum totius enuntiationis frustra quaeritur. Iam vero cum 14, 111. dixerit: *vocarunt et scyzinum et itaeomelin et lectisphagiten, quorum iam oblitterata ratio est*, nihil certius videtur, quam ante illa verba lemmatis excidisse *sunt quae*, ita ut tum *nec — et* egregie sibi respondeant, coll. 10, 134. De pronomine autem demonstrativo substituto pro altero relativo v. Madvig. opuscc. acad. II. p. 178. ad Cic. de finn. I. 12, 42. p. 88. — *supervacuum est*, ita nos scripsimus coll. 7, 140. 27, 57. 28, 30. *supervacue*, V (sub tribus ultimis litteris aliquid erasum). *superbire*, d. *supervacaneum*, β. *supervacuum*, γ. — *fingitur*, V d. — *docere*, K. Omitt. V d β γ. — *doceamus*, V d. *possimus*, K.

excesserat medicorum in his ostentatio, veluti e napis vinum
utile esse ab armorum equitandive lassitudine praecipientium,
atque, ut reliqua omittamus, etiam e iunipero. Et quis satius
censeat apsinthite vino utendum potius quam apsinthio ipso?
In reliquis omittatur et palmeum capiti noxium ventrique 53
tantum molliendo et sanguinem exscreantibus non inutile.
Ficticium non potest videri quod bion appellavimus, cum sit
in eo sola pro arte festinatio; prodest stomacho dissoluto
aut cibos non perficienti, praegnantibus, defectis, paralyticis,
tremulis, vertigini, torminibus, ischiadicis; in pestilentia
quoque ac peregrinationibus vim magnam auxiliandi habere
dicitur.

27. Vini etiam vitium transit in remedia. Aceto summa 54
vis est in refrigerando, non tamen minor in discutiendo; ita
fit ut infuso terra spumet. Dictum est saepius diceturque
quotiens cum aliis prosit; per se haustum fastidia discutit,
singultus cohibet, sternumenta olfactatum; in balineis aestus
arcet, si contineatur ore. Quin et cum aqua bibitur; multorum
stomacho utiliter gargarizatur, cum eadem convalescentium
et a solis ardoribus. Oculis quoque illo modo saluber- 55
rimum fotu; medetur potae hirudini, item lepris, furfuribus,
ulceribus manantibus, canis morsibus, scorpionum ictibus,
scolopendrarum, muris aranei contraque omnium aculeatorum
venena et pruritus, item contra multipedae morsum. Calidum

e napis, Barbar. *in apis*, V d. — *equitandi vel*, V. — *et iunipino*, V d. — *Et si quis*, d. — *absentite*, V. — *absentio*, V.

§ 53. *omittatur*, d. *omittetur*, *βγ*. Om. V. — *morando*, Cornar. ex Dioscor. 5, 40: *ποιῶν πρὸς ῥεύματα διὰ τὸ στύφειν*. Idem vel *molliori* proponit Hard. — *excreantibus. Non inutile ficticium*, K. — *Facticium*, V[2]. — *appellavimus* 14, 77. — *festinato*, V. — *perficiente*, V. — *sciadicis*, V d.

§ 54. *transit et in*, T. — *est*, d. *et*, V. — *maior*, V. — *infuso terra*, K. *infuso terrae*, V d. *infusum terrae*, *βγ*. *quo fit ut terra respersa aceto spumet*, Cel. V. 27, 4. — *quotiescumque alias*, *θ*. *quotiescumque alia*, V. *quotiescumque alii*, d. — *cohibet*, V[2] d. *prohibet*, *θ* V[1]. — *sternumenta*, ita nos scripsimus. *sternutamenta*, V d *βγ*. Vid. ad 32, 28. — *olfactatum*, ita nos scripsimus. *olfactat vini*, V. *olfactat. Vim*, d. *olfactu. Vim*, *βγ*. — *in*, d. Om. V. — *bibitur multis. Cum stomaticis utiliter gargarizatur. Cutem non velatam tuetur a solis*, K.

§ 55. *saluberrimum*, *θ* V T d. *rimum*, a hinc rursus incipiens; v. ad § 37. *saluberrimum; plurimum*, *ϑρφβ*. — *fotu*, T a d *ρφ*. *foetu*, *ϑ*. *potu*, *θ* V (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 5, 17.) — *medetur potae hirudini*, Hard. *medetur; prodest contra hirudines*, r. *medetur post hirudines*, *θ* (Murbac.) *medetur post hirundines*, T d. *medetur post irundines*, V. *medetur post erudines*, a. *medetur. prodest erudines*, *ϑ*. *medetur; prodest contra erudines*, *ρφ*. *medetur post uredines*, *β*. *βδέλλας ποθείσας καταρροφούμενον ἀποβάλλει*, Dioscor. 5, 21. Quod ad sententiam

in spongea, adiecto sulphuris sextante sextariis tribus aut
hysopi fasciculo, medetur et sedis vitiis, in sanguinis fluctione
post excisos calculos et omni alia foris in spongea inposi-
tum, intus potum cyathis binis quam acerrimum. Congloba- 56
tum utique sanguinem discutit; contra lichenas et bibitur et
inponitur; sistit alvom et rheumatismos interaneorum infu-
sum, item procidentia sedis volvaeque. Tussim veterem in-
hibet et gutturis rheumatismos, orthopnoeam, dentium labe-
factationem; vesicae nocet nervorumque infirmitatibus. Nesciere
medici quantum contra aspidas polleret; nuper ab aspide
calcata percussus utrem aceti ferens quotiens deposuisset
sentiebat ictum, alias inlaeso similis; intellectum ibi reme-
dium est potuque succursum; neque aliter os conluunt ve-
nena exsugentes. In totum domitrix vis haec non ciborum 57
modo est verum et rerum plurumarum; saxa rumpit infusum
quae non ruperit ignis antecedens. Cibos quidem et sapores
non alius magis sucus conmendat aut excitat, in quo usu
mitigatur usto pane aut cum vino, vel accenditur pipere ac
lasere; utique sale conpescitur. Non est praetereundum in 58
eo exemplum ingens; siquidem M. Agrippa supremis suis
annis conflictatus gravi morbo pedum cum dolorem eum
perpeti nequiret, unius medicorum portentosa scientia, igno-
rante divo Augusto, tanti putavit usu pedum sensuque omni

verborum attinet, Harduinum codd. θr adiutum ea emendasse certum est; at dubitatio remanet de structura, cum omnes quotquot sunt codd. substantivum in *es* neque in *i* terminent. Hinc in subsidium vocatis codd. rρφ scribendum puto *medetur contra potas hirudines*, de qua locutione v. ad 32, 85. — *aranei contraque*, a. *araneique contra*, Td (Murbac.) *aranei quae contra*, V. — *aculeatorum*, Murbac. *aculeorum*, Tad. *oculorum*, θV. — *millepedae*, Murbac. — *Calidum in*; pro his vv. habent *in calidum* Vad. — *adiecto*, Var. *aut adiecto*, Td. *appositum adiecto*, β. *appositum aut adiecto*, Murbac. — *tribus*, Vad. *tribus aceti*, βγ. — *fasciculi*, V. — *et sedis*, V (Murbac.) *sedis* adβγ. — *fluctione* rell., Dioscor. 5, 23. — *omnis alas*, V. *omnes alas*, d. *omnis alias*, a. — *spongeas*, a. *spongias*, d. *spotigeas*, V.

§ 56. *Conglobatum*, Vad. *Contra conglobatum*, Murbac. — *discutit; contra lignē*, a. Omitt. Vd (Murbac.) — *alvum*, θVTad. *alvos*, β. — *vulvaeque*, Vd. *vulve*, a. — *orthopneum*, d. — *Nesciere medici*, a. *Nescire neque dici*, Vd. — *percussos*, V. — *similis*, Va. *Similiter*, d. — *aliter*, θVTd. *altero*, aβγ. — *os coluunt*, V. *osculant*, d. *colunt*, a.

§ 57. *vomitrix*, Vad. — *vix*, V. — *saxarum potu fusum*, d. — *usto*, θVTd. *tosto*, aβ. — *cum vino*, θVTd. *cumino*, Murbac. *vino*, aβ. — *lasere*, a. *lasari*, d. *lasar*, V. — *utique*, a. *utique non*, Vd. — *conspescitur*, V.

§ 58. *suppremis*, V. — *pedum morbo*, d. — *Musae medici*. Pint. — *tanti*, Vad. *satius*, K.

carere, dummodo et dolore illo careret, demersis in acetum calidum cruribus in acerrimo inpetu morbi ......

II. 28. Acetum scillinum inveteratum magis probatur. 59
Prodest super ea quae diximus acescentibus cibis — gustatum enim discutit poenam eam, — et his qui ieiuni vomant, — callum enim faucium facit ac stomachi; — odorem oris tollit, gingivas adstringit, dentis firmat, colorem meliorem praestat; tarditatem quoque aurium gargarizatione purgat et transitum auditus aperit, oculorum aciem obiter exacuit, comitialibus, melancholicis, vertigini, volvarum strangulationibus, percussis aut praecipitatis et ob id sanguine conglobato, nervis infirmis, renium vitiis perquam utile, cavendum exulceratis.

29. Oxymeli antiqui, ut Dieuches tradit, hoc modo tem- 60
perabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinque, salis marini pondo libram quadrantem, aquae pluviae sextarios quinque pariter coquebant deciens defervescente cortina atque ita diffundebant inveterabantque. Sustulit totum id 61

morbi evasit, Pint. ex edd. vett. Et hoc quidem Itali illi, quibus *evasit* debetur, bene viderunt, totum locum, uti vulgo legitur, iusta compage grammatica destitui, cum ita sit a Plinio conformatus, ut protasis comprehendat verba *siquidem M. Agrippa — perpeti nequiret*, apodosis autem a verbis *unius medicorum portentosa scientia* incipiat, quae ipsa verba subiectum apodoseos faciunt. Iam vero secunda apodoseos pars, *demersis — impetu morbi*, verbo suo finito caret eaque de causa locus ita refingendus videtur: *scientia — usu pedum* eum *sensuque omni carere, dummodo — careret*, et *demersis in acetum — impetu morbi* statim eum liberavit morbo, ubi *scientia* est nominativus. Sin vero *portentosa scientia* ablativos esse statuimus, ut sit dictum pro *secundum portentosam scientiam* (v. ad 19, 56.), tum locus ita refingendus: *unius medicorum portentosa scientia — tanti putavit* (Agrippa) *usu pedum sensuque omni carere, dummodo — careret*, et *demersis in acetum — impetu morbi* statim liberatus est morbo. Alterutrum certe eligendum, unde extremae paragrapho signa lacunae apposui. Ob faciliorem structurae decursum secunda via mihi magis placet; in utroque autem supplemento quomodo lacunae ortae sint, longum est exponere.

§ 59. *diximus* 20, 98 seqq. Add. Dioscor. 5, 25. — *cibis*, a. *ubi*, Vd. — *gustatum*, a. *gustatu*, θVd. — *et his*, a. *et in his*, VTd. — *vomant*, V. *vomunt*, adβγ. — *odorem*, a. *dolorem*, θVTd. — *auditus*, ad. *aditus*, V. — *vertigini*, T. *vertigi*, Vad. *vertiginosis*, βγ. — *volaurum*, Vd. — *renium*, d. *renum*, Vaβγ. — *exulceratis*, a. *exulcerandis*, VTd.

§ 60. *Dieuches*, a. *die vehes*, V. *Diocles*, Td. — *minas*, Barbar. *eminas*, a. Omitt. Vd. — *decem aceti veteris*, omitt. Vd. — *libram*, VTad (Murbac.) *liberam*, θ. *thymbrae*, β. *libram et*, γ. Vid. 14, 101. — *pluviae*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 5, 18. *marinae*, Vadβγ. *ὕδατος κοτύλας ι′*, Dioscor. 5, 22. — *defervente*, Td. — *diffundebat*, V.

§ 61. *in*, om. a. — *databant*, θVa. *dotabant*, Td. *dabant*, βγ. — *fatentur* pro corrupto habendum et potius legendum *fatetur* sc. Asclepiades. Hic enim

Asclepiades coarguitque; nam etiam in febribus databant; profuisse tamen fatentur contra serpentis quas sepas vocant et contra meconium ac viscum et anginis caldum gargarizatum et auribus, oris gutturisque desideriis, quae nunc omnia oxalme contingunt; idem sale et aceto recente efficacius.

30. Vino cognata res sapa est, musto decocto, donec tertia 62
pars supersit; ex albo hoc melius. Usus contra cantharidas, buprestim, pinorum urucas quas pityocampas vocant, salamandras, contra mordentia venenata. Secundas partusque emortuos trahit cum bulbis potum. Fabianus auctor est venenum esse, si quis ieiunus a balineis id bibat.

31. Consequens horum est faex sui cuiusque generis. Ergo 63
vini faeci tanta vis est ut descendentis in cupas enecet; experimentum demissa praebet lucerna quamdiu exstinguatur periculum denuntians. Inlota miscetur medicamentis, cum iridis vero pari pondere eruptionibus pituitae inlinitur et sicca vel madida contra phalangia et testium mammarumque inflammationi vel in quacumque parte corporis, item cum

cum totum oxymeli damnaret, quod alii adeo in febribus dabant, unde eos oxymeli primariis medicamentis adnumerasse apparet, idem tamen in minoribus morbis oxymeli profuisse fatebatur, quod verbum sane de Asclepiade oxymeli in totum damnante, neque vero de aliis medicis magnas ei laudes tribuentibus dici potest. — *quos*, d. — *anginis*, *θ* V a d. *anginas*, *β*. — *caldum*, *θ*. *calidum*, V a d *β γ*. — *oris*, V d. *et oris*, a *β γ*. — *oxalme*, Dioscor. 5, 22. *oxyalme*, a. *oxialme*, d. *oxyhalme*, V. — *idem*, T d. *id est*, V. *id*, a *β γ*. *ex sale et aceto recente efficacior est*, K[1]. *Fit sale, aqua et aceto. Recens efficacior est*, K[2]. — *efficacius*, V a d. *efficacius est*, *β γ*.

§ 62. *Vinognata*, V. — *decocta*, V[1]. — *haec melior*, K. — *buprestim pinorum*, d. *bupraestim pinorum*, V. *buprestinorum*, a. — *urucas*, ita nos scripsimus, quia, ubicumque Plin. de vermiculo loquitur, *uruca* neque *eruca* dicit. *erucas*, V a d *β γ*. — *contra*, d. *quas pityocampas vocant contra*, V (tribus illis verbis e superiori male repetitis). *et contra*, a *β γ*. — *emortuos*, a d. *mortuos*, V r. — *potum*, V a d. *potu*, *θ*. *pota*, K. — *a balineis*, V. *a balneis*, a. *ab alimentis*, T d. — *eam*, K.

§ 63. *faex*, a d (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 5, 96.) *fex*, V T. *vini faex*, *β γ*. De re v. Dioscor. 5, 131. — *sui cuiusque*, V T d (Murbac.) *vini cuiusque*, a. *cuiusque*, r *γ*. V. Wex. ad Tac. Agric. p. 322. — *feci*, Murbac. *fecibus*, *θ* V T. *faecibus*, a d. — *dimissa*, a. — *praebet*, V a d. *trahitur*, r. — *periculum*, V a d (codd. Gel.) *descensionis periculum*, Murbac. — *denuntians*, d. *dentians*, V. *dentionis*, a. — *inlinuntur*, V a d ex interpolatione librariorum, qui h. l. falsae lectionis *faecibus* male memores erant, immemores vero in vv. *enecet* — *illota miscetur* — *sicca vel madida* et aliis. — *inflammationi*, ita nos scripsimus. *inflationi*, *θ* V T a d. *inflammationes*, *β*. *inflationes*, *γ*. — *vel in quacumque parte corporis*, a. *vel in quacumque inflatione vel in quacumque parte corporis*, V d. *vel in quacumque inflatione seu in quacumque parte corporis*, T.

*

hordeacia farina et turis polline in vino cocta; crematur et siccata. Experimentum est legitime coctae ut refrigerata lin- 64
guam tactu videatur urere. Celerrime exanimatur non inclusa condita. Crematio ei multum virium adicit. Utilissima est ad compescendos lichenas, furfures cum fico decocta; sic et lepris et ulceribus manantibus inponitur. Fungorum naturae 65
contraria est pota, sed magis cruda; oculorum medicamentis cocta et lota miscetur. Medetur inlita et testibus et genitalibus, in vino autem adversus strangurias bibitur, cum exspiravit quoque, lavandis corporibus et vestibus utilis; tunc usum acaciae habet.

32. Faex aceti pro materia acrior sit necesse est multoque 66
magis exulceret. Resistit suppurationum incrementis, stomachum, interanea, ventrem inlita adiuvat; sistit rheumatismos earum partium et mulierum menses; panos discutit nondum exulceratos et anginas, ignis sacros cum cera. Mammas lactis 67
sui inpatientis eadem exstinguit, unguis scabros aufert, e serpentibus contra cerastas validissima cum polenta, cum melanthio autem contra crocodili morsus et canis. Et haec cremata ampliat viris; tunc addito lentiscino oleo inlita una nocte rufat capillum. Eadem ex aqua in linteolo adposita volvas purgat.

33. Sapae faece ambusta sanantur, melius addita lanugine 68
harundinis, eadem faece decocta potaque tusses veteres. Decoquitur in patinis cum sale et adipe ad tumorem quoque maxillarum et cervicum.

cocta, θVTd. *coctę*, a. *decocta*, Kβγ. — *crematur et siccata*, θVTad. *siccatur et crematur*, K. *crematur et siccatur*, βγ cum superioribus nullo sensu coniungentes. *χαυστέον δὲ ὡς ἀλκυόνιον προεξηραμένην ἐπιμελῶς*, Dioscor.

§ 64. *In perimentum*, a. — *urere videatur*, d. — *non inclusa*, θV. *loco non incluso*, adβγ. Vid. ad 37, 82. — *ei*, a. *et*, Vd. — *Utilissima est*, a. *Utilissimae*, V. *Utilissime*, d. — *compescendos*, Va. *compescendas*, dβ. — *furfures*, Vad. *furfuresque*, βγ.

§ 65. *expiravit*, θVTad. *expiraverit*, β. — *quoque lavandis*, Vad. *lavandis quoque*, T. — *tunc*, Vad. *tuncque*, βγ.

§ 66. *Fex*, V. — *exulcerat*, d. — *reumatismos earum partium*, Vd. *earum partium*, a. *earum partium rheumatismos*, βγ. — *meses*, V. — *ignes sacros*, Vd. *sacros*, a. *sacros ignes*, βγ.

§ 67. *scabras*, a. — *pulenta*, V. — *melantio*, V. — *crocodilli*, V. — *haec cremata*, Vd. *haecmata*, a. — *adito*, V.

§ 68. *Sapae*, ad. *Sape*, VT. *Saepe*, β. — *feci*, Va. — *ambustas*, a. — *eadem*, Vd. *eam*, a. — *tussis*, V.

III. 34. Olearum proxuma auctoritas intellegitur. Folia 69
earum vehementissime adstringunt, purgant, sistunt; itaque conmanducata inposita ulceribus medentur et capitis doloribus inlita cum oleo, decoctum eorum cum melle iis quae medici usserint, gingivarum inflammationibus et paronychiis sordidisque ulceribus et putrescentibus; cum melle sanguinis profluvium e nervosis partibus cohibet. Sucus eorum car- 70
bunculantibus circa oculos ulceribus et pusulis procidentique pupulae efficax, quapropter in collyria additur; nam et veteres lacrimationes sanat et genarum erosiones. Exprimitur autem sucus tunsis adfuso vino et aqua caelesti siccatusque in pastillos digeritur. Sistit menses in lana admotus volvae, utilis et sanie manantibus, item condylomatis, ignibus sacris quaeque serpunt ulcera, epinyctidi.

35. Eosdem effectus et flos earum habet. Uruntur cauli- 71
culi efflorescentes, ut cinis spodi vicem praestet, vinoque infuso iterum uritur. Suppurationes et panos inlinunt cinere eo vel foliis tunsis cum melle, oculos vero cum polenta. Sucus fruticis recentis accensi destillans sanat lichenas, furfures,
manantia ulcera. Nam lacrima quae ex arbore ipsa destillat 72
Aethiopicae maxume oleae mirari satis non est repertos qui dentium dolores inlinendos censerent venenum esse praedicantes, atque etiam in oleastro quaerendum. E radice oleae quam tenerrimae cortex derasus in mel crebro gustatu medetur sanguinem reicientibus et suppurata extussientibus.

§ 69. *iis*, V. *his*, a d $\beta\gamma$. De ipsa re v. Dioscor. 1, 136. — *iusserint*, V. — *et paronychiis*, θ V. *paronychiis*, a d $\beta\gamma$. — *et putrescentibus*, θ V a d. *excrescentibus*, β. — *sanguinis profluvium*, V a d. *profluvium sanguinis*, $\beta\gamma$.

§ 70. *pusulis*, V a d. *pustulis*, β. — *pupulae*, T d. *pupullae*, V. *populae*, θ. *pupillae*, a $\beta\gamma$. — *tusis*, a. *tonsis*, V. *tonsus*, d. — *sanie manantibus*, θ V a. *saniem emanantibus*, d β. — *condylematis*, V. — *ulcerae pinratidi*, V.

§ 71. *Eosdem effectus*, V a d. *Eosdem*, $\beta\gamma$. — *earumdem*, T. — *habet*, V a d. *habet effectus*, $\beta\gamma$. — *Utuntur*, a d. *Utuntuntur*, V. — *cauliculi*, V a. *cauliculis*, d. *et cauliculi*, $\beta\gamma$. — *efflorescentes*, ita nos scripsimus. *et florescentes*, d. *exflorescentes*, V. *florescentes*, a $\beta\gamma$. — *cinis spodi vicem*, V a d. *spodi vicem cinis*, $\beta\gamma$. — *Sucus fruticis*, Dioscor. 1, 137. — *destillans*, V. *distillans*, a d $\beta\gamma$.

§ 72. *Nam*, V a d r (codd. Gel.) *Nam et*, $\beta\gamma$. — *lacrimam*, r. — *destillat*, V. *distillat*, a d $\beta\gamma$. — *oleae mirari*, V (codd. Gel.) *mirari oleae*, a d. — *non est*, V T a d r (codd. Gel.) *est*, β. — *Reperti sunt qui*, r. De re v. Dioscor. 1, 141. — *illiniendos*, d. — *venenum tamen esse*, Dalec. — *quaerendum*, θ V T a d. *quaerendam*, β. — *tenerrimae*, a. *tenerum e*, V T d. — *cortex*, V a. *cortice*, T d. — *derasum*, V T a d. — *mel*, V a. *melle*, T d $\beta\gamma$. — *gustatu*, V a. *gustatum*, T d. — *et tussientibus*, a.

Ipsius oleae cinis cum axungia tumores sanat extrahitque fistulis vitia et ipsas sanat.

36. Olivae albae stomacho utiliores, ventri minus. Prae- 73
clarum habent usum antequam condiantur recentes per se cibi modo devoratae; medentur enim harenosae urinae, item dentibus carnem mandendo attritis aut convolsis. Nigra oliva stomacho inutilior, ventri facilior, capiti, oculis non convenit. Utraque ambustis prodest trita et inlita, sed nigra conmanducatur et protinus ex ore inposita pusulas gigni prohibet. Colymbades sordida ulcera purgant, inutiles difficultatibus urinae.

37. De amurca poteramus videri satis dixisse Catonem 74
secuti, sed reddenda medicinae quoque est. Gingivis et oris ulceribus, dentium stabilitati efficacissime subvenit, item ignibus sacris infusa et his quae serpunt. Pernionibus nigrae olivae amurca utilior, item infantibus fovendis, albae vero mulierum volvae in lana admovetur. Multo autem omnis amurca decocta efficacior; coquitur in Cyprio vase ad crassitudinem mellis. Usus eius cum aceto aut vino vetere aut mulso, ut quaeque causa exigit, in curationem oris, dentium,
aurium, ulcerum manantium, genitalium, rhagadum. Volne- 75
ribus in linteolis inponitur, luxatis in lana; ingens hic usus utique inveterato medicamento; tale enim fistulas sanat. Infunditur sedis, genitalium, volvae exulcerationi, inlinitur vero podagris incipientibus, item articulariis morbis; si vero cum omphacio recoquatur ad mellis crassitudinem, causarios dentis extrahit; item iumentorum scabiem cum decocto lupinorum

uomores, a. — *ipsas*, a. *ipsa*, V d.

§ 73. *usum antequam condiantur*, V d. *antequam condiantur*, a. *antequam condiantur usum*, *βγ*. De re v. Dioscor. 1, 138. — *sibi*, V d. — *devorata*, V. — *carnem mandendo*, codd. Hard. *carnem audendo*, *θ*. *carnem audenda*, V d. *carne mandenda*, Gronov. T. *carmen audebam*, a. *andodam*, *ϑ*. *aut*, *β*. — *perculsis*, K. — *oculis*, V a d. *et oculis*, *βγ*. — *sed*, a d. *ad*, V. — *pusulas*, *θ* V a d. *pustulas*, *β*.

§ 74. *amurga*, V[1]. — *dixisse* 15, 33. 34. Add. Dioscor. 1, 140. — *medicinae*, V a. *medicina*, T d. — *stabilitati*, V a d. *stabilitate*, *β*. — *Cyprio*, a r. *cypro*, T. *qui pro*, V d. *cupreo*, *β*. — *aut quaeque*, V d. — *exigit*, d. *exigat*, V a *βγ*. — *curationem*, *θ* V T d. *curatione*, a *βγ*. — *rhagadum*, a. *hagadum*, V. *agadum*, d.

§ 75. *usus*, a. *sucus*, V d. — *articulariis*, V a d. *articularibus*, *β*. — *decoquatur*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 1, 113. — *causarios*, *θ* V T a d (Murbac.) *casuros*, *βγ*. — *chamaeleonte*, V a d. *chamaeleone*, *γ*. — *podagras*, *θ*. *podagros*, V T a d. *podagris*, *β*.

§ 76. *Spondium*, V d. De re v. Dioscor. 1, 136. — *e*, V d. *a*, a. — *explet*, a.

et chamaeleonte herba mire sanat. Cruda amurca podagras foveri utilissimum.

IV. 38. Oleastri foliorum eadem natura. Spodium e cau- 76
liculis vehementius inhibet rheumatismos; sedat et inflammationes oculorum, purgat ulcera, alienata explet, excrescentia leniter erodit siccatque et ad cicatricem perducit; cetera ut in oleis. Peculiare autem, quod folia decocuntur ex melle
et dantur coclearibus contra sanguinis exscreationes. Oleum 77
tantum acrius efficaciusque; ideo os quoque conluitur illo ad firmitatem dentium. Inponuntur folia et paronychiis et carbunculis et contra omnem collectionem cum vino, iis vero quae purganda sint cum melle. Miscentur oculorum medicamentis et decoctum foliorum et sucus oleastri; utiliter et
auribus instillatur cum melle vel si pus effluat. Flore oleastri 78
condylomata inlinuntur et epinyctides, item cum farina hordeacia venter in rheumatismo, cum oleo capitis dolores. Cutem in capite ab ossibus recedentem cauliculi decocti et cum melle inpositi conprimunt; ex oleastro maturi in cibo sumpti sistunt alvom, tosti autem et cum melle triti nomas repurgant, carbunculos rumpunt.

39. Olei naturam causasque abunde diximus. Ad medici- 79
nam ex olei generibus haec pertinent, utilissimum esse omphacium, proxume viride, praeterea quam maxume recens nisi cum vetustissimum quaeritur, tenue, odoratum quodque non mordeat, e diverso quam cibus eligitur. Omphacium prodest gingivis; si contineatur in ore, colorem dentium custodit magis quam aliud; sudores cohibet.

et explet, V d. — *leniter*, V a. *lenit*, T d. — *erodit*, T d. *odit*, V. *et erodit*, a. — *siccatque*, θ V T a d. *siccat*, β. — *ut*, Barbar. a. *aut*, T d. — *oleis. In hoc autem peculiare*, K. — *ex*, V d. *et*, a. — *et dantur*, θ V T d. *dantur*, a. *danturque*, β. — *cocliaribus*, V.

§ 77. *tantum*, θ V T a d. *tamen*, β. De re v. Dioscor. 1, 139. — *efficaciusque*, θ V T a d. *atque efficacius*, β. — *ideo*, Pint. *et de eo*, V T d γ. *et de*, a ϑ. *et*, β. — *coluitur*, V. — *illo*, V T d. *illa*, a ϑ. Om. γ. — *firmitatem dentium*, V a d ϑ. *dentium firmitatem*, T γ. *dentium infirmitatem*, β. — *paronycis*, V. — *his*, V. — *purganda*, V d. *curanda*, a. — *sint*, V a d. *sunt*, β γ. — *coctum*, V a d. — *et auribus*, V a d. *etiam auribus*, β γ.

§ 78. *doloribus*, V T. — *Cute*, V d. — *manas repurgant*, a. *manasse purgant*, V d.

§ 79. *diximus* 15, 4 seqq. coll. Dioscor. 1, 29. — *esse*, θ V a. *est*, d β. — *omphacium*, θ V T a d. *omphacinum*, β. — *recens. At si*, K. — *mordeas*, V. — *cibus*, V d. *in cibis*, a β γ. — *elegitur*, V. — *Omphacium*, V T a d. *Omphacinum*, β. — *colorem*, V d (codd. Barbari). *dolorem*, a. — *alibi*, V T a d. *albat*, Pint. — *corrigit*, K.

40. Oenanthino idem effectus qui rosaceo, omni autem 80
oleo mollitur corpus, vigorem et robur accipit; stomacho
contrarium auget et ulcerum incrementa, faucis exasperat
et venena omnia hebetat, praecipue psimithi et gypsi in
aqua mulsa aut ficorum siccarum decocto potum, contra me-
conium ex aqua, contra cantharidas, buprestim, salamandram,
pityocampas; per se potum redditumque vomitionibus contra
omnia supra dicta laudatissimum lassitudinum et perfrictio-
num refectio est. Tormina calidum potum cyathis sex magis- 81
que ruta simul decocta pellit, item ventris animalia; solvit
alvom heminae mensura cum vino et calida aqua potum aut
tisanae suco; volnerariis emplastris utile, faciem purgat.
Bubus infusum per naris donec ructent inflationem sedat.
Vetus autem magis excalfacit corpora magisque discutit su- 82
dores, duritias magis diffundit, lethargicis auxiliare et incli-
nato morbo; oculorum claritati confert aliquid cum pari
portione mellis acapni. Capitis doloribus remedium est, item
ardoribus in febri cum aqua; si vetusti non sit occasio, de-
coquitur ut vetustatem repraesentet.

41. Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris cum 83
pari caldae mensura; privatim dicitur purgare praecordia;
prodest et articulorum morbis, duritiis omnibus, volvis, au-
ribus, ambustis, cum cinere vero muricum sedis inflamma-
tionibus, item psorae; colorem cutis conmendat capillumque
fertili natura evocat. Semen, ex quo fit, nulla animans at- 84
tingit; ellychnia ex uva fiunt claritatis praecipuae, ex oleo

§ 80. *idem*, V a d. *idem est*, *βγ*. — *omne*, a. De re v. Dioscor. 1, 30. — *auget et*, V a. *auget*, d *βγ*. — *purgamenta*, K[1]. *excrementa*, K[2]. — *venena*, V a (codd. Gel.) *venenata*, T d. — *psimithi*, V. *psimmythii*, a d *βγ*. — *decoctum*, V d. — *contra meconium ex aqua*; haec et quae sequuntur verba non habent, unde pendeant. Post vocem *meconium* excidit *utile*, quo adiectivo in his libris sexcenties ita utitur Plin. — *bupraestim*, V. — *salamandram*, ita nos scripsimus. *salamandra*, V a d. *salamandras*, *βγ*. — *potum*, Barbar. *lotum*, V a d. — *supra*, Pint. — *omnia*, V a d. *marina*, K. — *laudatissimum*, omitt. V T a d *γ*. At revocavi ego ex *β* hoc adiectivum prorsus Plinianum, quod hoc loco omitti non possit. Nisi enim adest, praepositio *contra* non habet, unde pendeat, quod sentiens Pint. altero loco *supra* coniecit, id minus recte, quam quod verba statim posita, unde vulgo nova periodus incipiebat, superioribus aptissime annexuit. Omissum vero est illud adiectivum propter viciniam vocis sequentis. — *lassitudinum*, a. *lassitudinem*, V d. *Et lassitudinum*, *βγ*. — *et perfrictionum*, V a[2] d. *et perfrictionem*, a[1]. *perfrictionumque*, *βγ*.

§ 81. *decocta sedat; pellit item*, K. — *aut tisanae*, a d. *aviti sanae*, V. *aut ptisanae*, *βγ*. — *vulneratis*, d. — *ruptat*, a. *rictent*, T. *rictet*, V d.

lumen obscurum propter nimiam pinguitudinem. Folia igni sacro inlinuntur ex aceto, per se autem recentia mammis et epiphoris, eadem decocta in vino inflammationibus cum polenta, croco; per se autem triduo inposita faciem purgant.

42. Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem 85
erugat, nitorem conmendat, varos cum melle tollit e facie; prodest et auribus cum rosaceo et melle et mali punici tegmine decoctum vermiculosque in his necat et gravitatem auditus discutit, sonos incertos et tinnitus, obiter capitis dolores et oculorum. Medetur furunculis et a sole ustis cum cera; ulcera manantia et furfures cum vino expurgat, condylomata cum meliloto, per se vero capiti inlitum somnum adlicit.

43. Oleum laurinum utilius quo recentius quoque viridius 86
colore. Vis eius excalfactoria et ideo paralyticis, spasticis, ischiadicis, suggillatis, capitis doloribus, inveteratis destillationibus, auribus in calyce punici calefactum inlinitur.

44. Similis et myrtei olei ratio; adstringit, indurat, me- 87
detur gingivis, dentium dolori, dysinteriae, volvae exulceratae, vesicis, ulceribus vetustis vel manantibus cum squama aeris et cera, item eruptionibus, ambustionibus. Attrita sanat et furfures, rhagadas, condylomata, articulos luxatos, odorem gravem corporis. Adversatur cantharidi, bupresti aliisque malis medicamentis quae exulcerando nocent.

45. Chamaemyrsinae sive oxymyrsinae eadem natura. Cu- 88
pressinum oleum eosdem effectus habet quos myrteum; item

§ 82. *excalefacit*, d. — *discutit. Sudores et duritias*, K. — *auxiliare*, V T a d. *magis auxiliare*, β. — *cum pari portione*; pro his vv. habent *conpari partionem* V, *cum participatione* d, *in portione* a, *cum portione* γ. — *acapni*, V a (codd. Gel.) *acapini*, d. — *idem*, V. — *si*, V T a d. *et si*, β γ. — *ut*, a d. *et*, V.

§ 83. *cicinum*, Barbar. a d. *cycinum*, V. *cnicinum*, Pint. V. Dioscor. 1, 38. — *calidae*, d. — *psorae*, V d. *ipsum*, a.

§ 84. *nullum animal*, K. — *elychnia*, V. — *com polenta*, V. — *croco*, V d. *et croco*, β γ.

§ 85. *corporum*, a. De ipso oleo v. Dioscor. 1, 39. — *a facie*, a. — *rosacio*, V. — *tegmine*, K. *germine*, V a d β γ. Vid. 22, 103. — *sonosque*, K. — *innitus*, a. — *ulcera*, om. d. — *expurgat*, a. *et purgat*, V d.

§ 86. *quo*, d. *quod*, V a. De hoc oleo v. Dioscor. 1, 49. — *quoque*, V d. *quodque*, a. — *pasticis*, V d. — *sciadicis*, V d.

§ 87. *rhagadas*, a. *ragadas*, d. *hagadas*, V. *et rhagadas*, β γ. — *laxatos*, T. — *alisque*, V. Ceterum de oleo myrteo v. Dioscor. 1, 48.

citreum; e nuce vero iuglande, quod caryinum appellavimus, alopeciis utile est et tarditati aurium infusum, item capitis dolori inlitum, cetero iners et gravi sapore; enimvero si quid
in nucleo putidi fuerit, totus modius deperit. Ex Cnidio 89
grano factum eandem vim habet quam cicinum. E lentisco factum utilissimum acopo est, idemque proficeret quod rosaceum, ni durius paulo intellegeretur; utuntur eo et contra nimios sudores papulasque sudorum; scabiem iumentorum efficacissime sanat. Balaninum oleum repurgat varos, furunculos, lentigines, gingivas.

46. Cypros qualis esset et quemadmodum ex ea fieret 90
oleum docuimus. Natura eius excalfacit, emollit nervos; folia stomacho inlinuntur et volvae concitatae sucus quoque eorum adponitur. Folia recentia conmanducata ulceribus in capite manantibus, item oris medentur et collectionibus, condylo-
matis. Decoctum foliorum ambustis et luxatis prodest; ipsa 91
rufant capillum tunsa adiecto struthei mali suco. Flos capitis dolores sedat cum aceto inlitus, item conbustus in cruda olla nomas sanat et putrescentia ulcera per se vel cum melle; odor floris olet, qui somnum facit. Adstringit gleucinum et refrigerat eadem ratione qua oenanthinum.

47. Balsaminum longe pretiosissimum omnium, ut in un- 92
guentis diximus, contra omnis serpentis efficax, oculorum claritati plurumum confert, caliginem discutit, item dyspnoeas, collectiones omnis duritiasque lenit. Sanguinem densari prohibet, ulcera purgat, auribus, capitis doloribus, tre-

§ 88. *vero*, om. a. — *carynum*, θ V d. *carenum*, a. Ceterum v. Dioscor. 1, 41. — *appellavimus*, 15, 28. — *dolori*, θ T a d. *dolor*, V. *doloribus*, β. — *inlisum*, V. — *cetero*, V T d. *ceterum*, a β γ. — *iners*, a d. *inesset*, V. — *sopore*, T. — *putidi*, V. *putridi*, a d β γ. — *totus modius*, r[1]. *totus modus*, V a d β γ. *tostis modiis*, r[2]. Nomen *modus* om. Pint. — *perit*, T d.

§ 89. *cnicinum*, Pint. — *quod rosaceum*, d. *et qua drosaceum*, V. *etque rosaceum*, a. *aeque ut rosaceum*, β γ. V. Dioscor. 1, 50. — *Balaninum*, d. *Balanium*, a. *Balinium*, V. De hoc oleo v. Dioscor. 1, 40.

§ 90. *docuimus* 12, 109. coll. Dioscor. 1, 65. 124. — *emollit*, θ V T a d. *mollit*, β. — *a stomacho*, a. — *concitat*, V d. — *moris*, V. — *et*, om. γ vitio operarum.

§ 91. *strutei*, V. — *combustis*, V. — *Odor floris suavis et qui somnum faciat*, Dalec. Neque quemquam fugere potest verba *olet qui* interpolationi deberi, quae quomodo sit tollenda, non liquet. — *gleucinum*, V d. *leucinum*, a. *melinum*, K, quod probat Cornar. ad Dioscor. 1, 54. — *qua*, V. *et qua*, a d. *qua et*, β γ.

mulis, spasticis, ruptis perquam utile; adversatur aconito ex lacte potum, febris cum horrore venientis perunctis leviores facit. Utendum tamen modico, quoniam adurit augetque vitia non servato temperamento.

48. Malobathri quoque naturam et genera exposuimus. Uri- 93
nam ciet, oculorum epiphoris vino expressum utilissime inponitur, item frontibus dormire volentibus; efficacius, si et nares inlinantur aut si ex aqua bibatur. Oris et halitus suavitatem conmendat linguae subditum folium, sicut et vestium odorem interpositum.

49. Hyoscyaminum emolliendo utile est, nervis inutile; 94
potum quidem cerebri motus facit. Therminum e lupinis emollit, proxumum rosaceo effectu. Narcissinum dictum est cum suo flore. Raphaninum phthiriasis longa valetudine con-
tractas tollit scabritiasque cutis in facie emendat. Sesaminum 95
aurium dolores sanat et ulcera quae serpunt et quae cacoethe vocant. Lirinum, quod et Phaselinum et Syrium vocavimus, renibus utilissimum est sudoribusque evocandis, volvae molliendae concoquendisque intus. Selgicum nervis utile esse diximus, sicut herbacium quoque quod Iguvini circa Flaminiam viam vendunt.

50. Elaeomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare dixi- 96
mus, sapore melleo, non sine nausia alvom solvit, bilem praecipue detrahit duobus cyathis in hemina aquae datis; qui bibere torpescunt excitanturque crebro. Potores certaturi

§ 92. *diximus* 15, 30. coll. Dioscor. 1, 18. — *efficax — collectiones omnes*, om. a. — *modico*, θVTad. *modice*, β.

§ 93. *Malobathi*, Vd. *Molobathi*, a. — *exposuimus* 12, 129. coll. Dioscor. 1, 11. — *vinum*, a. — *fronti*, K. — *alitus*, V.

§ 94. *Hyoscyaminum*, Dioscor. 1, 42. — *emolliendo*, d. *molliendo*, a. *emoliendo*, θV. — *utile est*, θVTad. *utilius*, β. — *proximum rosaceo effectu*, d. *proximum rosaceo effectum*, Vaδϑρφ. *proximum rosaceo effectum habens*, βγ. *proxime rosacei effectum*, Gron. — *dictum est* 15, 30. — *Raphaninum*, Dioscor. 1, 41. — *valitudine*, Vd. — *emendavit*, V.

§ 95. *quae serpunt*, Vd. *serpunt*, a. — *vocant*, a. *vocant ulcera*, Vd. — *Lirinum* 21, 22. *Lilinum*, θVad. Ceterum v. Dioscor. 3, 106. — *et Phaselinum*, omitt. Vad. — *vocavimus* 21, 24. — *concoquendisque*, θVTd. *concoquendisque vitiis*, K. *concoquendoque*, aβγ. — *Selgicum*, ita nos scripsimus coll. 15, 31. *Selgitium*, θVd. *Selgiticum*, aβγ. — *herbacium*, Vd. *herbaceum*, aβγ. — *Iguvini*, a. *Egovini*, θVd. *Egubini*, r. *Iguini*, β.

§ 96. *diximus* 15, 32. coll. Dioscor. 1, 37. — *solvit*, θVTKad (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 1, 30.) *emollit*, β. — *aquae*, omitt. Vad. — *crebro. Potores*, ad. *ore probo tores*, V.

praesumunt ex eo cyathum unum. Pissino oleo usus ad tussim et quadripedum scabiem est.

51. A vitibus oleisque proxuma nobilitas palmis. Inebriant 97
recentes, capitis dolorem adferunt, — minus siccae; — nec,
quantum videtur, utiles stomacho; tussim exasperant, corpus
alunt. Sucum decoctarum antiqui pro hydromelite dabant
aegris ad viris recreandas, sitim sedandam, in quo usu praeferebant Thebaicas. Sanguinem quoque exscreantibus utiles,
in cibo maxume. Inlinuntur caryotae stomacho, vesicae, ventri, intestinis cum cotoneis et cera et croco; suggillata emendant. Nuclei palmarum cremati in fictili novo cinere loto
spodi vicem efficiunt miscenturque collyriis et calliblephara
faciunt addito nardo.

V. 52. Palma quae fert myrobalanum, probatissima in 98
Aegypto, ossa non habet reliquarum modo in balanis; alvom et menses ciet in vino austero et volnera conglutinat.

53. Palma elate sive spathe medicinae confert germina, 99
folia, corticem. Folia inponuntur praecordiis, stomacho, iocineri, ulceribus quae serpunt, cicatrici repugnantia. Psoras
cortex eius tener cum resina et cera sanat diebus xx; decoquitur et ad testium vitia; capillum denigrat suffitu, partus
extrahit. Datur bibendus renium vitiis et vesicae et praecordiorum, capiti et nervis inimicus. Volvae ac ventris fluctiones sistit decoctum eius; item cinis ad tormina potus in
vino albo, in volvarum vitiis efficacissimus.

Pisino, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 95. — *ad tussim et*, θTd. *ad tussim ad*, V. *et passim ad*, aβ. — *scabiem. Est autem a vitibus*, r.

§ 97. *alunt*, Tad. *aiunt*, V. *augent*, β. Ceterum v. Dioscor. 1, 148. — *quo usu*, θVTad. *quem usum*, β. — *vaesicae*, V. — *cum cotoneis — et croco*; haec vv. ad sequentia trahit β; interpunctionem emendavit Pint. ex Dioscoride. — *suggillant*, a. — *lotos podi vice mepfici uni*, V.

§ 98. *prae se fert myrobalanum in Aegypto. Ossa non habet rel. modo balanus*, K. *quae prae se fert*, Reines. var. lect. 2, 7. p. 172. — *in balanis*, Va. *Balanis*, d. — *ciet*, θVTad. *sistit*, β, quod defenditur per Dioscoridem.

§ 99. *Palma elate*, Tad. *Palmae elate*, V. *Palma elatae*, θr. *Palma sive elate*, β, quod defendi videtur per 12, 134. Ceterum v. Dioscor. 1, 50. *Palma et elate*, Salmas. exerc. p. 290. b. F. e codice. — *stathe*, a. *state*, Vd. — *conferet*, V. — *vulceribus*, V. — *Psora*, Vd. *ipsora*, a. — *tenerum resina*, Vad. — *renium*, ita nos scripsimus; v. ad 32, 99. *renum*, Vadβγ. — *capiti*, Vd. *et capiti*, aβ. — *fluctiones*, θVTd. *fluctionem*, aβ. — *cinis et tormina*, Vad. — *et in uvarum*, Dalec. Sed tota haec enuntiatio *item cinis — efficacissimus* pluribus, ut videtur, verbis deperditis est inquinata, quod cum particula *et* docet, tum novissima verba, quae cum superioribus nulla ratione grammatice iungi possunt.

§ 100. *Proxime*, V. — *medicinarum quae*, ita nos scripsimus. *medicinarumque*, Vd. *macerarumque*, a. *medicinarumque quae*, βγ. At h. l. non agitur de variis

VI. 54. Proxumae varietates generum medicinarum quae 100
mala habent. Ex his verna acerba et stomacho inutilia sunt,
alvom, vesicam circumagunt, nervos laedunt; cocta meliora,
cotonea cocta suaviora; cruda tamen, dumtaxat matura, pro-
sunt sanguinem exscreantibus ac dysintericis, cholericis, coe-
liacis; non idem prosunt decocta, quoniam amittunt constrin-
gentem illam vim suci. Inponuntur et pectori in febris 101
ardoribus et tamen decocuntur in aqua caelesti ad eadem
quae supra scripta sunt, ad stomachi autem dolores cruda
decoctave cerati modo inponuntur; lanugo eorum carbun-
culos sanat. Cocta in vino et inlita cum cera alopeciis ca-
pillum reddunt; quae ex his cruda in melle condiuntur alvom
movent, mellis autem suavitati multum adiciunt stomachoque
utilius id faciunt; quae vero in melle cocta condiuntur, qui- 102
dam ad stomachi vitia trita cum rosae foliis decoctis dant
pro cibo. Sucus crudorum lienibus, orthopnoicis, hydropicis
prodest, item mammis, condylomatis, varicibus, flos et viridis
et siccus inflammationibus oculorum, exscreationibus sangui-
nis, mensibus mulierum. Fit sucus ex illis mitis cum vino 103
dulci tunsis, utilis coeliacis et iocineri; decocto quoque eorum
foventur, si procidant volvae et interanea. Fit et oleum ex
his, quod melinum vocavimus, quotiens non fuerint in umidis
nata; ideo utilissima quae ex Sicilia veniunt, minus utilia
struthia, quamvis cognata. Radix eorum circumscripta terra
manu sinistra capitur, ita ut qui id faciet dicat quare capiat
et cuius causa; sic adalligata strumis medetur.

generibus et medicinis, sed de variis medicinarum generibus, quae mala habent; de genetivo autem a genetivo pendente v. ad 36, 116. — *malas*, V. — *acerva*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 159. — *et stomacho*, VTd. *stomacho*, a$\beta\gamma$. — *alvum cogunt et*, K. — *vesicam*, ad. *vesicas sam*, ita habuit V, sed pro his ipsius librarii manus in margine *vesicas sanat* posuit. — *tamen natura prosunt*, r. — *ac*, V. *et*, ad. — *prosunt*, θ. *possunt*, Vadβ.

§ 101. *pectoris*, a. — *scripta*, Vad. *dicta*, T. — *Cocta — cera* ad superiora refert β; interpunctionem emendavit Hard. ex Marcello Empir. 6. et Plinio Valer. 1, 6. — *alopiciis*, V. — *qua*, V. — *conduntur*, Vad. — *id*, ad. In V videtur erasum.

§ 102. *cocta condiuntur*, d. *cocta conduntur*, Va. *condiuntur cocta*, $\beta\gamma$. Ceterum v. Dioscor. 1, 160. — *stomacium atrita*, V. — *cibo. Sucus*, Vd. *suco cibus*, a. — *in orthopnoicis*, a.

§ 103. *Fit*, Vd. *Fit et*, a$\beta\gamma$. — *ex illis*, ita nos scripsimus. *ex iliis*, V. *exilis*, d. *ex his*, a$\beta\gamma$. — *tusis*, a. *tussis*, V. *tusus*, d. — *coeliacis*, Vad. *et coeliacis*, $\beta\gamma$. — *vocavimus* 13, 11. — *terra manu sinistra*, V. *manu terra sinistra*, a. *manu sinistra terra*, d. — *qui id*, Dalec. *quid*, θVa. *qui*, dβ. — *faciat*, θVad. *facit*, β. — *quare*, VTd. *quae*, a$\beta\gamma$. — *capit*, T. — *sic*, a. *siccat*, V. *siccata*, Td.

55. Melimela et reliqua dulcia stomachum et ventrem solvont, siticulosa, aestuosa, sed nervos non laedunt; orbiculata sistunt alvom et vomitiones, urinas cient. Silvestria mala similia sunt vernis acerbis alvomque sistunt; sane in hunc usum inmatura opus sunt. 104

56. Citrea contra venenum in vino bibuntur vel ipsa vel semen. Faciunt oris suavitatem decocto eorum conluti aut suco expresso; horum semen edendum praecipiunt in malacia praegnantibus, ipsa vero contra infirmitatem stomachi, sed non nisi ex aceto facile manduntur. 105

57. Punici mali novem genera nunc iterari supervacuum. 106
Ex his dulcia, quae apyrena alio nomine appellavimus, stomacho inutilia habentur, inflationes pariunt, dentis gingivasque laedunt; quae vero ab his sapore proxuma vinosa diximus, parvom nucleum habentia, utiliora paulo intelleguntur. Alvom sistunt et stomachum, dumtaxat pauca citraque satietatem; et haec minume danda, quamquam omnino nulla, in febri, nec carne acinorum utili nec suco; caventur aeque vomitionibus ac bilem reicientibus. Uvam in his, ac ne mu- 107
stum quidem sed protinus vinum aperuit natura, utrumque asperiore cortice; hic acerbis in magno usu. Volgus coria maxume perficit illo; ob id malicorium appellant medici. Urinam cieri eodem monstrant mixtaque galla in aceto decoctum mobilis dentis stabilire. Expetitur gravidarum malaciae, quoniam gustatu moveat infantem. Dividitur malum

§ 104. *dulcis*, V. De hoc pomo v. Dioscor. 1, 161. — *sticulosa*, V. — *estuosas et*, V. — *orbiculata*, Dioscor. 1, 162. — *Silvestria*, Dioscor. 1, 163. — *acerbis — sane in*, omitt. Vd. — *hac*, V.

§ 105. *decocta*, *δρφ*. Ceterum v. de hoc pomo Dioscor. 1, 166. — *eorum*, Tδϑρφ. *earum*, Vd. *ore*, K. — *colluti*, Tadϑ. *collū*, V. *colluta*, *δρφ*. *colluto*, *β*. — *expraessu*, V. — *praecipium*, V. — *malicia*, V. — *contrà*, a. *contrita*, Vd. — *sed*, Vd. *et*, a. — *facile*, a. *facillime*, Vd. — *mandantur*, a.

§ 106. *novem* Dalec. aut vult delere aut *quinque* legere coll. 13, 113.; sed ipse Plin. in indice libri XIII. *Punici mali genera IX* dixit. — *iterari*, θVd. *iterati*, a. *iterare*, *βγ*. — *cum ex*, Vad. — *apyrena*, ita nos scripsimus coll. 13, 112. *apyrina*, Vadβγ. — *appellamus*, θV. — *dentes*, om. V. — *diximus* 13, 113. Add. Dioscor. 1, 151. — *stomachum*, θVTad. *stomacho prosunt*, *β*. — *et haec*, Vd. *sed haec*, aβγ. — *utili*, ad. *utile*, Vβ. — *ac bilem reicientibus*, om. a.

§ 107. *acervis*, Va. *acervos*, d. *ex acerbis*, Barbar. *βγ*. — *magno usu*, a. *magnis*, V. *magis*, d. — *perficit*, Vad. *perficere*, *βγ*. — *illo*[v], V. *illo novit*, adβγ. — *ob id*, Va. *obiri*, d. — *decoctum*, θVTKd. *decocto*, aβ. — *infantem*, Vad. *famem*, K. — *Dividitur*, a. *Videtur*, Vd.

caelestique aqua madescit ternis fere diebus; haec bibitur frigida coeliacis et sanguinem exscreantibus.

58. Ex acerbo fit medicamentum quod stomatice vocatur, 108
utilissimum oris vitiis, narium, aurium, oculorum caligini, pterygiis, genitalibus et his quas nomas vocant et quae in ulceribus excrescunt; contra leporem marinum hoc modo: acinis detracto cortice tunsis sucoque decocto ad tertias, dein cum croci et aluminis scissi, murrae, mellis Attici selibris.
Alii et hoc modo faciunt: punica acida multa tunduntur; 109
sucus in cacabo novo coquitur mellis crassitudine ad virilitatis et sedis vitia et omnia quae lycio curantur, auris purulentas, epiphoras incipientis, rubras maculas in manibus; rami punicorum serpentis fugant. Cortice punici ex vino cocti et inpositi perniones sanantur. Contunsum malum ex tribus heminis vini decoctum ad heminam tormina et taenias pellit. Punicum in olla nova, coperculo inlito, in furno exustum et contritum potumque in vino sistit alvom, discutit tormina.

59. Primus pomi huius partus florere incipientis cytinus 110
vocatur a Graecis, mirae observationis multorum experimento: si quis unum ex his solutus vinculo omni cinctus et calciatus atque etiam anuli decerpserit duobus digitis, pollice et quarto sinistrae manus, atque ita lustratis levi tactu oculis in os additum devoraverit, ne dente contingat, adfirmatur nullam oculorum inbecillitatem passurus eodem anno.

§ 108. *acervo*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 151. — *decocta*, V. — *tertias*, Tad (codd. Barbari). *ternas*, θV. — *dein cum*, Td (codd. Barbari). *decum*, V. *cum*, aβγ. — *croci*, ad (codd. Barbari). *croco*, VT. — *selibris*, Va (codd. Barbari). *sex libris*, Td.

§ 109. *aliis*, d. — *acida multa*, om. a. Adiectivum *multa* est ineptum, cum de modo et mensura alicuius rei numquam ita universe dicatur; iam cum Plin. 13, 113. punicorum communes nucleos habentium quinque genera enumeret, *dulcia*, *acria*, *mixta*, *acida*, *vinosa*, hoc loco legendum existimo *acida mixta* per asyndeton Plinio usitatissimum copula omissa. — *crassitudine*, a. *crassitudo*, Vd. — *maculas in manibus. Rami*, V. *maculas. In manibus rami*, adβγ. — *cocti*. Vd. *decocti*, aβγ. *decocto et imposito*, Dalec. — *decoctus*, V. — *taenias*, θVTd. *tineas*, aβ. — *coperculo*, θVTd. *operculo*, aβ. *cooperculo*, Plin. Valer. 4, 40., γ. De crasi in voce *coperculum* v. Lachm. ad Lucret. 2, 1061. — *inlito*, θVTad (Plin. Valer.) *indito*, β. — *exustum*, θVTad (Plin. Valer.) *tostum*, β.

§ 110. *a Graecis*, θVT. *Graecis*, ad (codd. Gel.) βγ. — *vinculo — calciatus*, om. a. Ceterum v. Dioscor. 1, 152. — *calciatus*, Vd. *calceatus*, βγ. — *etiam*, Vd. *ita*, a. — *tractu*, d. — *oculis*, VTad. *oculis mox*, βγ. — *inditum*, K. — *continguat*, V. — *passurus*, θVTad. *passurum*, β. — *eodem*, θVT. *eo*, adβγ.

Iidem cytini siccati tritique carnis excrescentis cohibent, 111
gingivis et dentibus medentur, vel si mobiles sint, decocto
suco. Ipsa corpuscula trita ulceribus quae serpunt putre-
scuntve inlinuntur, item oculorum inflammationi intestino-
rumque et fere ad omnia quae cortices malorum. Adver-
santur scorpionibus.

60. Non est satis mirari curam diligentiamque priscorum 112
qui omnia scrutati nihil intemptatum reliquerunt. In hoc
ipso cytino flosculi sunt antequam scilicet malum ipsum
prodeat erumpentes, quos balaustium vocari diximus. Hos
quoque ergo experti invenere scorpionibus adversari; sistunt
potu menses feminarum, sanant ulcera oris, tonsillas, uvam,
sanguinis exscreationes, ventris et stomachi solutiones, geni-
talia, ulcera quacumque in parte manantia. Siccavere etiam, 113
ut sic quoque experirentur, inveneruntque tunsorum farina
dysintericos a morte revocari, alvom sisti. Quin et nucleos
ipsos acinorum experiri non piguit; tosti tunsique stomachum
iuvant cibo aut potionibus inspersi; bibuntur ex aqua cae-
lesti ad sistendum alvom. Radix decocta sucum emittit qui
taenias necat victoriati pondere; eadem discocta in aqua quas
lycium praestat utilitates.

61. Est et silvestre punicum a similitudine appellatum. 114
Eius radices rubro cortice denari pondere ex vino potae
somnos faciunt; semine poto aqua quae subierit cutem sic-
catur. Mali punici corticis fumo culices fugantur.

VII. 62. Pirorum omnium cibus etiam valentibus onerosus 115
aegris vini quoque modo negatur; decocta eadem mire sa-

§ 111. *Item*, d. — *iritique carnis*, V. — *medentur, si mobiles sint, decocto aut succo*, K. — *corpuscula*, V a d. *vascula*, K. — *putrescuntque*, K. — *ad quae*, K.

§ 112. *reliquerunt*, V a. *reliquere*, d $\beta\gamma$. — *quod*, d. — *balaustium*, d. *balautium*, a. *balatium*, V. — *diximus* 13, 113. — *invenere*, V a d. *invenerunt*, $\beta\gamma$. — *ulcera oris*, V d. *oris ulcera*, a $\beta\gamma$. — *tonsillas*, V d. *et tonsillas*, a γ.

§ 113. *ut sic*, a d. *ut sis*, V[1]. *tussis*, V[2]. — *sistunt*, V a d. — *Quin et*, a d. *pinei*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 151. — *ipsos*, V. *et ipsos*, a d. — *in stomachum*, a. — *potionibus*, θ V T d. *potioni*, a $\beta\gamma$. — *inspersi*; pro h. v. habent *per se* θ V T a d. — *remittit*, V a d. — *taenias*, θ V T a d r. *tineas*, β. — *nec ad*, V. — *utilitatis*, V.

§ 114. *poto aqua quae*, a. *pota quaque*, V d. V. Dioscor. 1, 154. — *subterit*, V. — *cute*, d. — *cortices*, V.

§ 115. *vini quoque*, V T a d. *quoque vini*, $\beta\gamma$. — *decocta*, V d. *dein cocta*, a. — *Fiunt*, a. *Fluunt*, V d. — *cataplasmata e*, a. *cataplasmate*, V d. Ceterum v. Dioscor. 1, 168. — *decocto*, a. *decocta*, θ V d. — *adque*, V.

lubria et grata, praecipue Crustumina; quaecumque vero
cum melle decocta stomachum adiuvant. Fiunt cataplasmata
e piris ad discutienda corporum vitia et decocto eorum ad
duritias utuntur; ipsa adversantur boletis atque fungis pel-
luntque pondere et pugnante suco. Pirum silvestre tardissime 116
maturescit; conciditur suspensumque siccatur ad sistendam
alvom, quod et decoctum eius potu praestat; decocuntur et
folia cum pomo ad eosdem usus. Pirorum ligni cinis contra
fungos etiamnum efficacius proficit. Mala piraque iumentis
portatu mire gravia sunt vel pauca; remedio aiunt esse, si
prius edenda dentur aliqua aut utique ostendantur.

63. Fici sucus lacteus aceti naturam habet; itaque coaguli 117
modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi et in
umbra siccatur ad aperienda ulcera, cienda menstrua ad-
positu cum luteo ovi aut potu cum amylo. Podagris inlini-
tur cum farina Graeci feni et aceto; pilos quoque detrahit
palpebrarumque scabiem emendat, item lichenas et psoras,
alvom solvit. Lactis ficulni natura adversatur crabronum 118
vesparumque et similium venenis, privatim scorpionum; idem
cum axungia verrucas tollit. Folia et quae non maturuere
fici strumis inlinuntur omnibusque quae emollienda sint dis-
cutiendave; praestant hoc et per se folia. Et alius usus et
alius eorum in fricando lichene et alopeciis et quaecumque
exulcerari opus sit. Et adversus canis morsus ramorum te- 119
neri cauliculi cuti inponuntur; iidem cum melle ulceribus
quae ceria vocantur inlinuntur; extrahunt infracta ossa cum
papaveris silvestris foliis, canum rabiosorum morsus folio

§ 116. *potu*, θVTad. *potum*, β. — *fungos*, ad. *fungo sed*, V. — *etiamnum*, Va. *etiamnunc*, d. Omitt. Hard. γ vitio operarum. — *iumentis portatu*, a. *iumentis portatum*, V. *iumentis portatu//////*, d. *portatu iumentis*, βγ. — *paca*, V. — *aiunt*, d. *aiuvent*, V. *adiungent*, a. — *alia*, a.

§ 117. *lactens*, Heins. ad Ovid. fast. 2, 263. Ceterum v. Dioscor. 1, 183. — *ante*, V^{2}ad. *autem*, V^{1}. — *appositu*, Hard. tacite, T. *adpositum*, θVd. *adposita*, a. *appositus*, K. *apposito*, β. — *potus*, K. — *Graeci foeni*, θVd. *Graeci feci*, a. *foeni Graeci*, β.

§ 118. *adsectatur*, a. — *idem*, Vad. *item*, β. — *verrucas*, ad. *veruca et*, V. — *Folia et*, Va. *Folia*, Td. — *maturuere fici*, ad. *maturae effitici*, V. *inaruere et fici*, T. — *omnibusque quae*, a. *omnibus quaeque*, Vd. — *emolienda*, V. — *sint*, θVa. *sunt*, dβ. — *hoc*, θVad. *haec*, β. — *alius usus et alius eorum*, θV. *alius usus eorum*, Td. *alii usus eorum tanquam*, aβγ. — *olopeciis*, V. — *et quaecumque*, Va. *quaecumque*, d. — *sint*, a.

§ 119. *caeria*, V.

trito ex aceto restingunt. E nigra fico candidi cauliculi inlinuntur furunculis, muris aranei morsibus cum cera; cinis earum e foliis gangraenis consumendisque quae excrescunt.
Fici maturae urinam cient, alvom solvont, sudorem movent 120
papulasque, ob id autumno insalubres, quoniam sudantia huius cibi opera corpora perfrigescunt; nec stomacho utiles, sed ad breve tempus, et voci contrariae intelleguntur. Novissimae salubriores quam primae, medicatae vero numquam. Iuvenum viris augent, senibus meliorem valetudinem faciunt minusque rugarum; sitim sedant, calorem refrigerant, ob id non negandae in febribus constrictis quas stegnas vocant.
Siccae fici stomachum laedunt, gutturi et faucibus magnifice 121
utiles. Natura his excalfaciendi. Sitim adferunt, alvom molliunt, rheumatismis eius et stomacho contrariae, vesicae semper utiles et anhelatoribus ac suspiriosis, item iocinerum, renium, lienum vitiis. Corpus et viris adiuvant; ob id ante athletae hoc cibo pascebantur, Pythagoras exercitator primus
ad carnis eos transtulit. Recolligenti se a longa valetudine 122
utilissimae, item comitialibus et hydropicis omnibusque quae maturanda aut discutienda sint inponuntur, efficacius calce aut nitro admixto. Coctae cum hysopo pectus purgant, pituitam, tussim veterem, cum vino autem sedem et tumores

restingunt, ita nos scripsimus. *restringunt*, Vad$\beta\gamma$; at v. 20, 223. 24, 45. 154. 29, 62. — *fico*, ita nos scripsimus ex constanti Plinii usu. Etenim omnibus locis, ubi adhuc *ficu* legebatur, verior iam lectio e codd. est restituta; hic unus locus illi usui refragaretur. *ficu*, Vad$\beta\gamma$. — *morsibus cum*, a. *morsus ebucum*, V. *morsu sevo cum*, d. — *ceracinis*, d. — *consumendisque quae*, a. *consumendis quaeque*, Vd.

§ 120. *Ficus*, d. — *ob id*, ad. *quae ob id*, VT. — *insalubres*, a. *insalubri*, V. *insalubria*, Td. — *sudentia*, T. — *opera*, om. T. — *pertricescunt*, V. — *utiles*, ad. *utile est*, V. — *sed ad*, V. *et ad*, ad. — *contraria*, a. — *agent*, V.

§ 121. *ficus*, d. — *anhelatoribus*, d. *anhelatioribus*, V. *anellationibus*, a. — *renium*, Vad. *renum*, $\beta\gamma$. — *ante*, Va. *dant ea*, d. Exscripserunt haec Isidor. origg. XVII. 7, 17. et Plin. Valer. 4, 47. — *eo*, d.

§ 122. *Recolligenti*, Gron. *Recolligentes*, Vad$\vartheta\rho\varphi$. *Recolligens*, δ. *Recolligentibus*, β. — *item*, ad. *item in*, θV. — *commitialibus*, V. — *omnibusque*, a. *omnibus*, Vd. — *aut*, om. d. — *sint*, V. *sunt*, ad$\beta\gamma$. — *aut nitro aut si admixto*, θVTd. *aut nitro aut si admixtę*, a. *aut sinapi addito*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 1, 142. *aut iridis radice admixta*, Pint. ex Dioscor.: *καὶ μᾶλλον σὺν ἴριδι ἢ νίτρῳ ἢ ἀσβέστῳ*. — *Coctae cum*, Va. *Coactae*, d. — *sedem*, VTad. *ad sedem*, $\beta\gamma$. — *tumores*, θVTd. *tumorem*, aβ. — *ad furunculos*, VTd. *et furunculos*, aβ. — *Utile et*, Vd. *Utile*, a. — *fovere earum*, Vad. *earum fovere*, $\beta\gamma$. — *femina*, Gron. At v. Dioscor.: *καὶ εἰς γυναικείας πυρίας μετὰ τήλεως ἢ πτισάνης*. — *Decoctae quoque eaedem*; pro his vv. habent *quoque decocta eodem* Vd, *quoque decoctae eodem* a. — *cum*, a. Omitt. Vd. — *faeno*, V. — *sunt*

maxillarum; ad furunculos, panos, parotidas decoctae inli-
nuntur. Utile et decocto fovere earum feminas. Decoctae
quoque eaedem cum feno Graeco utiles sunt et pleuriticis
et peripneumonicis. Cum ruta coctae torminibus prosunt, 123
tibiarum ulceribus cum aeris flore et parotidi, pterygiis cum
punico malo, ambustis, pernionibus cum cera, hydropicis
coctae in vino cum apsinthio et farina hordeacia. Nitro ad-
dito manducatae alvom solvont, scorpionum ictibus cum sale
tritae inlinuntur; carbunculos extrahunt in vino coctae et
inpositae. Carcinomati, si sine ulcere est, quam pinguissi-
mam ficum inponi paene singulare remedium est, item pha-
gedaenae. Cinis non ex alia arbore acrior; purgat, congluti- 124
nat, replet, adstringit; bibitur et ad discutiendum sanguinem
concretum, item percussis, praecipitatis, ruptis, convolsis
cineris ..... cyathis singulis aquae et olëi; datur tetanicis
et spasticis, item potus vel infusus coeliacis et dysintericis,
et si quis eo cum oleo perunguatur, excalfacit; idem cum
cera et rosaceo subactus ambustis cicatricem tenuissimam
obducit, lusciosos ex oleo inlinitus emendat dentiumque vitia
crebro fricatu. Produnt etiam, si quis inclinata arbore supino 125
ore aliquem nodum eius morsu abstulerit nullo vidente atque
cum aluta inligatum licio e collo suspenderit, strumas et

et, V a d. *sunt*, *βγ*. — *pleuritis*, V. — *et*, V. *ac*, *θ* T a d. — *peripneumonicis*, a. *plerimonicis*, V d. *pleumonicis*, T.

§ 123. *coctae torminibus*, Barbar. *cocta et omnibus*, V a d. — *et parotidi*, *θ* V T K (Murbac.) *et parate dy*, a. Omitt. d *βγ*. — *pterygiis*, *θ* T d. *ptrygis*, V. *ptericis*, a. *ac pterygiis*, K[1] (Murbac.) *et spasticis*, K[2]. — *vino cum*, T. *vino cum et*, V a d. *vino et cum*, *βγ*. — *absentio*, V. — *farinae hordiacia*, V. — *Nitro addito* ad sequentia refert Pint., prioribus annectunt V a d *βγ*. *κοιλίαν τε μαλάσσει μετὰ νίτρου καὶ κρόκου καὶ ἐσθιόμενα*, Dioscor. — *manducatae alvum solvunt*, *θ* V T a d. *alvum sistunt manducatae*, *β*. *manducatae alvum sistunt*, *γ*. — *scorpionis*, a. — *cum*, om. a. — *Carcinomatae*, V d. *Carcinomatas*, a.

§ 124. *acrior; purgat*, V T d. *aciem purgant non*, a. *acrior ulcera purgat*, K. *aciem purgat acrior*, *β*. Ceterum v. Dioscor. 1, 186. — *conglutinant replent*, V. — *adstringit*, a. *adstringitur*, V d. — *ruptis convulsis*, T d. *raptis convulsis*, *θ* V. *convulsis ruptis*, a *βγ*. *ruptis*, r. — *cineris cyathis*, *θ* T a d. *cineris ciatus*, V. *acinis cyathis*, r. *cyathis*, *βγ*. Haec vero scriptura prorsus nullum sensum praebet et Plinium fere scripsisse necesse est: *cineris drachma sumpta e cyathis singulis* rell. Hinc nomine *cineris* recepto lacunam punctis appositis indicavi. — *passicis*, a. *pasicis*, V d. — *et dysentericis*, *θ* V T a d. *dysentericis*, *β*. — *idem*, *θ* V T d. *item*, a *β*. — *ambustis*, a. *cum ambustis*, V d. — *inlinitus*, V[2]. *illinatus*, V[1] a. *illinitus*, d. *illitus*, *βγ*.

§ 125. *nondum*, V. — *cum aluta*, *θ* a. *eum aluta*, V. *cum aluto*, d. *eum aluto*, T. *in aluta*, *β*. — *licio e*, a. *ilicio*, V. *ilico*, T d.

*

parotidas discuti. Cortex tritus cum oleo ventris ulcera sanat. Crudae grossi verrucas, thymos nitro farinaque additis tollunt. Spodi vicem exhibet fruticum a radice exeuntium cinis; bis tostus adiecto psimithio digeritur in pastillos ad ulcera oculorum et scabritiam.

64. Caprificus etiamnum multo efficacior fico. Lactis mi- 126
nus habet; surculo quoque eius lacte coagulatur in caseum. Exceptum id coactumque in duritiam suavitatem carnibus adfert; fricatur diluto ex aceto; miscetur exulceratoriis medicamentis, alvom solvit, volvam cum amylo aperit, menses ciet cum luteo ovi, podagricis cum farina Graeci feni inlinitur, lepras, psoras, lichenas, lentigines expurgat, item venenatorum ictus et canis morsus. Dentium quoque dolori hic 127
sucus adpositus in lana prodest aut in cava eorum additus. Cauliculi et folia admixto ervo contra marinorum venena prosunt; adicitur et vinum. Bubulas carnis additi caules magno ligni conpendio percocunt. Grossi inlitae strumas et omnem collectionem emolliunt et discutiunt, aliquatenus et folia; quae mollissima sunt ex his cum aceto ulcera manantia, epinyctidas, furfures sanant. Cum melle foliis ceria 128
sanant et canis morsus, recentes cum vino phagedaenas; cum papaveris foliis ossa extrahunt. Grossi caprifici inflatio-

discutit, a. — *ulcera*, V. *vulnera*, θ T a d. — *Crudae*, Barbar. *Cruda*, V. *erudi*, d. Om. a. V. Dioscor. 1, 185. — *verrucas*, d. *verucas*, V. *ferrucas*, a. *verrucas et*, Barbar. $\beta\gamma$. — *thymos*, Barbar. a. *thymo*, V d. — *farinaque*, Barbar. *farina*, V a d. — *bis totum*, a. *bis coctus*, θ V T d. — *psimithio*, V. *psimmythio*, a d $\beta\gamma$. *hyoscyamo*, r. — *dirigitur*, a. — *scabritia*, V d.

§ 126. *etiannum*, V. — *surculo*, a d. *sarculo*, V. *surculis*, r. — *lacte*, θ V. *lac*, a d $\beta\gamma$. — *caseo*, V a d. — *ideo actumque*, V. — *menses*, V θ. *pota menses*, a d $\beta\gamma$. — *podagricis*, θ V T a d. *podagris*, β. — *Graeci feni*, V a d. *foeni Graeci*, β.

§ 127. *in cava eorum*, K^1 a. *cavorum*, V d. *cavis eorum*, K^2. *in cavis eorum*, β. — *inditus*, K^1. — *adiicitur*, θ V T a d. *adiiciunt*, β. — *ligno*, K. — *Crossi*, V. — *illatae*, d. — *omnem*, V K a. *omnium*, d β. — *epinyctidas*, d. *epinyctides*, V. *et epinyctidas*, a $\beta\gamma$. — *furfures*, V a d. *et furfures*, $\beta\gamma$.

§ 128. *Cum melle foliis*, V T a d $\vartheta\rho\varphi$. *Cum melle item et foliis*, β. — *cerea*, V d. — *sanantur*, T a. *sanatur*, V d. — *phagidenas*, V. — *Grossae*, V a d. — *inflationes*, θ V T d. *inflammationes*, a β. — *psitimithyo*, V. — *pota*, d. — *item*, V a. *eidem*, d. — *sanant*, omitt. V a d. — *eius aut grossi quam*, d. — *minuitissimae*, V.

§ 129. *ragadia*, V. — *caprificis*, V. — *ramenta ramorum*, K. *ramenta ramo*, a. *ramenterimo*, V d^1. *ramenterimos*, d^2. *ramenta rami*, $\beta\gamma$. — *scopis*, d.

§ 130. *corticem*, a d. *cortice*, V T. — *intumescentem*, Hard. *impubescentem*,

nes discutiunt suffitu, resistunt et sanguini taurino poto et
psimithio et lacti coagulato potae; item in aqua decoctae
atque inlitae parotidas sanant. Cauliculi aut grossi eius quam
minutissimae ad scorpionum ictus e vino bibuntur. Lac quo- 129
que instillatur plagae et folia inponuntur, item adversus mu-
rem araneum. Cauliculorum cinis uvam faucium sedat, ar-
boris ipsius cinis ex melle rhagadia, radix defervefacta in
vino dentium dolores. Hiberna caprificus in aceto cocta et
trita inpetigines tollit; inlinuntur ramenta ramorum sine cor-
tice quam minutissima ad scobis modum. Caprifico quoque 130
medicinae unius miraculum additur, corticem eius intume-
scentem puer inpubis si detracto ramo detrahat dentibus,
medullam ipsam adalligatam ante solis ortum prohibere stru-
mas. Caprificus tauros quamlibet ferocis collo eorum circum-
data in tantum mirabili natura conpescit ut inmobilis praestet.

65. Herbam quoque Graeci erineon vocant, reddendam 131
in hoc loco propter gentilitatem. Palmum alta est, cauliculis
quinis fere, ocimi similitudine, flos candidus, semen nigrum,
parvom; tritum cum Attico melle oculorum epiphoris mede-
tur, utcumque autem decerpta manat lacte multo dulci. Herba
perquam utilis aurium dolori nitri exiguo addito; folia resi-
stunt venenis.

VTad$\beta\gamma$. *iam pubescentem*, K. *Caprifici corticem intumescentem puer impubis si detracto ramo tollat dentibus et medulla ipsa alligetur ante solis ortum, prohibere strumas constat*, Plin. Valer. 3, 29. Quid sit autem cortex intumescens, aperitur verbis Plinii 16, 100. — *puer impubis si*, a (Plin. Valer.) *pueris id*, Vd. *puer si*, T. — *detracto ramo*, Plin. Valer. *defracto ramo*, a$\beta\gamma$. *defracturam*, T. *effracturam*, Vd. — *detrahat dentibus*, VTd. *detrahentibus*, a. *tollat dentibus*, Plin. Valer. — *taurorum quamlibet ferocium collo eor. circumdata in tam rabidam naturam*, r. — *collo*, V[1]ad. *colla*, V[2]. — *mirabili*, Vd (codd. Barbari). *rabidi*, a.

§ 131. *Herbam quoque*, Vad. *Herba quoque quam*, $\beta\gamma$. Ceterum de hac herba v. Dioscor. 4, 29. — *erineon*, codd. Barbari. *erinen*, a. *herinen*, Vd. *irineos*, alii codd. Barbari. — *reddendam*, a. *reddenda*, Vd$\beta\gamma$. — *similitudinem*, V. — *candidum*, V. — *Attico melle*, Va. *melle Attico*, d$\beta\gamma$. — *utcumque autem decerpta*; pro his vv. habent *ut cum ciati ut deceptarum* a, *ut cum cyathi ut carptorum* codd. Barbari, *cum ut lati decreptarum* (*decerptarum*, d) Vd. *II drachmis cum cyathis Attici quatuor*, Barbar. ex Dioscoride. Et vulgatam quidem interpolatam esse liquet, Barbarumque non multum a vero abesse probabile est; sed nemo iam ausit e codicum vestigiis aliquid proponere, quo ipsam Plinii manum restituisse confidat. Id unum certum, *decerpta* retinendum esse, cum terminatio *rum* in codd. exstans e proxime sequente syllaba sit orta. — *dulci*, Vad. *et dulci*, $\beta\gamma$. — *foliare*, V.

66. Pruni folia tonsillis, gingivis, uvae prosunt in vino 132
decocta et subinde conluto ore; ipsa pruna alvom molliunt, stomacho non utilissima, sed brevi momento.

67. Utiliora persica sucusque eorum etiam in vino aut in aceto expressus. Qui alius eius pomis innocentior cibus? Nusquam minus odoris, suci plus, qui tamen sitim stimulet. Folia eius trita inlita haemorragiam sistunt; nuclei persicorum cum oleo et aceto capitis doloribus inlinuntur.

68. Silvestrium quidem prunorum bacae vel e radice cor- 133
tex in vino austero si decoquantur, ita ut triens ex hemina supersit, alvom sistunt et tormina; satis est singulos cyathos decocti sumi.

69. Et in his et sativis prunis est limus arborum, quem Graeci lichena appellant, rhagadiis et condylomatis mire utilis.

70. Mora in Aegypto et Cypro sui generis, ut diximus, 134
largo suco abundant summo cortice desquamato, altiore plaga siccae, mirabili natura. Sucus adversatur venenis serpentium, prodest dysintericis, discutit panos omnisque collectiones, volnera conglutinat, capitis dolores sedat, item aurium; splenicis bibitur atque inlinitur et contra perfrictiones; celerrime teredinem sentit. Neque apud nos suco minor usus; adver- 135
satur aconito et araneis in vino potus, alvom solvit, pituitas taeniasque et similia ventris animalia extrahit; hoc idem praestat et cortex tritus. Folia tingunt capillum cum fici nigrae et vitis cortice simul coctis aqua caelesti. Pomi ipsius sucus

§ 132. *Prunis*, V. — *folia*, r. *folia decocta*, Vad$\beta\gamma$. — *decocta et*, d. *decoctae et*, Va. *decocto eo*, Gron. ad § 105., γ. Ceterum copulam *et* librariis deberi mihi persuasum est, qui saepe illam temere intruserunt, uti statim infra male in nonnullis codd. *et eorum* legitur. — *conluto ore*, ita nos scripsimus. *coluere*, Vad. *ore colluto*, $\beta\gamma$. — *non*, VTad. *vero*, β. — *Utiliora persica*, Dioscor. 1, 164. — *eorum*, d. *et eorum*, V. *et earum*, a. — *etiam*, Va. *etiamnum*, d$\beta\gamma$. — *aut in*, Va. *aut*, Td. — *expraessus*, V. *eorum etiam expressus cum vino aut aceto*, Dalec. — *Qui*, ita nos scripsimus, ut sit enuntiatio interrogativa. *que*, Vad. *Nec est*, $\beta\gamma$. — *eius*, θVd. *eis*, a$\beta\gamma$. At v. statim infra. — *haemorrhagiam*, codd. Gel. *haemorrogiam*, d. *haemorogian*, a. *emorogian*, V. — *nuclei*, a. *nucleo*, V. *nucleus*, d. — *cum oleo et aceto*, θVTad. *in aceto et oleo*, β.

§ 133. *decoquatur*, V. — *sistunt et tormina*, Vad. *et tormina sistunt*, $\beta\gamma$. — *fumi*, V. — *his*, Vd. *iis*, a$\beta\gamma$. — *ragadiis*, Vd. *tragodis*, a.

§ 134. *diximus* 13, 56 seqq. coll. Dioscor. 1, 187. — *altiore*, a. *altior*, Vd. — *siccae*, r. *siccae si*, Vad. *siccantur*, $\beta\gamma$. — *splenicis*, θTad. *splenenicis*, V^1. *spleneticis*, $V^2\beta$. — *atque*, θVTadr. Om. β.

§ 135. *Neque*, θVTdr. *Nec*, aβ. — *minor usus*, θVTadr. *usus minor*, $\beta\gamma$. — *aversatur a cognito*, V. — *et araneis*, Dioscor. 1, 180. — *pituitas taeniasque*,

alvom solvit protinus; ipsa poma ad praesens stomacho utilia
refrigerant, sitim faciunt; si non superveniat alius cibus,
intumescunt. Ex inmaturis sucus sistit alvom, veluti animalis
alicuius in hac arbore observandis miraculis quae in natura
eius diximus.

71. Fit ex pomo panchrestos stomatice, eadem arteriace 136
appellata, hoc modo: sextarii tres suci e pomo leni vapore
ad crassitudinem mellis rediguntur; post additur omphacii
aridi pondus X II aut murrae X I, croci X I; haec simul trita
miscentur decocto, neque est aliud oris, arteriae, uvae, sto-
machi iucundius remedium. Fit et alio modo: suci sextarii
duo, mellis Attici sextarius decocuntur, ut supra diximus.
Mira sunt praeterea quae produntur, mori germinatione, 137
priusquam folia exeant, sinistra decerpi futura poma; ricinos
Graeci vocant. Hi terram si non attigere, sanguinem sistunt
adalligati, sive ex volnere fluat sive ore, sive naribus sive
haemorroidis; ad hoc servantur repositi. Idem praestare et 138
ramus dicitur luna plena defractus incipiens fructum habere,
si terram non attigerit, privatim mulieribus adalligatus lacerto
contra abundantiam mensum; hoc et quocumque tempore ab
ipsis decerptum ita ut terram non attingat adalligatumque
existumant praestare. Folia mori trita aut arida decocta ser-
pentium ictibus inponuntur ad idemque potu proficitur. Scor-
pionibus adversatur e radice corticis sucus ex vino aut posca

θ V[1] T a d. *pituitas tineasque*, V[2]. *pituitasque ac tineas*, β. — *fici*, V a. *fic'*, d. — *cortice*, r. *corticem*, V. *corticibus*, a d β γ. — *aqua*, V a d. *in aqua*, β γ. — *stomacho inutilia*, Hard. — *immaturis*, V a d. *vernaturis*, T. — *animalis*, V d. *natalis*, a. — *naturae*, V. — *diximus* 16, 102.

§ 136. *e pomo*, a. *et pomo*, V d. — *leni*, θ V T a d r. *levi*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 1, 140., β. — *post additur*, a (codd. Gel.) *postea*, θ V T d. — *omphacii*, θ T d. *omphacis*, V a. — *pondus XII aut murrae XI croci XI*, V T a d. *pondus XII croci XI aut murrae XI*, θ. *pondus sextariorum duorum aut mirrae sextarii unius, croci unius*, codd. Barbari. *aut*, om. Murbac. — *miscentur*, V a d. *et mixta*, r. — *decocta*, d. — *uva*, V. — *suci*, om. a. — *sextarius*, V a. *sextarium*, d.

§ 137. *mori*; pro h. v. habent *mira* V a d. — *folia*, θ. *in folia*, V a d β. — *decerpi*, V a d. *decerpi iubentur*, β γ. — *futura poma*, a. *futuri pomi*, V d. — *cytinos*, Barbar. — *atthingere*, V. — *adalligati*, a d[2]. *et alligati*, V. Om. d[1]. — *sive naribus sive ore*, d. — *haemoroides*, V d.

§ 138. *praestari*, a. — *non*, om. a. — *adalligatos*, V. — *mensum*, V. *mesum*, a d. *mensium*, β γ. — *adtinguat*, V. — *ad idemque*; pro his vv. habent *alique* V d, *aliique* a. — *cortici*, V.

potus. Reddenda est et antiquorum compositio: sucum ex- 139
pressum pomi maturi inmaturique mixtum coquebant vase
aereo ad mellis crassitudinem; aliqui murra adiecta et cu-
presso praeduratum ad solem torrebant permiscentes spatha
ter die; haec erat stomatice qua et volnera ad cicatricem
perducebant. Alia ratio suci: siccato exprimebant pomo mul-
tum sapori opsoniorum conferentem, in medicina vero contra
nomas et pectoris pituitas et ubicumque opus esset adstringi
viscera; dentis quoque conluebant eo. Tertium genus suci 140
foliis et radice decoctis ad ambusta ex oleo inlinenda; in-
ponuntur et folia per se. Radix per messis incisa sucum dat
aptissimum dentium dolori collectionibusque et suppuratio-
nibus; alvom purgat. Folia mori in urina madefacta pilum
coriis detrahunt.

72. Cerasa alvom molliunt, stomacho inutilia; eadem sic- 141
cata alvom sistunt, urinam cient. Invenio apud auctores, si
quis matutino roscida cum suis nucleis devoret, in tantum
levari alvom ut pedes morbo liberentur.

73. Mespila exceptis setaniis, quae malo propiorem vim
habent, reliqua adstringunt stomachum sistuntque alvom; item
sorba sicca; nam recentia stomacho et alvo citae prosunt.

VIII. 74. Nuces pineae quae resinam habent contunsae 142
leviter, additis in singulas singulis sextariis aquae ad dimi-
dium decoctae, sanguinis exscreationi medentur ita ut cyathi
bini bibantur ex eo. Corticis e pinu in vino decoctum contra

§ 139. *conpositi usu cum*, V. — *vase*, θVTad. *in vase*, βγ. — *duratum*, Td. — *ad solem*, T. *vas sole*, Vadβ. — *spata*, V. — *quae*, Vadr. — *perducebat*, r. — *suci*, Vd. *sucum*, aβγ. — *obsomniorum*, V. — *conferentem*, ita nos scripsimus. *conferente*, Vadβγ. At non de pomo h. l. sermo esse potest, sed de suco, ita ut ad *conferentem* ex *suci* sit supplendum *eum* i. e. sucum; eadem ratione dicitur *antecedente* scil. *ea* 20, 84. Alia coniicit Dalec. — *et pectoris*, Va. *pectoris*, d.

§ 140. *folia per se*, Vad. *per se folia*, βγ. — *messes*, d. *meses et*, Va. — *dat*, om. a. — *collectionibusque*, Vad. *collectionibus*, T. — *madefactata*, a.

§ 141. *Cerasia*, Vad. V. Dioscor. 1, 157. — *utilia*, d[1]. — *apud auctores*, Vd. *auctore*, a. *auctorem*, r. — *Mespila*, a. *Mespilis*, d. *Mespellis*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 169. — *propriorem*, Vd. — *sorba*, Dioscor. 1, 173. — *in stomacho*, a.

§ 142. *sinam*, d. Ceterum v. de nucibus pineis Dioscor. 1, 88. — *singulas singulis*, K. *pineae — tusae singulae in singulis sextariis ad dimidium decoquuntur*, Plin. Valer. 4, 56. *singulis*, Vadβ. *singulas*, Gron. ad 23, 1. § 45., γ. — *aquae*, a. *quae*, Vd. — *bini*, a. *vini*, Vd. — *pinu*, θVad. *pino*, β. — *piniae*, V. — *vesicae*, Vad. *et vesicae*, βγ. — *exasperatas lenire*, K. — *tussi*, V. — *phoenicobalanorum*, K.

tormina datur. Nuclei nucis pineae sitim sedant et acrimoniam stomachi rosionesque et contrarios umores consistentis ibi, et infirmitatem virium roborant, renibus, vesicae utiles; faucis videntur exasperare et tussim; bilem pellunt poti ex aqua aut vino aut passo aut balanorum decocto. Miscetur 143
his contra vehementiores stomachi rosiones cucumeris semen et sucus porcillacae, item ad vesicae ulcera et renis, quoniam et urinam cient.

75. Amygdalae amarae radicum decoctum cutem in facie 144
corrigit coloremque hilariorem facit. Nuces ipsae somnum faciunt et aviditatem, urinam et menses cient; capitis dolori inlinuntur maxumeque in febri; si ab ebrietate, in aceto et rosaceo et aquae sextario; et sanguinem sistunt cum amylo et menta, lethargicis et comitialibus prosunt, capite peruncto epinyctidas sanant, e vino vetera ulcera putrescentia, canum morsus cum melle et furfures ex facie ante fotu praeparata, item iocineris et renium dolores ex aqua potae et saepe ex ecligmate cum resina terebinthina. Calculosis et difficili uri- 145
nae in passo et ad purgandam cutem in aqua mulsa tritae sunt efficaces; prosunt ecligmate iocineri, tussi et colo cum elelisphaco modice addito; in melle sumitur nucis abellanae magnitudo. Aiunt quinis fere praesumptis ebrietatem non sentire potores vulpisque, si ederint eas nec contingat e vicino aquam lambere, mori. Minus valent in remediis dulces, et hae tamen purgant, urinam cient; recentes stomachum inplent.

§ 143. *porcilacae*, θ V T a d. *portulacae*, β. — *renes*, θ V a. *renium*, d. *renum*, β.

§ 144. *faciem*, a. Ceterum v. Dioscor. 1, 176. — *corrigit*, V d. *colligit*, a. *erugat*, K. — *somnium*, a. — *dolores*, d. Multa in h. l. tentat Pint. — *febri si*, V a. *febris*, T d. — *ab*, om. T. — *in aceto*, V T a d. *ex aceto*, β γ. — *et sanguinem*, V a. *sanguinem*, T d. — *cum amylo et menta*; haec verba ad sequentia refert β; meliorem interpunctionem praebent V K a d. — *lethargicis*, K a d. *lethargis*, θ V. — *et comitialibus*, θ V a d. *comitialibusque*, β. *comitialibus, prosunt capite peruncto. Epinyctidas*, K. — *vetera*, θ. *vetere*, V a d γ. *veteri*, β. — *ex facie*, V a d. *in facie*, K. — *renium*, V a d. *renum*, β γ. — *et saepe*, V a d. *et sumptae*, K. — *ex eligmata*, a. *et eligmata*, d. *in ecligmate*, K. — *terebentina*, V.

§ 145. *Cauculosis*, a. — *dificili*, V. — *eligmate*, V d. — *iocineris*, V. — *elelisphaco*, a. *elelispaco*, V d. *melle aut passo modice addito*, Kr. — *in melle*, a. *et melle*, V T d. — *abellanae*, V. *avellanae*, a d β γ. — *magnitudo*, V a. *magnitudine*, T d. Multa in his tentat Pint. — *potores*, a (codd. Barbari). *poto*, V. *pota*, d. — *e vicino*, V a. *in vicino*, d. — *tamen*, a. Omitt. V d. — *urinam*, V a d. *et urinam*, β γ. — *recedente*, a. — *deplent*, Hard. ex Dioscoride.

76. Nucibus Graecis cum apsinthi semine ex aceto sum- 146
ptis morbus regius sanari dicitur, iisdem inlitis per se vitia sedis et privatim condylomata, item tussis, sanguinis reiectio.

77. Nuces iuglandis Graeci a capitis gravedine appella- 147
vere; etenim arborum ipsarum foliorumque virus in cerebrum penetrat; hoc minore tormento sed in cibis nuclei faciunt. Sunt autem recentes iucundiores, siccae unguinosiores et stomacho inutiles, difficiles concoctu, capitis dolorem inferentes, tussientibus inimicae, vomituris ieiunis, aptae tenesmo solo; trahunt enim pituitam; eaedem praesumptae venena hebetant, item anginam cum ruta et oleo; item adversantur cepis
leniuntque earum saporem. Aurium inflammationi inponuntur 148
cum mellis exiguo et cum ruta mammis et luxatis, cum cepa autem et sale et melle canis hominisque morsui. Putamine nucis iuglandis dens cavos inuritur; putamen conbustum tritumque in oleo aut vino, infantium capite perunctó, nutrit capillum et eo ad alopecias sic utuntur. Quo pluris nuces quis ederit, hoc facilius taenias pellit. Quae perveteres sunt nuces gangraenis et carbunculis medentur, item suggillatis, cortex iuglandium lichenum vitio et dysintericis, folia trita
cum aceto aurium dolori. In sanctuariis Mithridatis maxumi 149
regis devicti Cn. Pompeius invenit peculiario conmentario ipsius manu compositionem antidoti e duabus nucibus siccis,

§ 146. *sumtus*, V. — *isdem*, a. *item*, V d β γ. — *se*, a d. *se si*, V. — *tussis*, V a d δ ϑ ρ φ. *tussi*, β. — *sanguinis*, V a d. *et sanguinis*, β γ. — *reiectio*, a δ ϑ ρ φ. *relictio*, V. *relicto*, T. *reelictio*, d (e corr.) *reiectioni prodest*, β.

§ 147. *a*, om. V. Ceterum v. Dioscor. 1, 178. — *gravedinem*, d. — *virus*, θ V T K d (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 1, 138.) *vires*, a β γ. — *penetrat*, V T K d (Murbac.) *penetrant*, a β γ. — *hoc*, V T a d δ ϑ ρ φ. *hocque*, K (Murbac.) β. — *minore tormento*, V T K d (Murbac.) *minorem nom̄to*, a. *minorem momento*, ϑ φ. *minore momento*, β. — *sed*, V a d. *et*, β γ. *Idem*, Murbac. — *unguinosiores*, a (codd. Barbari). *in vino siores*, V. ////*vinosiores*, d. *vinosiores*, T. — *capitis dolorem*, V d. *capitis dolores*, a. *dolorem capitis*, β γ. — *vomituris*, V a d. *et vomituris*, β γ. — *ieiunis*, V d. *in ieiunis*, a. — *tenesmo*, V a d. *in tenesmo*, β γ. *ieiunis aptae ut et in tenesmo solo*, K, quae interpolatio partim petita ex Dioscoride: *χρήσιμα δὲ βιβρωσκόμενα πρὸς ἐμέτους νήστει.* — *eadem*, V. — *item anginam cum ruta et oleo*, d. *item anginem cum rutae et oleo*, V. Omitt. a r. — *item adversantur*, a. *adversantur*, V d γ. Sed retinenda particula, quia ita modo apparet, quomodo superior clausula excidere potuerit. — *eorum*, d.

§ 148. *et cum ruta*, Broter. *et ruta*, V a d. *item cum*, β. — *morsui*, a. *morsus*, V d. — *et eo*, V a d. *et*, β γ. — *ad*, omitt. V a d. — *sic*, V a d. *eo sic*, β γ. — *nuces quis*, V. *quis nuces*, a d. — *taenias*, K. *tineas*, V a d β γ. — *perveteres*, a d ϑ. *perverveteres*, V, sed per syllabas *perver* lineola traducta. — *cancrenis*, V. — *item suggillatis*, om. a. — *dysentericis*, V a d' ϑ. *dysentericis prodest*, d[2] β.

§ 149. *invenit*, V d. *invenit in*, a β γ. — *peculiario*, V d. *peculiari*, a β γ. —

item ficis totidem et rutae foliis viginti simul tritis, addito salis grano, et qui hoc ieiunus sumat, nullum venenum nociturum illo die. Contra rabiosi quoque canis morsum hi nuclei ieiuno homine conmanducati inlitique praesenti remedio esse dicuntur.

78. Nuces abellanae capitis dolorem faciunt et inflationem 150
stomachi; corpori et pinguitudini conferunt plus quam sit verisimile. Hae tostae et destillationi medentur, tussi quoque veteri tritae in aqua mulsa potae; quidam adiciunt grana piperis, alii e passo bibunt. Pistacia eosdem usus et effectus habent quos nuclei pinei praeterque ad serpentium ictus, sive edantur sive bibantur. Castaneae vehementer sistunt stomachi et ventris fluctiones, alvom cient, sanguinem exscreantibus prosunt, carnis alunt.

79. Siliquae recentes stomacho inutiles alvom solvont; 151
eaedem siccatae sistunt stomachoque utiliores fiunt, urinam cient. Syriacas in dolore stomachi ternas in aquae sextariis decocunt quidam ad dimidium eumque sucum bibunt. Sudor virgae corni arboris lamna candente ferrea exceptus non contingente ligno inlitaque inde ferrugo incipientis lichenas sanat. Arbutus sive unedo fructum fert difficilem concoctioni et stomacho inutilem.

80. Laurus excalfactoriam naturam habet et foliis et cor- 152
tice et bacis itemque decoctum ex his, maxume foliis, prod-

addito salis, a d. *additis aliis*, V. — *morsum*, θ V a. *morsus*, d β. — *hi nuclei*, V. *nuclei*, a β γ. *nucleos*, d. — *ieiuno*, V d. *a ieiuno*, a β γ. — *commanducet*, V d.

§ 150. *et inflationem*, V T a d ϑ. *inflationem*, β γ. De nucibus abellanis v. Dioscor. 1, 179. — *corpori et pinguitudini*, T a d. *corpori et in pinguitudini*, V. *et pinguitudinem corpori*, ϑ. *et pinguedini corporis*, β. *et pinguitudini corporis*, γ. Ex θ *et pinguetudine* est enotatum, de voce *corpori* nihil additum. *corpori in pinguitudinem* vel *in pinguitudine*, Gron. — *sit verisimile*, T d. *sunt verisimile est*, V. *verisimile*, a. — *Hae tostae*, T. *Haec tostae*, d. *est ortae*, V. *Tostae*, a β γ. — *et*, V a. Om. d. — *distillationi*, V. — *tritae in*, V d. *sumitae in*, a. *tritae et in*, β γ. — *quidem*, V. — *grani*, V. — *paso*, V. — *Pistacia*, V[1] a. *Pistacea*, V[2]. *Pistacte*, d. V. Dioscor. 1, 177. — *et effectus*, V. Omitt. T a d. — *nuclei pinei*, V a d. *pinei nuclei*, β γ. — *praeterea*, codd. Barbari. — *ad*, a d. *a*, V. — *Castanea*, V. — *stomachum*, T. — *alvo citae et sanguinem*, K.

§ 151. *eadem*, V. De siliquis v. Dioscor. 1, 158. — *aquae sextariis*, a (codd. Barbari). *aqua sextariis*, V. *aqua sextarios*, d. — *decoquant*, V. — *corni arboris*, a. *et cornu arboris*, V d. *arboris e cornu*, T. — *lamna*, θ V. *lamina*, a d β γ. — *candente ferrea*, V a d. *ferrea candente*, β γ. — *perrugo*, V. — *unedo*, a. *unede*, V. *unedone*, d. De hac arbore v. Dioscor. 1, 175. — *dificilem*, V.

§ 152. *itemque*, θ V T a d. *itaque*, β γ. De lauru v. Dioscor. 1, 106. — *foliis*, a. *foliisque*, V d. *e foliis*, β γ.

esse volvis et vesicis convenit; inlita vero vesparum crabro-
numque et apium, item serpentium venenis resistunt, maxume
sepos, dipsadis et viperae; prosunt et mensibus feminarum
cum oleo cocta, cum polenta autem quae tenera sunt trita
ad inflammationes oculorum, cum ruta testium, cum rosaceo
capitis dolores aut cum irino; quin et conmanducata atque
devorata per triduum terna liberant tussi, eadem suspiriis
trita cum melle. Cortex radicis cavendus gravidis; ipsa radix 153
calculos rumpit, iocineri prodest tribus obolis in vino odorato
pota. Folia pota vomitiones movent; bacae menses trahunt
adpositae tritae vel potae; tussim veterem et orthopnoeam
sanant binae detracto cortice in vino potae; si et febris sit,
ex aqua aut ecligmate ex passo aut aqua mulsa decoctae.
Prosunt et phthisicis eodem modo et omnibus thoracis rheu- 154
matismis; nam et concutiunt pituitam et extrahunt; adversus
scorpiones quaternae ex vino bibuntur. Epinyctidas ex oleo
inlitae et lentigines et ulcera manantia et ulcera oris et fur-
fures, cutis porriginem sucus bacarum emendat et phthiria-
sim; aurium dolori et gravitati instillatur cum vino vetere
et rosaceo. Perunctos eo fugiunt venenata omnia; prodest 155
contra ictus et potus, maxume autem ea laurus quae tenuis-
sima habet folia. Bacae cum vino serpentibus et scorpionibus
et araneis resistunt; ex oleo et aceto inlinuntur et lieni, io-
cineri, gangraenis cum melle; et in fatigatione etiam aut
perfrictione suco eo perungui nitro adiecto prodest. Sunt qui 156

vulvis et, ad. *voluisse*, V. — *illita*, a. *inlata*, V. *illatis*, d. — *apium*, Va. *apum*, d. — *resistunt*, a. *persistunt*, Vd. — *sepos dipsadis*, Td. *sepost ipsadis*, a. *sepo id ipsadis*, V. *sepis, dipsadis*, βγ. — *viprae*, V. — *ad*, om. d. — *inflationes*, ar. — *ad capitis dolores*, K. — *irino*, Va. *cumino*, Td. — *tussi*, Vad. *a tussi*, δϑρβ. — *suspiriis*, VTad. *a suspiriis*, δϑρ. *prosunt suspiriis*, β.

§ 153. *cavendus*, ad^{2}. *cavendis*, Vd^{1}. — *obolis*, Va. *heminis*, d. — *odorato potu*, Vad. — *Folia potu*, Va. *Folia potae*, d. — *orthopnoeam*, d. *ortonoeant*, V. *orthopnoean*, a. — *detractae*, V. — *sit ex*, ad. *silex*, V. — *ecligmate*, a. *et ligmate*, V. *eligmate*, d. — *ex passo aut aqua mulsa*, Vd. *ex aqua aut ex passo*, a. *ex aqua mulsa aut ex passo*, βγ.

§ 154. *concuciunt*, V^{2}. *concuunt*, V^{1}. *coquunt*, adγ. *concoquunt*, β. — *quaterna*, d. — *Epinyctidas sanant*, K. — *et ulcera oris*, a. Omitt. θVd. — *porriginem*, θV. *perorriginem*, a. *pruriginem*, dβγ. — *thiriasim*, V. — *et gravitati*, V. *aut gravitati*, ad.

§ 155. *ea laurus*, a. *et laurus*, Vd. *eius laurus*, βγ. — *quae*, a. Omitt. Vd. — *tenuissima*, Vd. *tenuisse*, a. *tenuiora*, βγ. — *iocineri*, Vd. *iocineris*, a. *et iocineri*, βγ. — *frictiones*, V. — *prodest*, ad. *prodes*, V^{1}. *prosunt*, V^{2}.

§ 156. *conferre multum*, Vd. *multum conferri*, a. *multum conferre*, βγ. — *radice*, a. — *aqua*, d. *aquam*, Va. — *Quidem*, V. — *potu*, V. — *foliorumve*, θVTadr.

celeritati partus conferre multum putent radicem acetabuli mensura in aqua potam, efficacius recentem quam aridam. Quidam adversus scorpionum ictus decem bacas dari iubent potui, item et in remedio uvae iacentis quadrantem pondo bacarum foliorumve decoqui in aquae sextariis tribus ad tertias, eam calidam gargarizare et in capitis dolore inpari numero bacas cum oleo conterere et calefacere. Laurus Del- 157
phicae folia trita olfactaque subinde pestilentiae contagia prohibent, tanto magis si et urantur. Oleum ex Delphica ad cerata acopumque, ad perfrictiones discutiendas, nervos laxandos, lateris dolores, febris frigidas utile est, item ad aurium dolorem in mali punici cortice tepefactum. Folia decocta ad tertias partis aquae uvam cohibent gargarizatione, potu alvi dolores intestinorumque, tenerrima ex his trita in vino papulas pruritusque inlita noctibus. Proxume valent cetera lau- 158
rus genera; laurus Alexandrina sive Idaea partus celeres facit radice pota trium denariorum pondere in vini dulcis cyathis tribus; secundas etiam pellit mensesque. Eodem modo pota daphnoides sive his nominibus quae diximus silvestris laurus prodest, alvom solvit vel recenti folio vel arido drachmis tribus cum sale in hydromelite; manducata pituitas extrahit, folium et vomitus, stomacho inutile; sic et bacae quinae denae purgationis causa sumuntur.

IX. 81. Myrtus sativa candida minus utilis medicinae 159
quam nigra. Semen eius medetur sanguinem exscreantibus, item contra fungos in vino potum; odorem oris conmendat

foliorumque, β. — *eam*, V a d. *eamque*, βγ. — *calefacere*, V[2] β. *calfacere*, θ V[1] a d. *calido illinere*, K.

§ 157. *Delficae*, V. — *olfactaque*, a. *quae*, V d. — *et*, V a. *hae*, d. — *utantur*, Harduini operae. — *Delbica*, V. — *certa*, V. — *acopa*, K. — *perfectiones* V. — *febris*, V. *febres*, a dγ. *febresque*, β. — *et intestinorumque*, V. — *noctibusque*, V.

§ 158. *laurus*, a. *laurusque*, V. *laurorum*, T dγ. *lauri*, β. De lauru Alexandrina v. Dioscor. 4, 145. — *Idaea*, a. *Ideae*, V. *Idee*, d. — *partuus*, V. — *mensesque eodem modo pota. Daphnoides*, dβ. Meliorem interpunctionem cum Va restituit Hard. ex Dioscor. 4, 146. — *dapnoides*, V. — *sive omissis iis*, K. — *diximus* 15, 132. — *in hydromelite; manducata pituitas*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 128. *in hydromelite manducata. Pituitas*, V a dβγ. *ἐπιτηδεύονται δὲ (ἀποφλεγματισμοὶ) διαμασσωμένων τούτων, δαφνοειδοῦς σπέρματος κτέ.*, Dioscor. eupor. 1, 5. — *quinae denae*, a. *quinae dinae*, V. *qui in edine*, T d. *quinae denaeve*, β.

§ 159. *utilis*, V T. *inutilis*, d. *utile*, a. *utilis est*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 1, 155. — *nigre*, d. — *item*, om. K. Mihi *ideo* scribendum videtur.

vel pridie conmanducatum; item apud Menandrum Synaristosae hoc edunt. Datur et dysintericis idem denari pondere in vino; ulcera difficilia in extremitatibus corporis sanat cum vino subfervefactum. Inponitur lippitudini cum polenta et 160
cardiacis in mamma sinistra et contra scorpionis ictum in mero et ad vesicae vitia, capitis dolores, aegilopas antequam suppurent, item tumoribus exemptisque nucleis in vino vetere tritum eruptioni pituitae. Sucus feminis alvom sistit, urinam ciet; ad eruptiones pusularum pituitaeque cum cerato inlinitur et contra phalangia; capillum denigrat. Lenius suco 161
oleum est ex eadem myrto, lenius et vinum quo numquam inebriantur; inveteratum sistit alvom et stomachum, tormina sanat, fastidium abigit. Foliorum arentium farina sudores cohibet inspersa vel in febri, utilis et coeliacis, procidentiae volvarum, sedis vitiis, ulceribus manantibus, igni sacro fotu, capillis fluentibus, furfuribus, item aliis eruptionibus, ambustis. Additur in medicamenta quae liparas vocant eadem 162
de causa qua oleum ex his efficacissimum ad ea quae in umore sunt, tamquam in ore et volva. Folia ipsa fungis adversantur trita ex vino, cum cera vero articulariis morbis et collectionibus; eadem in vino decocta dysintericis et hydropicis potui dantur; siccantur in farinam quae inspergitur ulceribus aut haemorragiae. Purgant et lentigines, pterygia 163
et paronychia et epinyctidas, condylomata, testis, taetra ulcera, item ambusta cum cerato. Ad auris purulentas et foliis

Menandrum p. 157. Meinek. ed. 1. — *edunt*, a. *aedunt*, V. *edant*, d. — *idem denarii*, θV. *item denarii*, Td. *denarii*, aβγ. — *ulcera*, ad. *vel cera*, V.

§ 160. *ictum*, θVad. *ictus*, βγ. — *mero et ad vesicae*, a. *meto et ad vesicae*, V. *meteta uvae siccae*, d. — *dolores*, a. *dolore*, Vd. — *aegilopas*, Vd. *et aegilopas*, aβγ. — *supurent*, V. — *exemptisque*, a. *exeuntisque*, Vd. — *eruptioni*, ita nos scripsimus. *eruptionis*, Vd. *eruptionibus*, aβγ. — *sistit*, a. *institit*, Vd. — *pusularum*, Vad. *pustularum*, β. — *flangia*, V.

§ 161. *inebriantur*, θVTKad. *inebriatur*, βγ. — *sistunt*, a. — *fastigium*, V. — *argentium*, Vd. — *procidentiae*, Vd. *et providentiae*, a. *et procidentiae*, βγ. — *vulvarum*, ad. *vulnerum*, V. — *aliis*, Vad. *papularum*, K.

§ 162. *Additur*, VTad. *Additur quoque*, βγ. — *medicamenta*, θVTKd. *medicamento*, a (codd. Barbari) βγ. — *quae*, TKd. *ad quod*, V. *quod*, a (codd. Barbari) βγ. — *liparas*, codd. Barbari. *lepras*, VTd. *lephras*, a. Eodem prorsus modo dixit Plin. *Addunt et in medicamenta quae vocant liparas* 33, 105. — *eademque de causa oleum*, r. — *articulariis*, ad. *articularis*, V. *articularibus*, β. — *inspergiturque*, a.

§ 163. *Purgat*, K. — *paronycia*, ad. *paronscia*, V. *paronychias*, Dalec. γ. — *epinyctida*, a. — *tetra*, ad. *tera*, V. — *crementis*, V. — *et decocto*, ad (codd. Gel.) *decocto*, VT. — *et in antidota*, ad. *et antidota*, V. — *cali-*

crematis utuntur et suco et decocto; conburuntur et in antidota; item cauliculi flore decerpti et in fictili novo operto cremati in furno, dein triti ex vino; et ambustis foliorum cinis medetur. Inguen ne intumescat ex ulcere, satis est surculum tantum myrti habere secum nec ferro nec terra contactum.

82. Myrtidanum diximus quomodo fieret. Volvae prodest 164
adpositu, fotu et inlitu, multo efficacius et cortice et folio et semine. Exprimitur et foliis sucus mollissimis in pila tunsis, adfuso paulatim vino austero, alias aqua caelesti; atque etiam expresso utuntur ad oris, sedis ulcera, volvae et ventris, capillorum nigritiam, alarum perfusiones, purgationes lentiginum et ubi constringendum aliquid est.

83. Myrtus silvestris sive oxymyrsine sive chamaemyrsine 165
bacis rubentibus et brevitate sativa distat. Radix eius in honore est, decocta vino ad renium dolores pota et difficili urinae praecipueque crassae et graveolenti, morbo regio, volvarum purgationi trita cum vino; cauliculi quoque incipientes asparagorum modo in cibo sumpti et in cinere cocti.
Semen cum vino potum aut oleo et aceto calculos frangit, 166
item in aceto et rosaceo tritum capitis dolores sedat, et potum morbum regium. Castor oxymyrsinen myrti foliis acutis, ex qua fiunt ruri scopae, ruscum vocavit, ad eosdem usus. Et hactenus habent se medicinae urbanarum arborum; transeamus ad silvestris.

culis, V. — *flore decerpti*, V d. *florentes decerpti*, K. Om. a. — *et in*, θ V T. *in*, d β γ. Om. a. — *fictili novo*, V T. *ficti novo*, d. *novo fictili*, a β γ. — *Inguen ne*; pro his vv. habet *Inguine* a, *Inguen si* V, *In ungue et* d. — *ex ulcere*, a. *exulcerare*, V d. — *est*, om. d. — *myrti — contactum*, om. a. — *nec ferro*, V d. *non ferro*, β γ.

§ 164. *diximus* 14, 104. Add. Dioscor. 1, 156. — *appositu*, V T a d. *appositum*, β. — *inlito multu*, V. — *etiam*, V a d. *ita*, β γ. — *sedis*, V d. *sedisque*, a β γ. — *alarum*, Dalec. *malarum*, V a β γ. *mamillarum*, T d. *ξηρὰ δὲ λεῖα (μύρτου φύλλα) — — χρησίμως καταπάσσεται καὶ καθύγραις μασχάλαις*, Dioscor. 1, 155.

§ 165. *sativa*, V. *a sativa*, a d β γ. Ceterum v. Dioscor. 4, 144. — *pota*, a. *potu*, V d. — *graveolenti*, a d. *grave olentum*, V. *graviter olenti*, K. — *vulvarum*, V a d. *et vulvarum*, β γ. — *sumptis*, V d. — *et in*, V a. *et*, d. — *coctis*, d.

§ 166. *et aceto*, V T a d. *aut aceto*, β γ. — *idem*, Dalec. — *dolorem*, d. — *morbum*; haec vox ultima est codicis a in hoc libro. — *hanc myrti*, Dalec. — *foliisque*, V d. — *ruris copiae*, V d. — *usus commendans* vel *et ad eosdem usus commendavit*, Dalec. — *ita se*, Dalec.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXIIII.

CAP. I. SECT. 1. Ne silvae quidem horridiorque naturae § 1
facies medicinis carent, sacra illa parente rerum omnium
nusquam non remedia disponente homini ut medicina fieret
etiam solitudo ipsa, sed ad singula illius discordiae atque
concordiae miraculis occursantibus. Quercus et olea tam
pertinaci odio dissident ut altera in alterius scrobe depactae
moriantur, quercus vero et iuxta nucem iuglandem. Perni-
cialia et brassicae cum vite odia; ipsum olus, quo vitis fu-
gatur, adversum cyclamino et origano arescit. Quin et an- 2
nosas iam et quae sternantur arbores difficilius caedi, celerius
inarescere tradunt, si prius manu quam ferro attingantur;
pomorum onera a iumentis statim sentiri ac, nisi prius osten-
dantur his, quamvis pauca portent sudare illico. Ferulae
asinis gratissimo sunt in pabulo, ceteris vero iumentis prae-
sentaneo veneno, qua de causa id animal Libero patri ad-
signatur cui et ferula. Surdis etiam rerum sua cuique sunt 3

Ad hunc librum toti sunt excussi Va (omissis in hoc §§ 1—7.) d. Principio codicis a antiqua manus haec adscripsit: „*Initium XXIIII. libri deē trium capitulorum sententiis absentibus. de cetero totum est.*"

§ 1. *naturae*, V. *narratae*, d. — *opponente*, K. — *medicinae vireret*, K. — *solido*, d. — *ad singula*, Td. *ad stigula*, V[1]. *et est gula*, V[2]. — *illius*, d. *illis*, VT. — *atque concordiae*, om. T. — *occurrentibus*, Td. — *ipsum*, θVTd. *ipsumque*, β.

§ 2. *iam*, om. T. — *sternantur*, θVTd. *sternuntur*, β. — *celerius*, VTd. *ac celerius*, βγ. — *inarescere*, d. *marcescere*, θV. *maturescere*, T. — *attinguantur*, V. — *gratissimo*, θVTd. *gratissimae*, β. — *assignant, cui et ferulam*, K.

venena ac minumis quoque. Philyra coci et polline nimium salem cibis eximunt; praedulcium fastidium sal temperat. Nitrosae aut amarae aquae polenta addita mitigantur ut intra duas horas bibi possint, qua de causa in saccos vinarios additur polenta; similis vis Rhodiae cretae et argillae nostrati. Concordia valent, cum pix oleo extrahitur, quando utrumque pinguis naturae est; oleum solum calci miscetur, quando utrumque aquas odit. Cummis aceto facilius eluitur, atramentum aqua; innumera praeterea alia quae suis locis di-
centur adsidue. Hinc nata medicina; haec sola naturae pla- 4
cuerat esse remedia parata volgo, inventu facilia ac sine inpendio et quibus vivimus. Postea fraudes hominum et ingeniorum capturae officinas invenere istas in quibus sua cuique homini venalis promittitur vita. Statim compositiones et mixturae inexplicabiles decantantur, Arabia atque India in medio aestumantur ulcerique parvo medicina a rubro mari inputatur, cum remedia vera cotidie pauperrimus quisque
cenet. Nam si ex horto petantur aut herba vel frutex quae- 5
ratur, nulla artium vilior fiat. Ita est profecto, magnitudo populi perdidit ritus vincendoque victi sumus; paremus externis et una artium inperatoribus quoque inperaverunt. Verum de his alias plura.

II. 2. Loton herbam itemque Aegyptiam eodem nomine, 6
alias et Syrticam arborem, diximus suis locis. Haec lotos,

§ 3. *Phylira*, V. — *pilline*, V. — *cibis*, V. *cibi*, d β γ. — *mitigaretur*, V. — *in saccos*, V d. *et in saccos*, β. — *vis*, d. *suis*, V. — *nostrati*, V T d. *nostratis*, β. — *Concordia valent cum*, V d (codd. Gel.) *concordia valentium.*, T. *valet*, K. — *pix*, T d (codd. Gel.) *pia*, V. — *quando utrumque*, V d. *quoniam utrumque*, T. — *Cummis*, ita nos scripsimus coll. ad 32, 24. *Gummis*, V γ. *Commi*, θ. *Gummi*, d β. — *praeterea alia*, d. *alia praeterea*, V. *alia praetereo*, Gronov. At eadem prorsus breviloquentia *Milia praeterea*, sc. dicere possum, usus est Plin. 8, 102. — *adsidue*, delet Pint.

§ 4. *Hic*, V d. — *medicinae*, V d. — *et quibus*, θ V T d. *ex quibus*, β. *ac sine impendio eorum, quibus*, Pint. — *bibimus*, d. — *sitas*, V. — *quique*, V[1]. — *venali syromititur vitia*, V. *venalis vita promittitur*, T d. — *cum positiones*, V. — *decantatur*, V. — *media*, θ V T d. *medendo*, K. *remedia*, Hard. — *imponitur*, K[1]. *impenditur*, K[2]. — *quisque*, om. d[1]. — *coenet. Nam*, d. *centenam*, V.

§ 5. *ortu*, V. — *fiat*, V. *fiet*, T d. — *magnitudine*, V d. — *populi*, V T d. *populi Romani*, β γ. — *vincendoque*, θ V T d. *vincendo*, β. — *imperaverunt*, V T d. *imperat*, β. — *Verum*, om. V.

§ 6. *Lothon herba*, V. — *Aegyptia*, V. — *diximus* 13, 104. coll. Dioscor. 1, 171.

quae faba Graeca appellatur a nostris, alvom bacis sistit; ramenta ligni decocta in vino prosunt dysintericis, menstruis, vertigini, comitialibus; cohibent et capillum. Mirum his ramentis nihil esse amarius fructuque dulcius. Fit et e scobe eius medicamentum ex aqua myrti decocta, subacta et divisa in pastillos, dysintericis utilissimum pondere victoriati cum aquae cyathis tribus.

III. 3. Glans intrita duritias quas cacoethe vocant cum 7
salsa axungia sanat; vehementior est iligna et in omnibus cortex ipse corticique tunica subiecta; haec decocta iuvat coeliacos. Dysintericis et inlinitur vel ipsa glans; eadem resistit serpentium ictibus, rheumatismis, suppurationibus. Folia et bacae vel cortex vel sucus decocti prosunt contra toxica; cortex inlinitur decoctus lacte vaccino serpentis plagae, datur et ex vino dysintericis. Eadem et ilici vis.

IV. 4. Coccum ilicis volneribus recentibus ex aceto inpo- 8
nitur, epiphoris ex aqua, oculis subfusis sanguine instillatum; est autem genus ex eo in Attica fere et Asia nascens celerrime in vermiculum se mutans, quod ideo scolecion vocant inprobantque. Principalia eius genera diximus.

alvo, V. — *commitialibus*, V. — *ex cobe*, V.

§ 7. *cacoethe*, ita nos scripsimus. *cachoete*, V. *choete*, d. *cacoethes*, *βγ*. — *salsa*, d. *folia*, V. — *vehementior est iligna*, ita nos scripsimus. *vehementiores ligna*, V. *vehementiores lichenas*, d. *vehementioresque lichenas*, K. *Vehementiora sunt ligna*, *βγ*. Sponsorem emendationis nostrae habemus Dioscoridem 1, 143: *ὠμαὶ δὲ (βάλανοι) καταπλασθεῖσαι λεῖαι φλεγμονὰς παρηγοροῦσι, σὺν στέατι δὲ χοιρείῳ ταριχηρῷ πρὸς κακοήθεις σκληρίας καὶ πρὸς πονηρευόμενα ἕλκη ἁρμόζουσιν· ἰσχυρότεραι δὲ τῶν δρυΐνων αἱ πρίνιναι τῇ δυνάμει εἰσίν*. Uti Dioscorides glandibus in universum dictis i. e. quernis opponit ilignas, ita Plinius quoque loquitur; adiectivum autem *ilignus* aeque est Plinio usitatum atque *iligneus*, id quod docet index verborum. — *et*, V. Omitt. Kd. — *corticisque*, d. — *subtecta*, V. — *iuvat coeliacos*, d. *in vatelia eos*, V. — *et*, Vd. *etiam*, *βγ*. — *eadem*, Vd. *eademque*, *βγ*. — *vel sucus decocti*; hic rursus incipit cod. a.

§ 8. *illicis*, V. — *recentibus ex aceto*, Vad. *ex aceto recentibus*, *β*. — *oculis*, VTad. *et oculis*, *βγ*. — *instillatum*, Vad. *instillatur*, *βγ*. — *et Asia*, a. *etania*, Vd, unde suspicari quis possit legendum esse *et Edetania*, cum Dioscorides 4, 48. narret coccum et in aliis terris, quas inter Ciliciam refert, et in Hispania inveniri, Edetania vero sit pars Hispaniae Tarraconensis. Nihilominus vulgatam retinendam censeo, quia Dioscorides id, quod h. l. Plinius Attico et Asiatico cocco tribuit, Cilicio proprium esse refert. — *vermiculum*, a. *vermis ultimis*, VTd. Vulgatam esse interpolatam horum codicum scriptura docet, ex qua Plinio restituendum esse censeo *in vermis subtilis* i. e. exiles, minutos *se mutans*. Dioscorides enim dicit hunc vermem *γίνεσθαι ὁμοίως κοχλίᾳ μικρῷ*.

5. Nec pauciora gallae genera fecimus, solidam, perfora- 9
tam, item albam, nigram, maiorem, minorem, vi omnium simili; optuma Commagena. Excrescentia in corpore tollunt, prosunt gingivis, uvae, oris exulcerationi; crematae et vino exstinctae coeliacis, dysintericis inlinuntur, paronychiis ex melle, et unguibus scabris, pterygiis, ulceribus manantibus, condylomatis, ulceribus quae phagedaenica vocantur; in vino autem decoctae auribus instillantur, oculis inlinuntur, ad-
versus eruptiones, panos cum aceto. Nucleus conmanducatus 10
dentium dolorem sedat, item intertrigines et ambusta. Inmaturae ex his aceto potae lienem consumunt; eaedem crematae et aceto salso exstinctae menses sistunt volvasque procidentis fotu; omnis capillos denigrat.

6. Viscum e robore praecipuum diximus haberi et quo 11
conficeretur modo. Quidam contunsum in aqua decocunt, donec nihil innatet, quidam conmanducant acinos, exspuunt cortices. Optumum quod sine cortice quodque levissimum, extra fulvom, intus porraceum; nihil est glutinosius; emollit, discutit tumores, siccat strumas; cum resina et cera panos mitigat
omnis generis. Quidam et galbanum adiciunt pari pondere 12

Subtilis vero illo sensu legi docet *subtilis arundo* 16, 168., *subtile semen* 18, 129., et ipsae litterae *VERMISVLTIMIS* illam emendationem commendant. Permire vero Pint. *ulicem* coniicit nixus verbis Plinii 33, 76: *(ulex) frutex est roris marini similis, asper aurumque retinens.* — *se mutans*, a d. *remutans*, V. — *scolecion*, codd. Barbari. *scolechilum*, a (codd. Salmas. exerc. p. 194. b. E.) *stultilum*, V T d. *scolecinum*, Salmas. *exulicem*, Pint. — *diximus* 16, 32.

§ 9. *fecimus* 16, 26. coll. Dioscor. 1, 146. — *simili*, V. *similis*, a d β γ. Hinc statim supra *vi* reposui, cum a d β γ *vis* habeant. — *tollunt*, θ V T a d. *tollit*, β. — *et vino*, T a d. *ex vino*, V. *et in vino*, β. — *ulceribus quae phaged.*, r. *vulneribus quae phaged.*, V a d β γ. — *instillatur*, V. — *adversus pituitae eruptiones*, K. — *panos*, V a d. *et panos*, β γ.

§ 10. *Nucleus — crematae et aceto*, omitt. V d. — *his aceto*, a. *his ex aceto*, Hard. tacite, γ. — *crematae et aceto aut vino aut oxalme extinctae — vulvasque procidentes decoctum earum fotu*, K. — *salsae*, V. — *fotu*, a. *potu*, V d. — *omnis* et *denigrat*, V a r. *omnes* et *denigrant*, T d β. — *capillos*, V a r. *capillum*, T d.

§ 11. *diximus habere*, V. *habere diximus*, d. *haberi*, a. Vid. 16, 30. 245. coll. Dioscor. 3, 93. — *conficeretur*, V d. *conferetur*, a. *consecetur*, r. — *nihil*, θ V T d (codd. Barbari). Omitt. a β γ. — *innatat*, a. — *commanducant*, V. *commanducantes*, a d β γ. — *expuunt*, V. — *quod sine*, V a d. *est quod sine*, β γ. — *cortice*, V a d. *cortice est*, β γ. — *quoque*, V a d. — *intus*, T a d². *in his*, V d¹. — *nihil*, V T a d. *quo nihil*, β γ. — *glutino sive se mollit*, V. — *tumores*, codd. Gel. *umores*, V a. *humores*, T d. — *omni*, V.

*

singulorum eoque modo et ad volnera utuntur. Unguium scabritias expolit, si septenis diebus solvantur nitroque conluantur. Quidam id religione efficacius fieri putant prima luna collectum e robore sine ferro; si terram non attingat, comitialibus mederi, conceptum feminarum adiuvare, si omnino secum habeant; ulcera conmanducato inpositoque efficacissime sanari.

7. Roboris pilulae ....., ex adipe vero ursino alopecias 13
capillo replent. Cerri folia et cortex et glans siccat collectiones suppurationesque, fluctiones sistit; torpentis membrorum partis conroborat decoctum eius fotu, cui et insidere expedit siccandis adstringendisve partibus. Radix cerri adversatur scorpionibus.

8. Suberis cortex tritus ex aqua calida potus sanguinem fluentem ex utralibet parte sistit; eiusdem cinis ex vino calido sanguinem exscreantibus magnopere laudatur.

V. 9. Fagi folia manducantur in gingivarum labiorumque 14
vitiis. Calculis glandis fagineae cinis inlinitur, item cum melle alopeciis.

10. Cupressi folia trita serpentium ictibus inponuntur et 15
capiti cum polenta, si a sole doleat; item ramici, qua de causa et bibuntur; testium quoque tumori cum cera inlinuntur, capillum denigrant ex aceto. Eadem trita cum duabus partibus panis mollis e vino amineo subacta pedum ac ner-

§ 12. *Unguium*, ad. *in gaium*, V. — *expolit*, V (ut videtur, a m. pr.) ad (codd. Barbari). *expellit*, V^2T. — *si*, omitt. Vd. — *non solvantur*, K. — *relegione*, V. — *collecto*, K. — *attingat*, θTd. *attinguat*, V. *attigit*, aβγ. — *cum manducato*, V.

§ 13. *vero*, θVad. Omitt. βγ; sed recipiendum putavi hoc adverbium, ita ut quaedam excidisse putarem, quae itidem a praepositione *ex* inciperent. Hinc lacunae signa posui. — *capillos*, Vad. — *replet*, Vd. — *fotu cui*, ad; atque ita a m. pr. habuisse videtur V, in quo iam *sucum* substitutum est. — *insidere*, a. *insedere*, Vd^2. *sedere*, d^1. — *adstringendisque*, ad. — *Suberi*, Vd. — *utralibet parte*, a. *utralibus parte*, θ. *utralib; et partes*, d. *utralibus ex partes*, V^1. *utealibus partibus*, V^2.

§ 14. *labiorumque*, V. *labrorumque*, a. *laborumque*, d. — *Calculis*, Va. *Cauculis*, d. *Oculis*, Mercur. var. lect. 2, 8., K. — *idem*, Td. — *alopicetis*, V.

§ 15. *serpentium ictibus*, V. *serpentibus*, Tad. V. Dioscor. 1, 102. — *si a*, ad. *sua*, V. — *ramiti*, V. — *cerato*, a. — *e vino*, Vad. *et e vino*, βγ. — *amineo*, θV. *ammineo*, adβγ. — *dolorum nervores*, V. — *sedat*, d. — *Ramiti*, V. — *prosunt*, a. *ponunt*, Vd. — *ponuntur*, V.

§ 16. *tusis*, a. *tussi*, Vd. — *qui*, om. d. — *mixtus*, ad. *mixas*, V. *misto*, r. —

vorum dolores sedant. Pilulae adversus serpentium ictus bi-
buntur aut si eiciatur sanguis; collectionibus inlinuntur. Ra-
mici quoque tenerae tunsae cum axungia et lomento prosunt;
bibuntur ex eadem causa; parotidi et strumae cum farina
inponuntur. Exprimitur sucus tunsis cum semine qui mixtus 16
oleo caliginem oculorum aufert; item victoriati pondere in
vino potus inlitusque cum fico sicca pingui, exemptis granis,
vitia testium sanat, tumores discutit et cum fermento stru-
mas. Radix cum foliis trita pota vesicae et stranguriae me-
detur et contra phalangia. Ramenta pota menses cient, scor-
pionum ictibus adversantur.

11. Cedrus magna quam cedrelaten vocant dat picem quae 17
cedria vocatur, dentium doloribus utilissimam; frangit enim
eos et extrahit, dolores sedat. Cedri sucus ex ea quomodo
fieret diximus, magni ad volumina usus, ni capiti dolorem
inferret. Defuncta corpora incorrupta aevis servat, viventia
conrumpit mira differentia, cum vitam auferat spirantibus
defunctisque pro vita sit; vestis quoque conrumpit et ani-
malia necat. Ob haec non censeam in anginis hoc remedio 18
utendum neque in cruditatibus, quod suasere aliqui, gustu;
dentis quoque conluere ex aceto in dolore timuerim vel gra-
vitati aut vermibus aurium instillare. Portentum est quod
tradunt, abortivom fieri in venere ante perfusa virilitate.
Phthiriasis perunguere eo non dubitaverim, item porrigines.
Suadent et contra venenum leporis marini bibere in passo;
facilius in elephantiasi inlinant. Et ulcera sordida et excre- 19

caligini, V. — *illitusquem*, V. — *fico*, V d. *vino*, a. — *umores*, a. — *pota*, V a d. *potaque*, β γ. — *medentur*, V d. — *scorlangia* et *phapionum*, γ vitio operarum. — *adver vensantur*, V.

§ 17. *Cedros*, V. — *cedroelaten*, V d. — *cedria*, a. *decedria*, d. *decreta*, V. — *vocantur*, V. — *et extrahit*, a. *extrahit*, V d. — *dolorem*, T d. — *diximus* 16, 52. coll. Dioscor. 1, 105. — *magni*, V (a m. pr., ut videtur) a d. *magna*, V². — *volumina*, V T a d. *lumina*, β γ. — *nisi*, T. — *capiti*, θ V T a d. *capitis*, β. — *dolorem*, T d. *dolore*, V a. — *aevis servat*, a (codd. Gel.) *et viscerat*, d. *et viscera*, V. — *vita*, V. — *defunctisque*, θ V T a d. *defunctis*, β.

§ 18. *haec*, V a d. *hoc*, β. — *anguinis*, V. — *gustu; dentes*, a. *gustatu dentes*, d. *custodentes*, V¹. *custodientes*, V². *gustandum*, K. — *vermium auribus*, a. — *in venere*, a d. *invenire*, V. *fieri, in venere uncta prius virilitate*, Pint. — *viriditate*, V d. — *Ptiriasis*, a. *Pteriasis*, V d. Esse qui *pityriases* legere malint, quorum sententiam postea praeferebat Brot., narrat Hard. — *item*, V T a d. *itemque*, β. — *Suadent et*, a d. *Suadent*, V. — *venena*, d. — *cedriam bibere*, Gesner. hist. anim. 4, 408. — *illinant*, θ r. *si illinant*, a. *illinantur*, d. *illinatur*, V β. *illinunt*, Brot. γ.

scentia in iis auctores quidam et oculorum albugines caliginesque inunxere eo et contra pulmonis ulcera cyathum eius sorberi iusserunt, item adversus taenias. Fit ex eo et oleum quod pisselaeon vocant, vehementioris ad omnia eadem usus. Cedri scobe serpentis fugari certum est, item bacis tritis cum oleo, si qui perunguantur.

12. Cedrides hoc est fructus cedri tussim sanant, urinam 20
cient, alvom sistunt, utiles ruptis, convolsis, spasticis, stranguriae, volvis admoti, contra lepores marinos eademque quae supra, collectionibus inflammationibusque.

13. De galbano diximus. Neque umidum neque aridum 21
probatur sed quale docuimus. Per se bibitur ad tussim veterem, suspiria, rupta, convolsa; inponitur ischiadicis, lateris doloribus, panis, furunculis, corpori ab ossibus recedenti, strumis, articulorum nodis, dentium quoque doloribus; inlinitur et cum melle capitis ulceribus. Purulentis infunditur auribus cum rosaceo aut nardo; odore comitialibus subvenit et volva strangulante vel in stomachi defectu. Abortus non 22
exeuntis trahit adpositu vel suffitu, item ramo hellebori circumlitum atque subiectum. Serpentis nidore urentium fugari diximus; fugiunt et perunctos galbano; medetur et a scorpione percussis. Bibitur et in difficili partu fabae magnitudine in cyatho vini volvasque conversas corrigit, cum murra autem et vino mortuos partus extrahit. Adversatur et venenis, maxume toxicis cum murra et vino; serpentis oleo et spondylio mixto tactu necat; nocere urinae existumatur.

§ 19. *iis*, V. *his*, ad. — *quidem*, Vd. — *inuncxere*, V. — *pulmonis*, ad. *pulmones*, T. *pulmonibus*, V. — *ulcera*, Va. *hulceraque*, Td. — *sorberi*, θVd. *sorbere*, aβγ. — *taenias*, θa. *teneas*, V. *tineas*, dβ. — *ex ea*, K. — *et oleum*, Va. *oleum*, d. *et oleum ut et quod*, K. — *pisselaeon*, d. *pirselaeon*, a. *pissaeleon*, V. *cedrelaeon*, K. — *vehementiores*, Vd. — *scrobe*, d. — *fugare*, V. — *perungeatur*, V.

§ 20. *fructus*, codd. Barbari. *frutices*, VTad. — *pasticis*, Vd. — *straguriae*, V. — *admoti contra*; pro his vv. habent *contra admota* Vad, *poti contra* r. Id aut reponendum ex Dioscoride aut *vulvis*. *Ac poti contra* legendum esse censet Hard. — *quae*, d. Omitt. Va. — *inflammationibusque admoti*, K.

§ 21. *diximus* 12, 126. coll. Dioscor. 3, 87. — *probatum*, a. — *et quale*, Vd. *et quales*, a. — *sciadicis*, V. — *ab ossibus recedenti*, d. *ab ossibus recidendi*, V. *ab ossibus recedentibus*, a. *et ossibus recedentibus*, r. — *strangulante*, Vd. *instrangulante*, a. — *vel in*, θVTd. *vel*, ar. *et in*, βγ. — *stomaci*, V.

§ 22. *adposito*, V. — *ramo*, VTdr. *rami*, a. *ramis*, βγ. — *elebori*, V. — *urentium*, Vad. *usti*, K. — *diximus* 12, 126. — *peruncto*, a. — *ab*, a. — *cyatho vini*, ad. *quiato vini*, V[1]. *ciato vini*, V[2]. *vini cyatho*, βγ. — *myra*, V. —

VI. 14. Similis hammoniaci natura atque lacrimae proban- 23
dae, ut diximus; mollit, calefacit, discutit, dissolvit, claritati visus in collyriis convenit, pruritum, cicatrices, albugines oculorum tollit, dentium dolores sedat, efficacius accensum. Prodest dyspnoicis, pleuriticis, pulmonibus, vesicis, urinae cruentae, lieni, ischiadicis potum, — sic et alvom solvit, — articulis et podagrae cum pari pondere picis aut cerae et rosaceo coctum. Maturat panos, extrahit clavos cum melle, — sic et duritias emollit, — lieni cum aceto et cera Cypria vel rosaceo efficacissime inponitur. Lassitudines perungui cum aceto et oleo exiguoque nitro utile.

15. Et styracis naturam in peregrinis arboribus exposui- 24
mus. Placet praeter illa quae diximus maxume pinguis, purus, albicantibus fragmentis. Medetur tussi, faucibus, pectoris vitiis, volvae praeclusae duritieve laboranti; ciet menses potu adposituque, alvom mollit. Invenio potu modico tristitiam animi resolvi, largiore contrahi, sonitus aurium emendare infusum, strumas inlitum nervorumque nodos. Adversatur venenis quae frigore nocent, ideo et cicutae.

16. Spondylium una demonstratum infunditur capitibus 25
phreneticorum et lethargicorum, item capitis doloribus longis; cum oleo vetere bibitur et in iocinerum vitiis, morbo regio, comitialibus, orthopnoicis, volvarum strangulatione, quibus et suffitu prodest. Alvom mollit; inlinitur ulceribus quae ser-
punt cum ruta. Flos auribus purulentis efficaciter infunditur; 26
sed sucus cum exprimitur integendus est, quoniam mire ad-

et vino, V T. *et in vino*, a d β γ. — *partus*, om. a. — *murra*, V. *myrrha*, a d β γ. — *et vino*, V T d. *et in vino*, a β γ. — *spodilio*, V.

§ 23. *probandae ratio ut*, K. — *diximus* 12, 107. coll. Dioscor. 3, 88. — *calefacit*, V d. *calfacit*, a γ. — *dypsanoicis*, V d. — *pleuricis*, a. — *sciadicis*, V. — *duricias*, V. — *lieni*, a. *lienis*, V d. — *et cera*, a. *cum cera*, V d. — *Cypra*, V. — *utile*, V a d. *utile est*, β.

§ 24. *syracis*, V d. — *exposuimus* 12, 124. coll. Dioscor. 1, 79. — *fragmentis*, V d. *strangentis*, a. — *duritieve*, a d. *duricieve*, V. *duritiave*, θ. — *adposituque*, V T d. *adpositoque*, a. *apposituve*, β γ. ἔμμηνά τε ἄγει πινόμενος καὶ προστιθέμενος, Dioscor. — *potum*, V. — *modicae*, a. — *largiori*, d. — *emendare*, ita nos scripsimus. *emenda*ʳ*i*, V. *emendat*, a d β γ. — *infusum*, a d. *infusam*, V. *infusus*, K. — *illitum*, V a d. *illitus*, K. — *adversarum*, V, unde coniicio *adversari item* legendum esse.

§ 25. *Spondilium*, V a d. *Spondylion*, β γ. — *demonstratum* 12, 128. coll. Dioscor. 3, 80. — *freneticorum*, V. — *veteri*, d. — *comicialibus*, V. — *quae serpunt*, θ V T d. *quae serpent*, a. *serpentibus*, β.

§ 26. *prrulentis*, d.

petitur a muscis et similibus. Radix derasa et in fistulas coniecta callum earum erodit; auribus quoque instillatur cum suco. Datur et ipsa contra morbum regium et in iocineris vitio et volvarum; capillos crispos facit peruncto capite.

17. Sphagnos sive sphacos sive bryon et in Gallia, ut in- 27
dicavimus, nascitur, volvis decocto insidentium utilis, item genibus et feminum tumoribus mixtus nasturtio et aquae salsae tritus; cum vino autem ac resina sicca potus urinam pellit celerrime. Hydropicos inanit cum vino et iuniperis tritus ac potus.

18. Terebinthi folia et radix collectionibus inponuntur; decoctum eorum stomachum firmat. Semen in capitis dolore bibitur in vino et contra difficultatem urinae, ventrem leniter emollit, venerem excitat.

19. Piceae et laricis folia trita et in aceto decocta dentium 28
dolori prosunt, cinis corticum intertrigini, ambustis; potus alvom sistit, urinam movet; suffitu volvas corrigit. Piceae folia privatim iocineri utilia sunt drachmae pondere in aqua mulsa pota. Silvas eas dumtaxat quae picis resinaeque gratia radantur utilissimas esse phthisicis aut qui longa aegritudine non recolligant viris satis constat et illum caeli aera plus ita quam navigationem Aegyptiam proficere, plus quam lactis herbidos per montium aestiva potus.

20. Chamaepitys Latine abiga vocatur propter abortus, ab 29
aliis tus terrae, cubitalibus ramis, flore pinus et odore; altera brevior et incurvae similis; tertia eodem odore et ideo no-

fistula, V. — *quoque*, om. d.

§ 27. *Sphacnos*, V a [2]. *phagos*, a [1] d. — *phacos*, V. — *brion*, V. — *indicavimus* 12, 108. coll. Dioscor. 1, 20. — *decocto*, *ποιοῦν πρὸς τὰ περὶ μήτραν ἐν ἀφεψήμασιν εἰς ἐγκάθισμα*, Dioscor. Omitt. V T a d. — *aquae salsae*, V d. *aqua salsa*, a β γ. — *autem*, θ V T a d r. Om. β. — *ac resina*, θ a r. *et resina*, V T d. — *iuniperis*, θ V T a d. *iunipero*, β. — *ac potus*, θ T a d. *et potus*, V β. — *Terebinti*, V uti plerumque. Ceterum v. Dioscor. 1, 91. — *leviter*, a.

§ 28. *prodest*, V a d. Ceterum v. Dioscor. 1, 86. — *intertrigini*, V a. *intertriginia*, d. *intertrigini et*, β γ. — *Pice*, V. — *potata*, d. — *raduntur*, Dalec. — *phisicis*, V. — *recolligant vires satis*, a. *recolligantur essatis*, V. *recolligantur esse satis*, d. *recolligunt*, Dalec. — *caeli*, a. *caeri*, V. *ceri*, d. — *lactis per herbidorum montium*, K.

§ 29. *Latine abiga vocatur dicitur*, a. Haec omnia omittunt V d. Ceterum v. Dioscor. 3, 165. 166. — *propter abortus*, d. *propter abhortus*, V. *abortus propter*, a. — *et odore*, V [1] a d. *sed odore*, V [2]. — *alter albior*, V. — *incurva*, V d. — *parvola*, θ V a d (codd. Barbari). *parvulo*, β. — *coliculo*, θ V (codd. Barbari). — *digitali*, θ V a d. *crassitudine digitali*, codd. Barbari, β. — *iocineris*, V.

mine quoque, parvola, cauliculo digitali, foliis scabris, exilibus, albis, in petris nascens, omnes herbae sed propter cognationem nominis non differendae. Prosunt adversus scorpionum ictus, item iocineri inlitae cum palmis aut cotoneis; renibus et vesicae decoctum earum cum farina hordeacia.
Morbo quoque regio et urinae difficultatibus ex aqua de- 30
coctae bibuntur. Novissima contra serpentis valet cum melle; sic et adpositu volvas purgat; sanguinem densatum extrahit pota, sudores facit perunctis ea, peculiariter renibus utilis. Fiunt ex ea et hydropicis pilulae cum fico alvom trahentes. Lumborum dolorem victoriati pondere in vino finit et tussim recentem. Mortuos partus ex aceto cocta et pota eicere protinus dicitur.

21. Cum honore et pityusa simili de causa dicetur, quam 31
quidam in tithymali genere numerant; frutex est similis piceae, flore parvo purpureo. Bilem et pituitam per alvom detrahit radix decocti hemina aut seminis lingula in balanis. Folia in aceto decocta furfures cutis emendant, mammas quoque mixto rutae decocto et tormina et serpentium ictus et in totum collectiones incipientis.

22. Resinam supra dictis arboribus gigni docuimus et ge- 32
nera eius et nationes in ratione vini ac postea in arboribus. Summae species duae, sicca et liquida. Sicca e pinu et picea fit, liquida terebintho, larice, lentisco, cupresso; nam et hae ferunt in Asia ac Syria. Falluntur qui eandem putant esse e 33
picea atque larice; picea enim pinguem et turis modo suco-

§ 30. *adpositu*, V a d. *apposita*, β. — *potata*, d. — *fico*, θ V a. *ficu*, d β. — *Lumborum*, θ V T a d. *Lumborum quoque*, β. — *finit*, V a. *sanat*, T d. — *et pota*, θ V T d. *pota*, a. *potaque*, β. — *protinus*, V a. *statim*, T d.

§ 31. *Cum honore*, a. Omitt. V T d (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 145.). Ceterum v. Dioscor. 4, 63. — *dicitur*, V. — *quidem*, V. — *intymalligine renumerant*, V. — *frutex*, a d. *fuit*, V. — *est similis*, a. *exsimilis*, V. *similis*, d. — *picaeae*, V. — *lingulam*, V. *ligula*, a d β. — *in balneis*, K[1]. *in phoenicobalanis*, K[2]. — *furfuris*, V. — *cutis*, V a d. *capitis*, Murbac. — *mixto rutae decocto*, V a. *mixta ruta decocta*, T d. — *tormina*, a. *turbina*, V d.

§ 32. *supra*, V d. *e supra*, a β γ. — *docuimus* 14, 122 seqq. — *et nationes*, a. *nationes*, V d. — *postea* 16, 38 seqq. — *picea*, a d. *pice*, V. — *liquida*, V a d. *liquida e*, β γ. — *larice. Nam lentiscus et cupressus in Asia ferunt ac Syria*, K. — *nam et*, θ V T a d. *nam*, β. — *hae*, θ V. *eae*, T a β γ. *ea*, d. — *afferunt*, d. — *ac*, V. *et*, a d β γ.

§ 33. *esse*, a d. *eam esse*, V. — *e picea*, a. *picem*, V d. — *laricem*, V. — *pinguem*, a (codd. Barbari). *pingue*, V d. — *turis*, Barbar. a d. *tursi*, V. *thyrsi*, codd. Barbari.

sam fundit, larix gracilem ac mellei coloris, virus redolentem.
Medici liquida raro utuntur et in ovo fere e larice propter
tussim ulceraque viscerum, nec pinea magnopere in usu,
ceteris non nisi coctis; et coquendi genera satis demonstra-
vimus. In arborum differentia placet terebinthina odoratis- 34
sima atque levissima, nationum Cypria et Syriaca, utraque
mellis Attici colore, sed Cypria carnosior sicciorque. In sicco
genere quaerunt ut sit candida, pura, perlucida, in omni
autem ut montana potius quam campestris, item aquilonia
potius quam ab alio vento. Resolvitur resina ad volnerum
usus et malagmata oleo, in potiones amygdalis amaris. Na- 35
tura in medendo contrahere volnera, purgare, discutere col-
lectiones, item pectoris vitia. Terebinthina .....; inlinitur
eadem calida membrorum doloribus spatiatisque in sole avel-
litur, et totis corporibus mangonum maxume cura ad graci-
litatem emendandam, spatiis ita laxantium cutem per singula
membra, capacioraque ciborum facienda corpora. Proxumum 36
locum optinet e lentisco; inest ei vis adstringendi, movet et
ante ceteras urinam. Reliquae ventrem molliunt, cruda con-
cocunt, tussim veterem sedant, volvae onera extrahunt etiam
suffitae; privatim adversantur visco, panos et similia cum
sebo taurino et melle sanant. Palpebras lentiscina commo-

melli, V. — *coloris*, VTd. *liquoris*, aβγ. Receptam lectionem tuetur ipse Plin. 16, 43. — *verius*, a. — *e* ante *larice* omitt. Vad. — *nec*, Vd. *ut*, a. — *usus*, V. — *et coquendi*, ad. *equoquendi*, V. — *demonstravimus* 16, 53.

§ 34. *In*, omitt. Vad. Ceterum v. Dioscor. 1, 91. — *arborum*, Vad. *resinarum*, K. — *odorantissima*, a. — *atque*, a. *quae*, Vd. — *colore*, ad. *colores*, V^{1}. *coloris*, V^{2}. — *et*, V. — *sicciorque*, a. *crassiorque*, VTd. — *quaerunt*, a. *quaesunt*, Vd, quod fortasse verum recipere tamen dubitavi. — *in omni*, a. *nomini*, V. *nomina*, d. — *adaquilonia*, V. Haec sunt partim sumpta ex Theophr. hist. plant. IX. 2, 3. — *malacmata*, V. — *oleo*, Va. *cum oleo*, Td. — *in potiones*, a. *in petiones*, V. *impetigines*, Td.

§ 35. *contra pectoris*, K. — *vitia*, Kad. *via*, V. — *Terebinthina*; hanc vocem nulla structurae sensusque ratione habita ad superiora referunt Hard. γ; nos antiquam interpunctionem revocavimus, sed ita, ut post eam nonnulla verba excidisse censeamus, ad quam sententiam pronomen *eadem* nos ducit. Incipiebant verba illa omissa a voce verbo *inlinitur* simili, unde lacunam indicavi. — *inlinitor*, V. — *eadem*, Vadδϑρφ. *et eadem*, β. — *callido*, a. — *membrorum*, adδϑρφ. *memorbum*, V. *pernionum*, Gronov. — *spatiatisque*, Vd. *spatia usque*, aδϑρφ. *spasticisque*, θrβγ. — *in sole avellitur*, θVTd. *in sole evellitur*, arδϑρφ. *illinitur in sole*, β. *in sole. Illinitur*, γ. — *et totis*, θVTadrδϑρφ. *totisque*, β. „Intellige, illinitur et avellitur similiter." GRON. — *angonum*, V. — *crura*, Vd. — *ad gracilitatem emendandam*, a. *a gracilitate emendandam*, V. *emendanda a gracilitate*, d.

§ 36. *vis*, ad. *vis et*, V. — *molliuntur*, V. — *sanat*, Vd. — *commodissima*, Vd.

dissime replicat, fractis quoque utilissima et auribus purulentis, item in pruritu genitalium; pinea capitis volneribus optume medetur.

VII. 23. Pix quoque unde et quibus conficeretur modis 37
indicavimus, et eius duo genera, spissum liquidumque. Spissarum utilissima medicinae Bruttia, quoniam pinguissima et resinosissima utrasque praebet utilitates, ob id autem magis rutila quam ceterae; id enim quod in hoc adiciunt, ex mascula arbore meliorem esse, non arbitror posse intellegi.
Picis natura excalfacit, explet; adversatur privatim cerastae 38
morsibus cum polenta, item anginae cum melle, destillationibus et sternumentis a pituita. Auribus infunditur cum rosaceo, inlinitur cum cera, sanat lichenas, alvom solvit, exscreationes pectoris adiuvat ecligmate aut inlitis tonsillis cum melle; sic et ulcera purgat, explet. Cum uva passa et axungia carbunculos purgat et putrescentia ulcera, quae vero serpunt, cum pineo cortice aut sulphure. Phthisicis etiam cyathi 39
mensura quidam dederunt et contra veterem tussim. Rhagadas sedis et pedum panosque et unguis scabros emendat, volvae duritias et conversiones odore, item lethargicos; strumas cum farina hordeacia et pueri inpubis urina decocta ad suppurationem perducit. Et ad alopecias sicca pice utuntur,

§ 37. *modis conficeretur*, d. — *indicavimus* 14, 122 seqq. coll. Dioscor, 1, 97. — *et eius*, a. *eius*, V d. V. § 32. — *Spissimarum*, a. — *medicinae*, V T a d. *medicinae est*, β. — *Bruttia*, a. *Bruttea*, V. *Brutea*, d. *Brutia*, βγ. — *ob id autem magis*, ita nos scripsimus. *ob id amagis*, V. *ob id magis*, a d βγ. *ad idque magis*, K. — *hoc* mihi suspectum est, quia haec vox non habet, quo referatur. Nullo modo enim e superioribus suppleri potest *genus*; deinde neutrum genus damnatur eo, quod sequitur *meliorem*. Hinc legendum est *hac* sc. pice. — *ex*, V. *e*, a d βγ. — *arbore meliorem*, a d. *arborem*, V.

§ 38. *cerastea*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 94. — *destillationibus*, a. *destinationibus*, V d. *distillationibus*, βγ. — *sternumentis e pituita*, V. *sternutamentis a pituita*, θ. *sternutamentis e pituita*, T d γ. *sternutamenta pituitas*, a. *sternumenta pituitas*, δ. *sternutamentis pituitis*, codd. Barbari. *sternutamentis. Pituitis aurium*, K. *sternutamentis. Purulentis*, β. Ex illis codd. lectionibus retinuimus *sternumentis* et *a*, quia *e* hoc sensu apud Plinium legi non memini, coll. ad 36, 133. — *excreationis*, V. — *elicmatae*, V. — *inlitis*, V a d. *illita*, βγ. — *explet cum uva passa et axungia. Carbunculos*, β. Meliorem interpunctionem commendarunt Dalec. ex Dioscor. l. l. et Hard. ex Plinio Valer. 3, 22, 30. — *purgat et*, a. *purgat*, d. *purgat explet cum uva passa et axungia*, V superiora male repetens. — *sulpure*, V.

§ 39. *Phthisici*, d. — *etiam*, V. Omitt. a d γ. — *mensurā*, a. — *quidem*, d. — *Ragadas*, V d. *Ragadis*, a. — *strumas*, V d. *strumas item*, a βγ. — *ad suppurationem*, a d. *et suppurationem*, V. — *Et ad*, V a. *Et*, d. Ceterum v. Dioscor. 1, 95.

ad mulierum mammas Bruttia ex vino subfervefacta cum polline farracio quam calidissimis inpositis.

24. Liquida pix oleumque quod pisselaeon vocant quem- 40
admodum fieret diximus; quidam iterum decocunt et vocant palimpissam. Liquida anginae perunguntur intus et uva. Ad aurium dolores, claritatem oculorum, oris circumlitiones, suspiriosas volvas, tussim veterem et crebras exscreationes pectoris, spasmos, tremores, opisthotonos, paralysis, nervorum dolores. Praestantissimum ad canum et iumentorum scabiem.

25. Est et pissasphaltos mixta bitumini pice naturaliter 41
ex Apolloniatarum agro. Quidam ipsi miscent praecipuum ad scabiem pecorum remedium aut si fetus mammas laeserit matrum. Optumum ex eo quod cum fervet innatat.

26. Zopissam eradi navibus diximus cera marino sale macerata; optuma haec a tirocinio navium; additur autem in malagmata ad discutiendas collectiones.

27. Taeda decocta in aceto dentium dolores efficaciter conluunt.

28. Lentisci ex arbore et semen et cortex et lacrima uri- 42

Bruma, V. — *ex vino*, om. a.

§ 40. *pice*, V. — *quod*, ad. *eo quod*, V. — *pissaeleon*, V. — *diximus* 16, 52. 15, 28. — *decocunt*, V[1]. *quoquunt*, V[2]. *decoquunt*, ad$\beta\gamma$. Ceterum v. Dioscor. 1, 97. — *palimpissa*. Vd. — *Ad*, omitt. Vad. — *aurium*, V. *arium*, ad. — *claritatem*, a. *claritati*, Vd. — *suspiriosas*, θVd. *suspiriosos*, $\beta\gamma$. Verba *suspiriosas — pectoris* omittit a. Suspiriosae vulvae eaedem esse videntur, quae *exanimatae* dicuntur 32, 28.; vulvae conversione *suffocantur* mulieres 20, 238. *Suspiriosos* vero homines intelligi non posse docet, quod in toto hoc loco morbi, neque homines laborantes commemorantur. — *tremores*, a. *tremoles*, V. *tremulos*, d. — *dolores praestantissima, et ad canum iumentorumque*, K. Uti haec scriptura certe est interpolatio, ita non minus certum multa in hac paragrapho esse corrupta. Cum enim Plinius antea commemoraverit liquidam picem et pisselaeon, primum de medicinis liquidae picis agit, de pisselaeo tacet; commemoratum tamen id fuisse docet adiectivum *Praestantissimum*, unde apparet plura verba excidisse, quibus pisselaeon nominabatur. Huc accedit, quod, sive cum $\beta\gamma$ legimus *ad aurium dolores*, sive cum codd. *aurium dolores*, haec verba non habent, unde pendeant. Qualia autem illa, quae exciderunt, fere fuerint, divinare possumus ex Dioscoride 1, 95., qui ait: *ποιεῖ δὲ (τὸ πισσέλαιον) πρὸς ὅσα καὶ ἡ ὑγρὰ πίσσα.*

§ 41. *pisaspaltos*, V. *pissaspaltos*, d. De pissasphalto v. Dioscor. 1, 100. — *bitumini*, a. *bituminis*, Vd. — *Apolloniatarum*, θVTad. *Apollionatarum*, β. — *laeserit matrum. Optimum*, K. *laeserit. Maturum optimum*, Vad$\beta\gamma$. *laeserit. Naturale optimum*, Barbar. — *fervet innatat*, a. *fervent innatant*, Vd. *quod aquae ferventi innatat*, K. — *diximus* 16, 56. coll. Dioscor. 1, 98. — *ad*, Vad. *et ad*, K. — *Teda decocta*, r. *Teda decoctaeque*, V. *Tede decocte eque*, T. *Teda decocte eque*, d. *dete decoctaque* (to), a. *Tedae decoctae*, β. — *coluunt*, V.

nam cient, alvom sistunt; decoctum eorum ulcera quae serpunt fotu; inlinitur in umidis et igni sacro; gingivas conluit. Folia dentibus dolore atteruntur, mobiles decocto conluuntur; capillum tinguit. Lacrima sedis vitiis prodest, cum quid siccari excalfierive opus sit; decoctum et e lacrima stomacho utile, ructum et urinam movens, quod et capitis doloribus cum polenta inlinitur; folia tenera oculis inflammatis inli-
nuntur. Mastiche lentisci replicandis palpebris et ad exten- 43
dendam cutem in facie et zmegmata adhibetur et sanguinem reicientibus, tussi veteri; et ad omnia quae acaciae vis. Medetur et attritis partibus sive oleo e semine eius facto ceraeque mixto, sive foliis ex oleo decoctis, sive cum aqua virilia foveantur. Scio Democratem medicum in valetudine Considiae M. Servili consularis filiae omnem curationem austeram recusantis diu efficaciter usum lacte caprarum quas lentisco pascebant.

VIII. 29. Platani adversantur vespertilionibus, pilulae ea- 44
rum in vino potae denariorum IIII pondere omnibus serpentium et scorpionum venenis, item ambustis; tunsae autem cum aceto acri magisque scillite sanguinem omnem sistunt

§ 42. *Lentisci ex arbore*, r. *Lentisci et arbores*, V β. *Lentiscis est arbores*, a. *Lentisci et arbor*, T d. — *potu*, V. — *sacro. Eo gingivas colluunt*, r. — *dolore*, V a d. *in dolore*, β γ. Vid. ad 32, 113. — *coluuntur*, V. — *tinguit*, V a d. *tinguunt*, β γ. *tingit lacrima. Sedis*, r. — *vitis*, V. — *decoctum et e lacrima*; his in verbis particula *et* librariis deberi videtur, cum nulla prorsus eius sit causa. Decoctum aliarum partium lentisci aliis malis utile fuit. — *utile ructum*, a d. *utile ructus*, T. *utiliter uetum*, V. — *doloribus*, θ V T a d. *dolori*, β. — *illinitur*, a d. *linitur*, θ V.

§ 43. *Mastiche*, a. *Mastice*, V d. *Item mastiche*, β γ. Ceterum v. Dioscor. 1, 90. — *extendendam*, V a d. *exterendam*, r. *extergendam*, K. — *zmecmata*, V. *smegmata*, a d β γ. — *ad omnia quae acaciae vis*, ita nos scripsimus ex Dioscor. 1, 89: *καὶ καθόλου ἀντὶ ἀκακίας καὶ ὑποκίστιδος ἔνεστιν αὐτῷ (τῷ σχίνῳ) χρῆσθαι. ad omnia quae eis*, θ. *ad omnia quaevis*, r. *ad omnia qua eius*, a. *omnia quae ius*, V[1]. *omnia quee ius*, V[2]. *amonia quaevis*, T d. *ad omnia quae hammoniaci vis*, β γ. Nomen *ACACIAE* facile absorberi potuit per proximas litteras similes *QVAE VIS*; de ipsa planta v. § 109. 110. Ceterum in verbis *et ad omnia* vitium latet; nam haec verba pessime proximis concinunt. Legendum *ei et ad omnia* i. e. praeter ea, quae de lentisco diximus, est ei etiam vis ad omnia, quae est acaciae. Pronomen per particulam *et* absorptum. — *atritis*, V. — *paribus* i. e. testiculis, Barbar. — *virilia*, Barbar. a. *ut ita*, V T d. *naturalia*, Dalec. — *Democritem*, d. — *Considiae M.*, a. *considentem*, d. *Considiae*, V. — *consolaris*, V. — *lentiscon*, a. — *pascebant*, θ V d. *pascebat*, a β γ.

§ 44. *scorpionibus*, K. De platani vi medica v. Dioscor. 1, 107. — *denariorum*, om. V. — *et scorpionum*, a. Omitt. θ V T K d. — *item*, V d δ ϑ ρ φ. *medentur; item*, β γ. Nihil horum habet a. — *scillite*, V d. *scilliti*, a γ. *scillino*, r. — *omnem* — *lentiginem*, a. Omitt. V d.

et lentiginem et carcinomata melaniasque veteres addito melle
emendant. Folia autem et cortex inlinuntur collectionibus et 45
suppurationibus, et decoctum eorum; corticis autem in aceto dentium remedium est, foliorum tenerrima in vino albo decocta oculorum. Lanugo foliorum et auribus et oculis inutilis. Cinis pilularum sanat ambusta igni vel frigore. Cortex e vino scorpionum ictus restinguit.

30. Fraxinus quam vim adversus serpentis haberet indi- 46
cavimus. Semen foliis eius inest, quae medentur iocineris, laterum doloribus in vino, aquam quae subit cutem extrahunt. Corpus obesum levant onere sensim ad maciem reducentia, iisdem foliis cum vino tritis ad virium portionem ita ut puero quinque folia tribus cyathis diluantur, robustioribus septem folia quinis vini. Non omittendum ramenta eius et scobem a quibusdam cavenda praedici.

31. Aceris radix contunsa e vino iocineris doloribus efficacissime inponitur.

32. Populi albae uvarum in unguentis usum exposuimus. 47
Cortex potus ischiadicis, stranguriae prodest, foliorum sucus calidus aurium dolori. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuitur. Populus nigra efficacissima habetur quae in Creta nascitur. Comitialibus semen ex aceto utile.

melaniasque, Barbar. *melanias quoque*, β. *melandriasque*, θ V T a d. — *melle*, a. *mala*, V d.

§ 45. *Folia autem*, V T a d r. *Folia*, β γ. — *decoctum*, a. *decocto*, V d. Verba *et decoctum eorum* delet Dalec. — *in aceto*, V a. *cum aceto*, d. — *foliorum*, θ V T a d. *folia eorum*, β. — *alvo*, V. — *et auribus*, V. *ut auribus*, a d. — *e vino*, V a. *ex vino*, T d. — *restringit*, r.

§ 46. *indicavimus* 16, 63. 64. coll. Dioscor. 1, 108. — *quae medentur*, θ V. *quo medentur*, a d β γ. *quod medetur*, T. — *iocineris*, V a d. *iocineris et*, β γ. — *laterum*, V T a d. *lateris*, β γ. — *onerem*, V. — *reducentia*, V a d. *reducentes*, β γ. — *isdem*, V. — *portione*, V. — *diluantur*, V d (codd. Gel.) *dirivantur*, a. *dentur*, K. — *folia septem*, T d. — *quinis*, θ V T a d. *quinque*, β. — *vini*, V T a. *cyathis vini*, d β γ. — *a quibusdam*, θ V T d. *quibusdam*, a β. *ac quibus*, r. — *e vino*, θ V T a d. Om. β. — *efficacissime*, V a d (codd. Gel.) *utilissime*, r.

§ 47. *exposuimus* 12, 132. coll. Dioscor. 1, 109. — *potu*, d. — *ciadicis*, V. — *stranguriae*, V d. *et stranguriae*, a β γ. — *metuitur*, Dalec. T d. *metuatur*, V a β. V. Hand. *Lehrbuch des lat. Styls* p. 177. et Tursell. 4, 266. — *aceato*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 110. — *utile*, omitt. V a d. — *Infundit*, V a d. — *ex attritu*, Gron. *et attritu*, a r. *ex atrita*, θ V. *ex attrita*, T d. *et attrita*, δ ϑ ρ φ β. — *obortas*, ita nos scripsimus. *odoratas*, θ V T a d. *odoratus*, r δ ϑ ρ φ. *corporis*, β. *ortas*, Gronov. γ. Ille cum sensum loci recte perspexerit, nostra tamen emendatio a scriptura codd. propius abest, et similiter Plin. dixit *caprisque caecitas*

Fundit illa et resinam exiguam qua utuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta inponuntur. Umor e cavis populi nigrae effluens verrucas papulasque ex attritu obortas tollit. Populi ferunt et in foliis guttam ex qua apes propolim faciunt; gutta quoque aeque ac propolis ex aqua efficax.
33. Ulmi et folia et cortex et rami vim habent spissandi 48
et volnera contrahendi; corticis utique interior tilia lepras
sedat et folia ex aceto inlita. Corticis denari pondus potum
in hemina aquae frigidae alvom purgat pituitasque et aquas
privatim trahit. Inponitur et collectionibus lacrima et volne-
ribus et ambustis quae decocto fovere prodest. Umor in fol- 49
liculis arboris huius nascens cuti nitorem inducit faciemque
gratiorem praestat. Cauliculi foliorum primi vino decocti tu-
mores sanant extrahuntque per fistulas; idem praestant et
tiliae corticis. Multi corticem conmanducatum volneribus uti-
lissimum putant, folia trita aqua adaspersa pedum tumori.
Umor quoque e medulla, uti diximus, castratae arboris ef-
fluens capillum reddit capiti inlitus defluentisque continet.
34. Arbor tilia lenius ad eadem fere utilis est atque olea- 50
ster; folia autem tantum in usu ad infantium ulcera, et in
ore conmanducata et decocta urinam cient, menses sistunt
inlita, sanguinem pota detrahunt.

oboritur 10, 115. — *et in foliis*, θVTadr. *et foliis*, β. — *qua apes — aeque ac propolis*, om. d. — *quoque*, VTd. Omitt. Hard. γ. — *aeque ac propolis*, Hand. Tursell. 1, 193. *aquae propolis*, VTdβ. *aeque propoli*, Hard. γ. — *ex aqua*, VTd. *ex qua*, a. — *efficax*, VTad. *remedium quam efficax est*, β. *faciunt ad multa remedium quam efficax*, K[1]. *faciunt. Propolis impetigini ex aqua remedium*, K[2].

§ 48. *inlite*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 112. — *Cortices*, V. — *trahit*, a. *tardit*, V. *tradit*, d.

§ 49. *foliculis*, V. — *huius arboris*, d. — *primo vini*, θVa. *primo vino*, d. — *decocti*, a. *decocto*, θVd. — *sanat*, V. — *pus fistulis*, K. — *praestante italia*, V. — *et tiliae — putant*, om. a. — *corticis*, Barbar. θK. *cortices*, dβ. *cortice*, V. — *adaspersa*, VTd. *adaspersas*, θ. *aspersa*, aβγ. Factum est illud verbum a Plinio ad v. *adalligo* analogiam, quod praeter ceteros amat. — *ut*, V. — *diximus* 16, 191. — *capillos*, Dalec. — *inlitos*, V.

§ 50. *Abortilia*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 125. — *lenius*, θV. *leniter*, d. *leniter tusa*, aβγ. — *atque*, Vad. *ad quae*, K. — *ad infantium*, ita nos scripsimus. *et ad infantium*, Vadβγ. Copula a librariis temere inserta per vicinitatem eiusdem copulae bis statim recurrentis. — *et in ore*, Vd. *in ore*, aβγ. — *et commanducatum et decoctum*, Vad. *commanducata; decocta*, βγ. Copula priori loco posita iterum librariis debetur, qui h. l. in hac vocula ponenda satisfacere sibi prorsus non potuerunt.

35. Sambucus habet alterum genus magis silvestre quod 51
Graeci chamaeacten, alii helion vocant, multo brevius. Utrius-
que decoctum in vino veteri foliorum vel seminis vel radicis
ad cyathos binos potum stomacho inutile est, alvo detrahens
aquam; refrigerat etiam inflammationem maxume recentis
ambusti et canis morsum cum polenta mollissimis foliorum
inlitis. Sucus cerebri collectiones privatimque membranae
quae circa cerebrum est lenit infusus. Acini eius infirmiores 52
quam reliqua tingunt capillum; poti acetabuli mensura uri-
nam movent. Foliorum mollissima ex oleo et sale eduntur
ad pituitam bilemque detrahendam. Ad omnia efficacior quae
minor; radicis eius decoctae in vino duo cyathi poti hydro-
picos exinaniunt, volvas emolliunt; has et foliorum decocta
insidentium. Caules teneri mitioris sambuci in patinis cocti
alvom solvont; resistunt folia et serpentium ictibus in vino
pota. Podagris cum sebo hircino vehementer prosunt cauli- 53
culi inliti; iidem in aqua macerantur ut sparsa ea pulices
necentur. Foliorum decocto si locus spargatur, muscae ne-
cantur. Boa appellatur morbus papularum, cum rubent cor-
pora; sambuci ramo verberatur. Cortex interior tritus ex
vino albo potus alvom solvit.

36. Iuniperus vel ante cetera omnia excalfacit, extenuat, 54
cedro alias similis. Et huius duo genera, altera maior, altera
minuta; utraque accensa serpentis fugat. Semen stomachi,
pectoris, lateris doloribus utile, inflationes algoresque discutit,

§ 51. *Sabucus*, V; v. ad 16, 103. — *chamaeacten*, a. *ameactem*, V. *ineacte*, d. — *alii*, a. Omitt. V d. — *hellon*, V a d. χαμαιάκτη καλεῖται, οἱ δὲ ἕλειος ἀκτή, Dioscor. 4, 172. — *foliorum*, a. *et foliorum*, V d. — *vel seminis*, V a. *et seminis*, d. — *inutilis*, a. — *morsus*, a. — *molissima*, V.

§ 52. *decoctae in vino*, V a d. *in vino decoctae*, *βγ*. — *has et*, *θ* a. *basses*, V. *bases*, d. — *decocta*, *θ* V a d. *decoctum*, *β*. — *Caules*, a. *Caudis*, V d.

§ 53. *Podagris*, V d. *Podagricis*, a *βγ*. — *idem*, V. *iidemque*, a d *βγ*. — *sparsa ea*, V d. *sparsae*, a. *ea sparsa*, *βγ*. — *appellatur*, a d. *appellantur*, *θ* V. *sic appellatur*, K. — *morbos*, V. — *verberantur*, d.

§ 54. *Iunipirus*, a. Ceterum v. Dioscor. 1, 103. — *omnia cetera*, d. — *excalefacit*, T. — *extenuat*, om. T. — *cedro alias similis*, *θ* V T a d. *cedro ata similis*, *ϑ*. *cedri desimilis*, *δρ*. *cedride similis*, *φ*. *cedro assimilis*, *β*. *cedro alia similis*, Gronov. — *huius*, V T d. *eius*, a *βγ*. — *altera maior*, omitt. V a d. — *minuta*, V d. *minor*, a *βγ*. — *Fructus stomachi*, Dalec. — *inflationes*, Barbar. V d. *inflammationes*, a. — *tussis*, T. *usis*, V. *tusses*, a d *βγ*. — *conquoquid*, V. — *et*, omitt. V T a d.

§ 55. *tumore*, V. — *nigro vino*, V d. *vino nigro*, a *βγ*. — *et antidotis*, V a. *antidotis*, d. — *ex oxyporis*, K. — *oculis in*, V a d. *oculorum*, T. — *qui et*, V a. *qui*, d. — *ictus*, *θ* V T. *metus*, a. *metu*, d *βγ*.

tussis concoquit et duritias. Inlitum tumores sistit, item al- 55
vom bacis ex nigro vino potis, item ventris tumores inlitis; miscetur et antidotis oxyporis, urinas ciet; inlinitur et oculis in epiphoris, datur convolsis, ruptis, torminibus, volvis, ischiadicis cum vino albo potum pilulis quaternis aut decoctis viginti in vino. Sunt qui et perunguant corpus e semine eius in serpentium ictus.

IX. 37. Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit 56
sed, si prius colligatur, sanguinem reicientibus prodest. Corticis e ramis primis cinis clavom et callum aqua mixta sanat, vitia cutis in facie emendat, magis admixto suco suo. Est autem hic trium generum: unum arbor ipsa exsudat cummium modo; alter manat in plaga, cum floret, exciso cortice trium digitorum magnitudine; hic valet ad expurganda quae obstent oculis, item ad spissanda quae opus sunt ciendamque urinam et ad omnis collectiones intus extrahendas. Ter- 57
tius sucus est detruncatione ramorum a falce destillans. Ex his ergo aliquis cum rosaceo in calyce punici calfactus auribus infunditur; folia cocta et cum cera trita inponuntur, item podagricis. Cortice et foliis in vino decoctis foveri ner- 58
vos utilissimum. Flos tritus cum foliis furfures purgat in facie; folia contrita et pota intemperantiam libidinis coercent atque in totum auferunt usum saepius sumpta. Amerinae nigrae semen cum spuma argenti pari pondere a balineo inlitum psilotrum est.

§ 56. *sanguine*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 135. — *cummium*, θ. *cuminum*, d. *gummium*, V a γ. *gummi*, β. — *alter*, ita nos scripsimus. *alterum*, V a d β γ, quam quidem scripturam Hard. ita explicat: „Manat arbor e plaga succum alterum." Iam licet sciam multos olim viros doctos transitivum usum verbi *manandi* longe extendisse (v. Heins. ad Ovid. metamm. 6, 312. et quos laudat Schmid. ad Horat. epp. I. 19, 44.), tamen hic usus prosae orationis scriptoribus vindicari non potest; certe Plinii loci, quos Heins. laudat, 14, 122. 23, 70. dudum sunt e melioribus codd. correcti, et qui unus restabat 37, 170. per B est integritati restitutus. Hoc vero loco *alter* in *alterum* tam propter praecedens *unum*, quam per viciniam vocis *manat* facillime corrumpi potuit; ad verbum *floret* autem e superioribus *arbor* supplendum. — *e plaga*, K. — *cum floret*, *λαμβάνεται δὲ καὶ ὀπὸς ἐξ αὐτῆς ἐντεμνομένου τοῦ φλοιοῦ κατὰ τὴν ἄνθησιν*, Dioscor. *cum flore*, V a d. — *valet*, r. Omitt. V T a d β γ. — *purganda*, r. — *obstent*, a. *obsistent*, V. *obsistunt*, T d. *obstant*, r. — *sint*, T d. — *intus*, V a d. *illitus*, K.

§ 57. *a salice*, Dalec. — *destillans*, V. *distillans*, a d β γ. — *Ex*, a d. *Et*, V. — *punici*, Barbar. a d. *punico*, θ V T. — *folia*, V d. *vel folia*, a β γ.

§ 58. *decoctis*, d. *decocti*, V a. — *sumptus*, a. — *spuma*, V a d². *axungia*, d¹. — *balineo*, θ. *balneo*, V a d β γ.

38. Non multum a salice vitilium usu distat vitex, folio- 59
rum quoque adspectu, nisi odore gratior esset. Graeci lygon
vocant, alias agnon, quoniam matronae thesmophoriis Athe-
niensium castitatem custodientes his foliis cubitus sibi ster-
nunt. Duo genera eius: maior in arborem salicis modo ad-
surgit, minor ramosa, foliis candidioribus lanuginosis. Prima 60
album florem mittit cum purpureo, quae et candida vocatur,
nigra, quae tantum purpureum. Nascuntur in palustribus
campis. Semen potum vini quendam saporem habet et dici-
tur febris solvere et, cum unguantur oleo admixto, sudorem
facere sicut lassitudinem dissolvere, urinam ciet et menses.
Caput temptant vini modo, — nam et odor similis, — et
inflationes pellunt in inferiora, alvom sistunt, hydropicis et
lienibus perquam utiles. Lactis ubertatem faciunt, adversan- 61
tur venenis serpentium, maxume quae frigus inferunt. Minor
efficacior ad serpentis; bibitur seminis drachma in vino vel
posca aut duabus foliorum tenerrimorum. Et inlinuntur utra-
que adversus araneorum morsus, vel perunctis tantum, suf-
fitu quoque aut substratu fugant venenata. Ad venerem in- 62
petus inhibent eoque maxume phalangiis adversantur, quorum
morsus genitale excitat; capitis dolorem ex ebrietate sedant
cum rosaceo flos tenerique cauliculi. Seminis decoctum ve-
hementiorem capitis dolorem dissolvit fotu et volvam etiam
suffitu vel adpositu purgat, alvom cum puleio et melle po-
tum; vomicas et panos facile concoquit tunsum, cum farina

§ 59. *Nomen*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 134. — *vitidium*, V. — *itex*, V. — *lycon*, Vad. — *alias*, VTad. *alii*, βγ. — *agmon*, a. — *in*, omitt. Vad. — *arborem*, Va. *arbor est*, d.

§ 60. *Primo*, V. — *album*, Barbar. *arborum*, Vad. *Prima arborum florem mittit cum purpureo candidum*, altera Barbari coniectura. — *in*, a. Omitt. Vd. — *palistribus*, V. — *unquantur*, a^{2}d. *ungantur*, Va^{1}β. *unguntur*, γ. — *admixto*, a. *admixtum*, Vdβ. — *sicut*, VTad. *sic et*, βγ. — *lassitudinem*, Vd. *lassitudines*, Taβγ. — *ciet*, Vd. *cient*, aβγ. — *nam et*, Vd. *nam*, a. — *et inflationes*, θV. *est. Inflationes*, dβγ. *est. Inflammationes*, a.

§ 61. *maxime quae*, Va. *maximeque*, θ. *maxime qui*, Td. — *seminis*, a. *heminis*, d. *eminis*, V. — *dracma*, V. — *duabus*, Vd. *duobus*, a. *duae*, K. — *tenerissimorum*, a. — *morsus utili remedio vel perunctis*, K.

§ 62. *At venereae rei*, r. — *inhibet*, V. — *cauliculi*, Va. *cauli*, d. — *fotu*, ad. *potu*, θV. — *adpositu*, ad. *adposita*, θ. *adpositae*, V. — *et panos*, Vad. *panosque*, βγ. — *facile concoquit tusum; cum*, r. *difficile concoquentes cum*, Vadβγ. — *et mollit*, r.

§ 63. *afonitro*, Vd. — *eruptionum*, θVTad. Nescio an Plin. *eruptiones papularum* scripserit. — *cum butyro*, ad. *butyro*, V. — *illitum*, a. *bulitum*, VTd. — *luxatis*, Vd. — *semine et folio*, Vdδϑρφ. *semen et folium*, aβγ. — *ma-*

hordeacia mollit. Lichenas et lentigines cum aphronitro et 63
aceto semen sanat, et oris ulcera et eruptiones cum melle, testium cum butyro et foliis vitium, rhagadas sedis cum aqua inlitum, luxata cum sale et nitro et cera. Et semine et folio additur in malagmata nervorum et podagras; semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargo et phrenesi. Virgam qui in manu habeant aut in cinctu negantur intertriginem sentire.

39. Ericen Graeci vocant fruticem non multum a myrice 64
differentem, colore rorismarini et paene folio; hoc adversari serpentibus tradunt.

40. Genista quoque vinculi usum praestat, floris apibus 65
gratissimi. Dubito an haec sit quam Graeci auctores sparton appellavere, cum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerim, et numquid hanc designaverit Homerus, cum dixit navium sparta dissoluta; nondum enim fuisse Hispanum Africanumve spartum in usu certum est, et cum fierent sutiles naves, lino tamen, non sparto umquam sutas. Semen eius quod Graeci eodem nomine appellant in folliculis phaseolorum modo nascens purgat hellebori vice drachma et dimidia pota in aquae mulsae cyathis quattuor ieiunis. Rami 66
similiter cum fronde in aceto macerati pluribus diebus et tunsi sucum dant ischiadicis utilem cyathi unius potu; quidam marina aqua macerare malunt et infundere clystere. Perunguntur eodem suco ischiadici addito oleo. Quidam et ad

lagmata nervorum; haec vv. vix sana. Etenim nullo alio in loco voci *malagma* morbi nomen additur, et vix dubito, quin *in malagmata ad curationem nervorum* sit scribendum. — *podagras*, a. *podagra*, Vd. *podagrae*, Gronov. — *lethargo*, θ. *lethargi*, V. *lethargia*, adβγ. — *phreni*, a. *freni*, Vd. — *in cinctu*, θVTad. *cinctu*, β. — *necantur*, V. — *vertiginem*, T.

§ 64. *a myrice*, Barbar. a. *a bilice*, V. *bulice*, Td. *ab ulice*, Pint. Ceterum v. Dioscor. 1, 117. — *colorem*, Harduini operae.

§ 65. *floris*, V. *Flores*, adβγ. — *quam*, Vd. *quod*, a. — *apud eos*, ad. *puteos*, V. — *docuerim* 19, 15. — *designavit*, d. — *Homerus* Iliad. β, 135. — *Hispanum Africanumve*, θT. *spanum Africanumve*, Vd. *Africanum vel*, a. *Africanum vel Hispanum*, βγ. — *spartum*, θTa. *siarum*, Vd. — *fierent sutiles*, Vad. *sutiles fierent*, βγ. — *tamen et numquam sparto sutas*, K. — *passiolorum*, a. *passiolum*, Vd. — *nascentium*, Vad. — *dragma*, V.

§ 66. *similiter fronde* omisso *cum*, Vad. Cum vero neque Marcellus Empiricus 25. neque Plin. Valer. 2, 45. hunc locum exscribentes verborum *cum fronde* sint memores, et Dioscorides 4, 155. similem mixturam referens frondem pariter omittat, verba *cum fronde* mihi perquam suspecta videntur. — *tussis*, V. — *sciadicis*, Vd. — *poti*, a. — *et ad*, θVTad. *ad*, βγ.

*

stranguriam utuntur semine. Genista tunsa cum axungia genua dolentia sanat.

41. Myricen, quam ericam vocant, Lenaeus similem scopis 67
Amerinis; sanari dicit ea carcinomata in vino decocta tritaque cum melle inlita; — eandem esse arbitrantur quidam tamaricen; — sed ad lienem praecipua est, si sucus eius expressus in vino bibatur; adeoque mirabilem eius antipathian contra solum hoc viscerum faciunt ut adfirment, si ex ea alveis factis bibant sues sine liene inveniri. Et ideo ho- 68
mini quoque splenico cibum potumque dant in vasis ex ea factis; gravis autem auctor in medicina virgam ex eadem fractam, ut neque terram nec ferrum attingeret, sedare ventris dolores adseveravit inpositam ita ut tunica cinctuque corpori adprimeretur. Volgus infelicem arborem eam appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat nec seratur umquam.

42. Corinthus et quae circa est Graecia bryan vocant eius- 69
que duo genera facit, silvestrem plane sterilem, alteram mitiorem. Haec fert in Aegypto Syriaque etiam abundanter lignosum fructum maiorem galla, asperum gustu, quo medici utuntur vice gallae in compositionibus quas antheras vocant; et lignum autem et flos et folia et cortex in eosdem usus

stringuria, V.

§ 67. *Myricem*, a. Ceterum v. Dioscor. 1, 116. — *quam ericen*, Bodae. ad Theophr. hist. plant. p. 409. γ. *camericam*, θ V T d (codd. Salmas. exerc. p. 421. a. E.) *eam ericam*, a. *quam et tamaricen*, β. Nos Bodaei, ut par erat, emendatione recepta declinationis terminationem e codd. mutavimus. Alia volunt Pint. et Salmas. — *vocant*, V. *vocat*, a d β γ. — *Laeneus*, V. — *Amerinis*, a d. *samerinis*, V. *et Amerinis*, K. Retinui quidem lectionem vulgatam, quamquam ingenue confitens me nescire, quid sit illud, quo scopae Amerinae ab aliis scopis differant, et quomodo herba aliqua eo describi possit, quod similis dicatur scopis. Iam cum ipse Plin. 16, 108. dicat: *tamarix scopis tantum nascens*, non multum abest, quin *scopis ait tamaricis* scribendum esse putem, ita ut genetivus illustretur iis, quae attuli ad 35, 3. De verbo *ait* v. adnot. seq. — *sanari dicit*, V T a d (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 1, 95.) *dicit; sanari*, β γ. Verbo *dicit*, quod hucusque superioribus verbis annectebatur, per codd. ad inferiora relato duriusculi aliquid in exordio huius loci remanet, cum modo per violentiam quandam e verbo *vocant* ad nomen *Lenaeus* suppleri possit *vocat*; hinc mihi est persuasum Plinium *scopis ait* scripsisse. — *inlitā ēē*, a. — *eandem* — *tamaricen*, θ V T a d (Murbac.) *Arbitrantur quidam hanc esse tamaricen*, β γ. — *sed ad*, a d. *sedat*, V. — *eius*, a d. *est*, V. — *antipathian*, V d. *antipathiam*, a β γ. — *hoc solum*, d. — *adfirmet*, V. — *ex ea*, V a d. *ea*, γ operarum vitio. — *sues*, a d. *ᵃves* [a over .ves], V.

§ 68. *splenico*, θ V d (Murbac.) *splenetico*, a β. — *autem*, θ V T d. Omitt. a (codd. Gel.) β γ. — *eadem fractam*, θ V d. *ea defractam*, a (codd. Gel.) β γ. — *nec ferrum*, d. *ne ferrum*, V. *neque ferrum*, a β γ. — *attingere*, V. — *adseve-*

adhibentur, quamquam remissiora. Datur sanguinem reicien- 70
tibus cortex tritus et contra profluvia feminarum, coeliacis
quoque; idem tunsus inpositusque collectiones omnis inhibet.
Foliis exprimitur sucus ad haec eadem; et in vino decocun-
tur, ipsa vero adiecto melle gangraenis inlinuntur. Decoctum
eorum in vino potum, ipsa inposita cum rosaceo et cera se-
dant; sic et epinyctidas sanant. Dentium dolori auriumque 71
decoctum eorum salutare est, radix ad eadem similiter. Folia
hoc amplius ad ea quae serpunt inponuntur cum polenta.
Semen drachmae pondere adversus phalangia et araneos bi-
bitur, cum altilium vero pingui furunculis inponitur, efficax
et contra serpentium ictus praeterquam aspidum. Nec non 72
morbo regio, phthiriasi, lendibus decoctum infusum prodest
abundantiamque mulierum sistit. Cinis arboris ad omnia ea-
dem prodest; aiunt, si bovis castrati urinae misceatur vel
in potu vel in cibo, venerem finiri. Carbo ex eo genere urina
ea restinctus in umbra conditur; idem cum libeat accendere
resolvitur. Magi id et spadonis urina fieri tradiderunt.

X. 43. Nec virga sanguinea felicior habetur; cortex eius 73
interior cicatrices ulcerum quae praesanuere aperit.

ravit, Vad. *asseverat*, β. — *arborem eam*, Va (codd. Gel.) *eam arborem*, Td. — *diximus* 16, 108. — *servatur*, Vd[1]. Ceterum Pint. vv. *nec seratur umquam* delet propter 13, 116., ubi *sativa* commemoretur; at illic de brya statim sequente, neque de myrice agitur.

§ 69. *Graecia*, θVTd. *regio*, βγ. Verba *Graecia — facit* om. a. — *bryan*, θVd. *bryam*, Tγ. *bryoniam*, β. Ceterum v. Dioscor. 1, 116. — *vocant*, θVTd. *vocat*, βγ. — *fert*, a. *fere*, Vd. — *habundanter*, V. — *ligonosum*, V. — *austerum*, K. — *gusto*, V. — *galliae*, V. — *in*, VTadr. *et in*, β. — *anteras*, V. — *habentur*, d.

§ 70. *decoquuntur ipsa, adiecto vero melle*, K. — *gangenis*, V. — *illinuntur vel imponuntur cum rosaceo et cera. Sedat et decoctum eorum in vino potum; sic et epin.*, K. — *ipsa inposita*, ita nos scripsimus. *imposita*, Vd. *vel imposita*, aβγ. — *sedant*; hic corruptela latet, excidit obiectum.

§ 71. *Dentium dolori*, Td. *Dentium dolore*, θVa. *Ad dentium dolorem*, βγ. — *aurium*, Vad. — *ad eadem*, ar. *eadem*, Vd. — *similiter. Folia hoc amplius*, Var. *similiter. Et folia hoc amplius*, d. *Similiter et folia haec amplius*, β. — *Fructus*, Dalec. — *dracmae*, V. — *altillum*, Vd. *ad illum*, a. Gallinas esse intelligendas docet Gesner. hist. anim. 3, 411. — *furunclis*, V.

§ 72. *phthiriasi*, a. *tiriasi*, Vd. — *lendibus*, ad. *lemdibus*, V. *lendibusque*, βγ. — *bovis*, Vad. *hominis*, r. — *misceatur*, Vd. *immisceatur*, aβγ. — *vel in potu*, Vad. *in potu*, β. *et vel in potu vel in cibo datur*, r. — *Carbo*, Vad. *Carboque*, βγ. *Carbo exstincta venere urina*, K. — *urinam*, V. — *resolvitur*, Va. *solvitur*, d. *rursum utitur*, K. — *id et*, θVd. *et id ei*, a. *et id ex*, β. *id et ex*, γ.

§ 73. *ulcerum*, K. Omittunt Vadβγ. — *praesanuere*, a. *praesanavere*, VK[1]dβγ. *coaluere*, K[2]. Verbum *praesanescere* huic primum loco redditum et *ἅπαξ εἰρημένον* confirmatur eo, quod Plin. etiam 17, 214. *ulcera sanescere* dixit.

44. Sileris folia inlita fronti capitis dolores sedant; eiusdem semen contritum in oleo phthiriasis coercet. Serpentes et hunc fruticem refugiunt baculumque rustici ob id ex eo gerunt.

45. Ligustrum si eadem arbor est quae in oriente cypros, 74
suos in Europa usus habet; sucus eius in nervos, articulos, algores; folia ubique veteri ulceri cum salis mica et oris exulcerationi prosunt. Acini contra phthiriasim, item contra intertrigines vel folia; sanant et gallinaceorum pituitas acini.

46. Folia alni ex ferventi aqua certissimo remedio sunt tumori.

47. Hederae genera viginti demonstravimus. Natura omnium 75
in medicina anceps; mentem turbat et caput purgat largius pota; nervis intus nocet, iisdem nervis adhibita foris prodest. Eadem natura quae aceto est. Omnia genera eius refrigerant; urinam cient potu, capitis dolorem sedant, praecipue cerebro continentique cerebrum membranae utiliter mollibus inpositis foliis cum aceto et rosaceo tritis et decoctis, addito postea rosaceo oleo; inlinuntur autem fronti et decocto eorum fovetur os caputque perunguitur. Lieni et pota et in- 76
lita prosunt; decocuntur et contra horrores febrium eruptionesque pituitae aut in vino teruntur. Corymbi quoque poti vel inliti lienem sanant, iocinera autem inliti; trahunt et menses adpositi. Sucus hederae taedia narium graveolentiamque emendat, praecipue albae sativae; idem infusus na-

capiti, d. — *contritum*, Tad. *tritum*, V$\beta\gamma$. — *cohereet*, V. — *refugiunt*, V. *fugiunt*, ad.

§ 74. *si eadem*, VTd. *si ex eadem*, a. *eadem*, β. *si hic eadem*, Salmas. exerc. p. 704. b. E. *si haec eadem*, Hard. Ceterum v. 12, 109. — *suo sine utro pausus*, V. — *eius*, Vd. *habet eius*, a (verbo ex superioribus male repetito). — *in*, hanc praepositionem nos addidimus ad vindicandam in sequentibus nominibus codicum scripturam, ita ut ex superioribus intelligatur *usum habet*. Omitt. Vad$\beta\gamma$. — *nervos articulos algores*, Vad. *nervis, articulis, algoribus*, $\beta\gamma$. — *utique*, K. — *exulcerationi*, d. *exulceratione*, θV. *exulcerationibus*, aβ. — *intertrigenes*, V. — *vel folia*, VTd. *foliave*, a$\beta\gamma$. — *aquae*, V. — *certissimo*, V. Omitt. ad. — *remedium*, d. — *tumoris*, Vad.

§ 75. *Edera*, V. — *demonstravimus* 16, 144 seqq. coll. Dioscor. 2, 210. — *purgat. Largius pota nervis*, r. — *iisdem nervis*, om. T. — *adibita*, V. — *est*, Vd. *esto*, a. *ei est*, $\beta\gamma$. — *crebro*, V. — *crebrum*, V. — *et rosaceo*, om. Dalec.

§ 76. *lienem — inliti*, om. V. — *inlitu*, d. — *appositu*, Td. — *graviolentiamque*, V.

§ 77. *prurulentis*, d. — *albae*, Va. *alba. E*, d. *albae est*, $\beta\gamma$. — *satis*, Vad. *satisque*, $\beta\gamma$. — *Acini*, VTad. *Acini quoque*, $\beta\gamma$. — *ex*, om. a. — *taenias*, Dalec. *tineas*, Vad$\beta\gamma$. — *Edera*, ad. — *chrysocarpon*, Plin. Valer. 3, 12.

ribus caput purgat, efficacius addito nitro. Infunditur etiam 77
purulentis auribus aut dolentibus cum oleo; cicatricibus quo-
que decorem facit; ad lienes efficacior albae ferro calefactus;
satis est acinos sex in vini cyathis duobus sumi. Acini ex
eadem alba terni in aceto mulso poti taenias pellunt, in qua
curatione ventri quoque inposuisse eos utile est. Hederae
quam chrysocarpon appellavimus bacis aurei coloris viginti
in vini sextario tritis, ita ut terni cyathi potentur, aquam
quae cutem subierit urina educit Erasistratus; eiusdem aci-
nos quinque tritos in rosaceo oleo calefactosque in cortice
punici instillavit dentium dolori a contraria auri. Acini qui 78
croci sucum habent praesumpti potu a crapula tutos prae-
stant, item sanguinem exscreantis aut torminibus laborantis.
Hederae nigrae candidiores corymbi poti sterilis etiam viros
faciunt. Inlinitur decocta quaecumque in vino omnium ulce-
rum generi, etiamsi cacoethe sint. Lacrima hederae psilotrum 79
est phthiriasimque tollit. Flos cuiuscumque generis trium di-
gitorum captu dysintericos et alvom citam emendat in vino
austero bis die potus; et ambustis inlinitur utiliter cum cera.
Denigrant capillum corymbi. Radicis sucus in aceto potus
contra phalangia prodest. Huius quoque ligni vaso splenicos
bibentis sanari invenio. Et acinos terunt, mox conburunt et 80
ita inlinunt ambusta prius perfusa aqua calida. Sunt qui et
incidant suci gratia eoque utantur ad dentis erosos, frangi-
que tradunt, proxumis cera munitis ne laedantur. Cummim

hunc locum fere exscribens. *chrysolarion*, T d. *crysalarion*, θ V. *in chrysolario*, a. — *appellavimus*, codd. Barbari et Gelenii coll. 16, 147. *alii ellavimus*, d. *alii ellavim*, V. *alvellimus*, a. *vocant alii ellavimus*, θ. — *aureis*, V. — *suberit*, V. — *urina educit Erasistratus*, θ T. *urinae ducitur asistratus*, V. *urina ducit Erasistratus*, a. *urine dicit Erasistratus*, d. *per urinam educit Erasistratus*, β. — *punici*, a. *punico*, θ V T d. — *auri*, V d. *aure*, a β γ.

§ 78. *potu*, V a. *potū*, d. — *a crapula*, V d. *crapula*, a. — *totus*, V. — *excreantis*, V. — *aut torminibus laborantes*, a d^2. Omitt. V d^1. — *nigrae candidiores*, V. *nigris candidiores*, a d. *candidioris nigri*, r. — *quaecumque*, θ V T a d. Om. β. — *cacoetes*, V d. *cacohestes*, a.

§ 79. *lacrimae derepsi lucrum*, V. — *phthiriasimque*, a. *pthiariasmiquae*, V. *phthiriasim aeque*, T d. — *citam*, P (apud Ian. obss. crit. p. 22.) *citū*, a. *citamen*, V d. *etiam*, β γ. — *colymbi*, V d. — *Radicem sucos*, V. — *vaso*, θ V. *vasa*, a. *vase*, d β γ. V. Ruddimann. institutt. 1, 111. et Lachmann. ad Lucret. 6, 233. — *splenicos*, θ V a d. *spleneticos*, β.

§ 80. *mox*, V T d. *moxque*, a β γ. — *calida aqua*, d. — *qui et*, V. *et*, a. *et qui*, T d. — *suci*, a d^2. *subici*, V d^1. — *eoque*, a. *quoque*, V d. — *tradant*, Dalec. — *cera munitis*, a. *cerca minutis*, d. *certaminum itis*, V. — *ne*, om. V. — *laedant*, a. — *Cummim*, ita nos scripsimus. *Gummi*, V a d β. *Gummim*, γ. V. ad 32, 27.

etiam in hedera quaerunt quam ex aceto utilissimam dentibus promittunt.

48. Graeci vicino vocabulo cisthon appellant fruticem ma- 81
iorem thymo, foliis ocimi. Duo eius genera: flos masculo rosaceus, feminae albus. Ambo prosunt dysintericis et solutionibus ventris in vino austero ternis digitis flore capto, et similiter bis die poto ulceribus veteribus et ambustis cum cera et per se oris ulceribus. Sub his maxume nascitur hypocisthis quam inter herbas dicemus.

49. Cissos erythranos ab iisdem appellatur similis hederae, 82
coxendicibus utilis e vino potus, item lumbis, tanta vi acini ut sanguinem urina detrahat; item chamaecisson appellant hederam non attollentem se a terra. Et haec contunsa in vino acetabuli mensura lieni medetur, folia ambustis cum axungia. Milax quoque qui anthophoros cognominatur simi-
litudinem hederae habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo 83
factam inpari foliorum numero aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera milacis dixere, alterum inmortalitati proxumum, in convallibus opacis scandentem arborum, comantibus acinorum corymbis contra venenata omnia efficacissimis in tantum ut acinorum suco infantibus saepe instillato nulla postea venena nocitura sint; alterum genus culta

quam et *utilissimam*, *θ* V a d. *quod* et *utilissimum*, *β*.

§ 81. *chiston*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 126. — *ocymi*, V. — *et solutionibus*, a d. *eius ultionibus*, V. — *ternis*, V T a d. *trinis*, Kr. — *capto*, V a d. *carpto*, Kr. — *hypocistis*, V d. *hypocitis*, a. — *herbas dicemus*, hanc Gronovii emendationem confirmant T d collato 26, 49. *herbas diximus*, V. *hederas dicemus*, a. *hederas diximus*, *β*. De dicendi ratione v. 19, 128. 29, 118.

§ 82. *erythranos*, a d. *erytianos*, *θ*. *erytyanos*, V. *Cistos erythrodanos*, Dalec. — *hisdem*, V. — *tanta vi*, Pint. et Ian. obss. crit. p. 22. *tantam vim*, P T a d *δ ϑ ρ φ γ*. *tantum vim*, V. *tantamque vim*, *β*. *tantam eius vim esse*, K. — *acini ut*, Gronov. *accipi ut*, V T P d. *accipiunt*, a *δ ϑ ρ φ*. *aiunt ut*, K. *accipiunt ut*, *β*. *acini aiunt, ut*, Hard. *γ*. — *cum urina*, K. — *detrahat*, V T P d. *detrahant*, a *β*. — *chamaecisson*, ita index libri primi. *chamaeciston*, a d. *chameciston*, V. — *in*, a d. *a*, V. — *alieni*, V. — *ambustis*, d. *ambusti*, V a. — *Milax*, V a d (optimi codd. in indice libri primi et omnes codd. Salmas. exerc. p. 733. b. D.) *Smilax*, *β γ*. — *qui anthophoros*, Salmas. *qui antophoros*, d. *quia intophoros*, a. *qui athophoros*, *θ*. *qui athoporos*, V. *qui antoporos*, T P. *qui et nicophoros*, codd. Barbari, *β γ*; at v. Lobeck. ad Phrynich. p. 635., quem de adiectivi formatione a nobis recepta vid. ibidem p. 680. — *habet*, om. a.

§ 83. *Coronam*, om. a. — *milacis*, V a d. *smilacis*, *β γ*. — *alterum in montanis ali aut proxime*, Pint. Ceterum v. Dioscor. 4, 142. — *immortalitati* — *arborum*, om. a. — *scandentis*, K. — *arborum*, *θ* V d. *in arbores*, K. *arbores*, Barbarus, *β γ*. — *commantibus*, V. — *venena*, *γ* vitio operarum. — *efficacissimi*,

amare et in his gigni, nullius effectus; illam esse milacem priorem cuius lignum ad auris sonare diximus. Similem huic 84
aliqui clematida appellaverunt, repentem per arbores, geniculatam et ipsam. Folia eius lepras purgant, semen alvom solvit acetabuli mensura in aquae hemina aut aqua mulsa. Datur ex eadem causa et decoctum eius.

XI. 50. Harundinis genera xxviii demonstravimus, non 85
aliter evidentiore illa naturae vi quam continuis his voluminibus tractamus, siquidem harundinis radix contrita inposita felicis stirpem corpore extrahit, item harundinem felicis radix. Et quoniam plura genera fecimus, illa quae in Iudaea Syriaque nascitur odorum unguentorumque causa urinam movet cum gramine aut api semine decocta; ciet et menstrua admota. Medetur convolsis duobus obolis pota, iocineri, reni- 86
bus, hydropi, tussi etiam suffitu magisque cum resina, furfuribus ulcerumque manantibus cum murra decocta; excipitur et sucus eius fitque elaterio similis. Efficacissima in omni harundine quae proxuma radici, efficaciora genicula. Harundo Cypria quae donax vocatur corticis cinere alopecias emendat, item putrescentia ulcera. Foliis eius ad extrahendos 87
aculeos utuntur efficacibus et contra ignis sacros collectio-

V a d. — *ut*, omitt. V a d. — *nullam*, V. — *sint*, omitt. V a d. — *amat et in his gignitur*, K. — *illam*, a d. *illa*, V. *illa est smilax prior*, K. — *milacem*, V a d. *smilacem*, $\beta\gamma$. — *diximus* 16, 155. coll. Dioscor. 4, 143.

§ 84. *clematida*, a. *clementides*, V d. De hac herba v. Dioscor. 4, 179. — *lepras*, θ V T a d. *lepram*, β. — *pargat*, V.

§ 85. *XXVIII*, a. *XXXVIIII*, θ T. *XXXVIII*, V d. In indice libri primi codd. inter *XXVIII* et *XXVI* fluctuant. — *demonstravimus* 16, 156 seqq. Codex V habet *idem monstravimus*, d *item monstravimus*; pronomen ortum ex ultima lineola proximi numeri ad verbum *demonstravimus* traducta. — *naturae vi*, Pint. *naturae ut*, V T a d. *natura ut*, θ. *natura*, β. — *inposita*, V d. *et imposita*, a $\beta\gamma$. — *felicis* bis scripsimus coll. ad 17, 29. *filicis*, V a d $\beta\gamma$. — *quo*, V a d. — *Iudaea*, θ V T a d r (codd. Salmas. exerc. p. 741. a. C.) *India*, β. — *odorum*, a d. *odore*, r. *odorem*, V. — *unguentorumque causa*, V a d. *unguentorum*, r. — *urinam*, a d r. *urinarum*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 17. — *ciet et*, θ V d. *ciet*, a $\beta\gamma$.

§ 86. *Medetur — pota*, om. a. — *tussim*, V. — *cum vino radix decocta*, r. — *elaterio*, a. *elateri*, V d. *alteri*, r. *poterio*, K. — *Efficacissima*, V a d. *Efficacissima autem*, $\beta\gamma$. — *radici*, a. *radice*, θ V d. Quae scriptura nisi mero casui tribuenda est, Plinium *proxuma a radice* scripsisse censeo. — *efficaciora*, θ V T d. *uita*
et efficaciora, a. *efficacia et*, $\beta\gamma$. — *cortici cineri*, a. — *putrescentia*, a d. *pit. rescentia*, V.

§ 87. *aculeos*, V d. *eius aculeos*, a. Ceterum v. Dioscor. 1, 114. — *efficacibus*, θ V T d. *efficacius*, a β.

nesque omnis. Volgaris harundo extractoriam vim habet et recens tunsa, non in radice tantum; multum enim et ipsam harundinem valere tradunt. Medetur et luxatis et spinae doloribus radix in aceto inlita, eadem recens trita et in vino pota venerem concitat. Harundinum lanugo inlita auribus optundit auditum.

51. Cognata in Aegypto res est harundini papyrum prae- 88
cipuae utilitatis cum inaruit ad laxandas siccandasque fistulas et intumescendo ad introitum medicamentorum aperiendas. Charta quae fit ex eo cremata inter caustica est; cinis eius ex vino potus somnum facit, ipsa ex aqua inposita callum sanat.

52. Ne in Aegypto quidem nascitur hebenus, ut docuimus, 89
nec tractamus in medicina alienos orbis; non omittetur tamen propter miraculum. Scobem eius oculis unice mederi dicunt lignoque ad cotem trito cum passo caliginem discuti, ex aqua vero radice albugines oculorum, item tussim pari modo dracunculi radicis adiecto cum melle. Hebenum medici et inter erodentia adsumunt.

53. Rhododendros ne nomen quidem apud nos invenit La- 90
tinum; rhododaphnen vocant aut nerium. Mirum folia eius quadripedum venenum esse, homini vero contra serpentis praesidium ruta addita e vino pota. Pecus etiam et caprae, si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur.

54. Nec rhus Latinum nomen habet, cum in usum pluri- 91
bus modis veniat. Nam et herba est silvestris, foliis myrti,

et recens, V a d. *recens*, r. — *multa*, T. — *et ipsam harundinem*, V a. *de ipsa harundine*, T d. — *valere*, omitt. V T a d. — *dolores*, V a d. — *et in vino*, V T a d. *in vino*, β γ. — *illata*, γ vitio operarum.

§ 88. *Cognata*, Barbar. *Cognita*, θ V a d. Ceterum v. Dioscor. 1, 115. — *in Aegypto*, V a d. *Aegypto*, θ. — *est*, om. θ. — *papyrum*, a. *ipsarum*, θ V d. *papyrus*, Barbar. β γ. — *inaruerit*, r. — *ad laxandas aperiendasque fistulas ad introitum medicamentorum siccandasque in tumescendo*, Pint. — *intumiscendo*, V. Ceterum vix dubito, quin *in tumescendo* sit scribendum: „et ad fistulas in tumescendo i. e. cum tument aperiendas." *ex eo*, V d. *ex ea*, a β γ. — *somnium*, a.

§ 89. *Ne*, a. Omitt. V d. — *hebenus*, V a. *ebenus*, d β γ. — *docuimus* 12, 17. coll. Dioscor. 1, 129. — *miracolum*, V. — *paso*, V. — *discuti*, V T d. *discutit*, a β γ. — *dracunculis*, a.

§ 90. *Rododendros*, V. — *rhododafnem*, d. — *predium*, a. — *addita e*, a d. *addite*, V. — *qua*, V a. *aqua*, d. — *maduerint*, V. *manduerint*, d. *advenerint*, a.

§ 91. *cum in usum*, V d. *cuminorum*, a. — *cauliculisque*, a. — *quae*, θ V T a d. *quae venena et*, β. — *taenias*, θ. *teneas*, V. *teneant*, a. *tinias*, d. *tineas*, T β γ. — *excoriarius*, a. — *digitalis*, V a d. — *ut*; pro h. v. habent *et* V a d.

§ 92. *rhocis*, d. *rochis*, V. Ceterum v. Dioscor. 1, 147. — *ulcera. At quae phagedaenas vocant, folia trita — cum aceto sanant*, K[1]. — *tritis cum melle*, K[2]. —

cauliculis brevibus, quae taenias pellit et frutex coriarius appellatur, subrutilus, cubitalis, crassitudine digitali, cuius aridis foliis ut malicorio coria perficiuntur. Medici autem rhoicis 92
utuntur ad contunsa, item coeliacos et sedis ulcera aut quae phagedaenas vocant, trita cum melle et inlita cum aceto; decoctum eorum instillatur auribus purulentis. Fit et stomatice decoctis ramis ad eadem quae ex moris, sed efficacior admixto alumine; inlinitur eadem hydropicorum tumori.

55. Rhus qui erythros appellatur semen est huius fruticis. 93
Vim habet adstringendi refrigerandique, adspergitur pro sale opsoniis, alvom solvit omnisque carnis cum silphio suaviores facit, medetur ulceribus manantibus cum melle, asperitati linguae, percussis, lividis, desquamatis eodem modo, capitis ulcera ad cicatricem celerrime perducit, feminarum abundantiam sistit cibo.

56. Alia res erythrodanus quam aliqui ereuthodanum vo- 94
cant, nos rubiam, qua tinguntur lanae pellesque perficiuntur; in medicina urinam ciet, morbum regium sanat ex aqua mulsa et lichenas ex aceto inlita et ischiadicos, paralyticos, ita ut bibentes laventur cotidie. Radix semenque trahunt menses, alvom sistunt et collectiones discutiunt. Contra serpentis rami cum foliis inponuntur; folia et capillum inficiunt. Invenio apud quosdam morbum regium sanari hoc frutice, etiamsi adligatus spectetur tantum.

inlita, a. *intrita*, θVTd. *et illitis*, K[2]. Qui interpolationem K[1] procudit, his in verbis corruptelam inesse perspexit, cum neque casus participiorum *trita* et *inlita* habeat, unde pendeat, neque pronomen statim sequens *eorum* ad *rhoicis* referri possit; interpolationem tamen illam, quamquam, ut arbitror, a rei veritate proximam, recipere non sum ausus. — *stomace*, a. — *illinitur*, θVTad. *illiniturque*, β. — *tumori*, θVTd. *tumoribus*, aβ.

§ 93. *Rhus*, om. a; vid. adnotationem proximae paragraphi ultimam. — *qui*, θVTd (cod. Salmas. de hyle p. 75. b. D.) *quae*, a (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 1, 121.) β. — *rydros*, a. — *semen est huius fruticis*, VTad (cod. Salmas.) *huius fruticis semen est*, K. *frutex est, et huius fruticis semen*, β. — *cum sale*, K. — *alvom solvit*, ita nos scripsimus. *alvo soluta*, θVTd (Murbac.) *alvos solvit*, aβγ. Ceterum haec verba post v. *facit* transponenda esse puto. Vix enim credibile Plinium usum medicum et culinarium huius herbae adeo inter se miscuisse, ut quae convenirent seiungeret, aliena componeret. — *silpio*, V. — *medetur ulceribus*, Vad. *ulceribus medetur*, βγ. — *vulnera*, θVTad. — *feminarum*, Vad. *et feminarum*, β.

§ 94. *res*, θVTad. *est*, codd. Gel. β. — *erythrodanum*, Vad. — *quem*, V. — *et lichenas*, Vd. *et in lichenas*, a. — *sciaticos*, V. — *paralyticos*, Vad. *et paralyticos*, βγ. — *inficiunt*, θVTd. *incipiunt*, a. *tingunt*, β. — *alligatus*, Vd. *adalligatus*, aβγ.

57. Distat ab eo qui alysson vocatur foliis tantum et ramis minoribus; nomen accepit, quod a cane morsos rabiem sentire non patitur ex aceto potus adalligatusque. Mirum est quod additur, saniem conspecto omnino frutice eo siccari. 95

58. Tinguentibus et radicula lanas praeparat quam struthion a Graecis vocari diximus. Medetur morbo regio et ipsa decocto eius poto, item pectoris vitiis, urinam ciet, alvom solvit et volvas purgat, quamobrem aureum poculum medici vocant; ea et ex melle prodest magnifice ad tussim, orthopnoeae coclearis mensura, cum polenta vero et aceto lepras tollit. Eadem cum panace et capparis radice calculos 97 frangit pellitque, panos discutit cum farina hordeacia vino decocta; miscetur et malagmatis et collyriis claritatis causa, ad sternumenta utilis inter pauca, lieni quoque ac iocineri. Eadem pota denari unius pondere ex aqua mulsa suspiriosos 98 sanat, sic et pleuriticos et omnis lateris dolores. Apocyni semen ex aqua, — frutex est folio hederae, molliore tamen et minus longis viticulis, semine acuto, diviso, lanuginoso, gravi odore, — canes et omnis quadripedes necat in cibo datum. 96

59. Rosmarinum est. Duo genera eius, alterum sterile, 99 alterum cui et caulis et semen resinaceum quod cachrys vocatur. Foliis odor turis. Radix volnera sanat viridis inposita

§ 95. *alyson*, a. *allyson*, V d. — *tantum*, d. *in tantum*, V a. — *accipit*, a. — *morsos*, V T a d. *morsus*, θ. *commorsos*, β. — *ex aceto potus*, V d. *potus ex aceto*, a β γ. — *traditur*, r. — *saniem*, codd. Barbari. *insaniam*, V K a d. *singultum*, Gesner. hist. anim. 1, 189. — *frutice eo siccari*, a. *fruticeos sicari*, V. *frutice os siccari*, d. *frutice eo sanari*, K. *sanitatem suspenso omnino frutice conciliari* vel *fascino suspenso o. fr. occursari*, Pint.

§ 96. *lanas*, a (codd. Gel., Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 2, 63.) *ramis*, V d. — *struithion*, V. — *diximus* 19, 48. coll. Dioscor. 2, 192. — *Medetur*, a d. *Medetur vir*, V. — *et ipsa* pariter atque erythrodanus § 94. — *decocto eius poto*, θ. *decocta eius poto*, V. *decocta eius potu*, T d. *decocta et ius potum*, K. *decocta eius pota*, Gronov. a. *decocti eius potu*, β. — *petition*, θ V. *pecion*, T d. *pectori*, a. Cum explicare vix possis, quomodo *poculum* in illas lectiones abire potuerit, Plinium *poterion* scripsisse existimo. — *vocant medici*, a. — *ea et ex*; pro his vv. habent *ex ea et* V a d, quod probat Gronov. ad 21, 6. — *ad tussim orthopnoeae*, a. *ad tussim et orthopnoeam*, K. *a*, V d.

§ 97. *caparis*, V. — *caulum*, a[1]. *cauculum*, a[2]. — *vino*, V. *et vino*, a d β γ. — *ad sternutamenta*, Cornar. ad Dioscor. 2, 149., ut videtur, ex Murbac. *sternumtum*, a, unde veram formam reposui. *sternutamentum*, θ V. *sternutamento*, T d r γ. — *ac*, om. a.

§ 98. *unici*, a. — *aqua mulsa*, V a d. *mulsa aqua*, β γ. — *pleureticos*, V d. — *et omnes*, V a d. *omnesque*, T. — *dolosis*, V. — *apocyni semen ex aqua. Frutex*

et sedis procidentia, condylomata, haemorroidas, sucus et fruticis et radicis morbum regium et ea quae repurganda
sunt; oculorum aciem exacuit. Semen ad vetera pectoris vitia 100
datur potui et ad volvas cum vino et pipere, menses adiuvat, podagris inlinitur cum aerina farina; purgat etiam lentigines et quae excalfacienda sint aut cum sudor quaerendus inlitum, item convolsis. Auget et lacte in vino potum, item radix; ipsa herba strumis cum aceto inlinitur, ad tussim cum melle prodest.

60. Cachrys multa genera habet, ut diximus; sed haec quae 101
ex rore supra dicto nascitur, si fricetur, resinosa est. Adversatur venenis et venenatis praeterquam anguibus, sudores movet, tormina discutit, lactis ubertatem facit.

61. Herba Sabina brathy appellata a Graecis duorum ge- 102
nerum est; alia tamarici folio similis, altera cupresso, quare quidam Creticam cupressum dixerunt. A multis in suffitus pro ture adsumitur, in medicamentis vero duplicato pondere eosdem effectus habere quos cinnamum traditur. Collectiones minuit et nomas conpescit, inlita ulcera purgat, partus emortuos adposita extrahit et suffita, inlinitur igni sacro et carbunculis, cum melle ex vino pota regio morbo medetur. Gallinacei generis pituitas fumo eius herbae sanari tradunt.

est, V a d. *semen ex aqua. Apocynum frutex est*, K γ. Cum vulgatam interpunctionem β ineptum sensum praebere appareret, Brot. interpolationem K arripuit; sed codicum scriptura optime se habet, dummodo rectius interpungatur, ita ut verba *frutex est* — *gravi odore* parenthetice dicta sumantur. Ceterum v. Dioscor. 4, 81. — *folio*, a. *folia*, V d. — *molliore*, V a. *molliora hae*, d. — *vitiaculis*, V d.

§ 99. *Rosmarinum est*, a. *Rosmarinum et*, V. *Rosmarinum est et*, d. *Est et rosmarinum*, β γ. Ceterum v. Dioscor. 3, 79. — *haemorroidos*, V d. *et haemorrhoidas*, a β γ. — *et radicis*, V d. *radicis*, a.

§ 100. *aerina*, a d. *herina*, V. *hervia*, T. *ervina*, r. *ποδάγραις τε ἁρμόζει καταπλασσόμενος λεῖος σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ καὶ ὄξει*, Dioscor. — *purgat etiam*, θ V T a d. *purgat et*, β. — *et quae*, V a d. *prodest iis quae*, K. — *sint*, θ V. *sunt*, a d β γ. — *lacte*, θ a. *lactem*, V. *lac*, d β γ.

§ 101. *diximus*, 16, 30. 31. — *si*, omitt. V T a d. — *fricetur*, V a. *frutice*, T d. — *praeter*, a. — *sudores*, θ V T d. *sudorem*, a β.

§ 102. *alia tamarici*, T. *alia et marici*, V d. *alii terra marici*, a. *altera tamarici*, β γ. De *alius* — *alter* v. ad 37, 196.; de ipsa planta v. Dioscor. 1, 104. — *folio similis*, V T a d. *similis folio*, β γ. — *qua ex re quidam*, K. — *A multis*, V d. *ut vilis*, a. — *turae*, V. — *minuit et*, a. *invitet*, V. *muitet*, d. — *adposita*, V d. *exposita*, a. — *suffita*, θ V a d. *suffitu*, β γ. — *ex vino*, V T a d. *et vino*, β γ. *et carbunculis ex vino; cum melle pota reg. m. med.*, Pint. — *gereris*, V. — *pituita*, V d.

62. Similis herba huic Sabinae est selago appellata. Le- 103
gitur sine ferro dextra manu per tunicam qua sinistra exu-
itur velut a furante, candida veste vestito pureque lautis
nudis pedibus, sacro facto prius quam legatur pane vino-
que; fertur in mappa nova. Hanc contra perniciem omnem
habendam prodidere druidae Gallorum et contra omnia ocu-
lorum vitia fumum eius prodesse.

63. Iidem samolum herbam nominavere nascentem in umi- 104
dis; et hanc sinistra manu legi a ieiunis contra morbos suum
boumque, nec respicere legentem neque alibi quam in canali
deponere, ibi continere poturis.

64. Cummium genera diximus; in his maiores effectus me- 105
lioris cuiusque erunt. Dentibus inutiles sunt, sanguinem coa-
gulant et ideo eicientibus sanguinem prosunt, item ambustis,
arteriae vitiis inutiles, urinam cient, amaritudines hebetant
adstrictis ceteris; quae ex amygdala amara est spissandique
viribus efficacior, habet excalfactorias viris. Praeponuntur 106
prunorum autem et cerasorum ac vitium; siccant inlitae et
adstringunt, ex aceto vero infantium lichenas sanant, pro-

§ 103. *herba*, V. *herba est*, Td. *herbae*, aβγ. — *est*, V. *eius*, a. Omitt. Td. — *sinistram*, V. — *qua*, Va. *quasi*, d. — *a furante*, Vd. *furante*, a. — *puraque*, Dalec. — *lautis*, θVad. *lotis*, βγ. — *pane*, ad. *pare*, V. *ture*, Gronov. *ex pane*, Dalec. — *perniciem omnem*, Vad. *omnem perniciem*, βγ. — *omnium*, Vad. — *fumo*, Vad.

§ 104. *samosum*, VTad. *famosum*, θ. In indice libri primi codd. meliores vulgatam scripturam confirmant. — *humido*, d. — *neque alibi quam*, Va. *nec alibi quam*, βγ. *neque quam*, θ. *nequaquam*, Td. — *ibi*, θVTad. *ibique*, βγ. — *continere*, θTd. *continerere*, V. *congerere*, K. *conterere*, aβγ. — *potaturis*, Td.

§ 105. *Cummium*, V. *Cuminum*, ad. *Gummi*, r. *Gummium*, codd. Gel. βγ. — *diximus* 13, 66. 67. — *in his*, θV. *ex his*, adβγ. — *melioris*, ad. *in melioris*, V. — *inutilia*, Dalec. — *coagulant*, Vd. *reiciunt*, a. — *eicientibus*, Vd. *reiicientibus*, aβγ. — *et arteriae*, θ. — *inutiles*, θVTd. *Inutilem*, aβγ. — *urinas*, θ. — *Adstringit plus ceteris quae ex amygdala amara est, spissandique viribus efficacior*, Pint. — *visceribus*, Vad. — *habet excalfactorias vires*, a. *habet excalfactorias*, V. *vires habet excalfactorias*, d.

§ 106. *Praeponuntur*, T. *Proponuntur*, θVad. — *prunorum autem*, θVad. *autem prunorum*, rγ. *aut prunorum*, β; de collocatione particulae *autem* v. ad 4, 109. — *illita*, K. — *oboli*, V. — *musto*, K. *mixto*, Vadβγ. — *caulosis*, a. — *et vulnerum*, Vad. *vulnerum*, γ vitio operarum. — *inutilitatibus*, V. *in utilitatibus*, Barbar. ad.

§ 107. *Spinae Aegyptiae sive Arabicae*, Hard. ex indice libri primi *spina Aegyptia sive Arabica*, ubi hanc scripturam Td tuentur, RVa verba *Aegyptia sive* omittunt. *Spina Aegyptia spinae Arabicae*, Va. *Spinae Aegyptiae spinae Arabicae*, d. *Spinae Aegyptiae et spinae Arabicae*, codd. Salmas. exerc. p. 375. a. A. *Aegyptiae sive* enotatur ex Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 3, 13. In β legitur *e spina Aegyptia. Spinae Arabicae*, ita ut tria priora verba etiamnum proximae paragrapho adhaereant. Magna in his verbis corruptela regnare videtur, cum

sunt et tussi veteri quattuor obolis in musto potis. Creduntur et colorem gratiorem facere ciborumque adpetentiam et calculosis prodesse cum passo potae; oculorum et volnerum utilitatibus maxume conveniunt.

XII. 65. Spinae Aegyptiae sive Arabicae laudes in odo- 107
rum loco diximus; et ipsa spissat stringitque destillationes omnis et sanguinis exscreationes mensumque abundantiam, etiamnum radice valentior.

66. Spinae albae semen contra scorpiones auxiliatur; co- 108
rona ex ea inposita capitis dolores minuit. Est huic similis quam Graeci acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates et araneosa lanugine obductis; ea collecta etiam vestes quaedam bombycinis similes fiunt in oriente. Ipsa folia vel radices ad remedia opisthotoni bibuntur.

67. Et acacia e spina fit in Aegypto alba nigraque, ar- 109
bore item viridi, sed longe melior est prioribus; fit et in Galatia deterrima, spinosiore arbore. Semen omnium lenticulae simile, minore tantum et grano et folliculo; colligitur

Plinius 13, 63. de spina Aegyptia modo loquatur de Arabica nihil addens, Dioscorides autem 3, 13., unde haec sumpta sunt, Arabicam spinam commemoret de Aegyptia nihil dicens, ipsique codd. corruptelam satis clare testentur. Hariolari si quis vellet, legendum diceret *conveniunt e spina Arabica. Spinae Aegyptiae laudes* rell., cui similia proponit Dalec. legens *Spinae Aegyptiae laudes in odorum loco diximus. Arabica spissat.* At quis talia recipere ausit, praesertim cum nesciamus, num ipse Plinius erroris crimine sit liberandus? — *odorum*, ad. *odorem*, V[1]. *odoris*, V[2]. — *spissat stringitque*, Va. *stringit spissatque*, θTd. Ceterum v. Dioscor. 3, 13. — *omnis — exscreationes*, omitt. Vd. — *mensumque*, V. *mesumque*, ad. *mensiumque*, βγ.

§ 108. *Spinae albae*, v. Dioscor. 3, 12. — *Est huic similis*, Vd. *Huic similis*, a. *Huic similis est spina alba*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 3, 16. — *abductis*, Vd. — *ea*, ita nos scripsimus. *a*, Vd. *qua*, aβγ. — *bobycinis*, V. — *radices*, a. *radice*, V. *radix*, d. — *opisthotoni*, a. *opisthotonis*, VTd.

§ 109. *Et acaciae spina fit*, VTd. De cod. a non liquet. *Est et acaciae spina. Fit*, β. *Est et acacia e spina. Fit*, Hard. γ. *Est et acaciae spinae succus. Fit in Aegypto ex alba*, K. Ceterum v. Dioscor. 1, 133. — *arbore item viridi*, a. *arbores item viridis*, Vd[1]. *arbor est item viridis*, Td[2]. Haec esse corrupta, quaecumque praefertur scriptura, apparet; quomodo legendum sit, nemo divinare poterit, cum certa aliorum scriptorum testimonia nos deficiant. Ne ipse quidem Fée, peritissimus harum rerum arbiter, diiudicare audet ad h. l. T. XV. p. 195., utrum *alba nigraque* ad *acacia* an ad *spina* sit referendum, quamquam de hoc vix dubitari potest, quin spina alba nigraque sit intelligenda; de spina alba v. 15, 117. 21, 68. 24, 108., de spina nigra 13, 63. — *melior ē*, ad. *meliorem*, V. *melior e*, βγ. Nos codices secuti *est* rescripsimus. — *deterrima*, θVTKd. *teterrima*, ar (codd. Salmas. exerc. p. 375. b. D.) *tenerrima*, β. — *spinosior*, V (spatio vacuo uni litterae relicto) ad. — *lenticula*, V. — *minore tantum*, ita nos scripsimus. *minor tantum*, Vad. *minore est tantum*, βγ. — *foliculo*, V.

autumno, ante collectum nimio validius. Spissatur sucus ex folliculis aqua caelesti perfusis, mox in pila tunsis exprimitur organis, tunc densatur in sole mortariis in pastillos; fit et foliis minus efficax. Ad coria perficienda semine pro galla utuntur. Foliorum sucus et Galaticae acaciae nigerrimus in- 110
probatur, item qui valde rufus. Purpurea aut leucophaea et quae facillime diluitur vi summa ad spissandum refrigerandumque est, oculorum medicamentis ante alia utilis. Lavantur in eos usus pastilli; ab aliis torrentur, ab aliis peruruntur. Capillum tingunt, sanant ignem sacrum, ulcera quae serpunt et umida vitia corporis, collectiones, articulos contunsos, perniones, pterygia; abundantiam mensum in feminis sistunt volvamque et sedem procidentis, item oculos, oris ulcera et genitalium.

XIII. 68. Volgaris quoque haec spina ex qua aenae ful- 111
lonis inplentur radicis usus habet; per Hispanias quidem multi et inter odores et ad unguenta utuntur illa aspalathum vocantes. Est sine dubio hoc nomine spina silvestris in oriente, ut diximus, candida, magnitudine et arboris iustae;
69. sed et frutex humilior aeque spinosus in Nisyro et Rho- 112
diorum insulis, quem alii erysisceptrum, alii adipsatheon,

Spissat, V a d. *validus spissat. Succus*, K. — *ex folliculis*, a d. *et folliculus*, V. — *perfusi*, a. — *murtatis*, d. — *et foliis*, V a d. *et ex foliis*, *βγ*.

§ 110. *et Galaticae acaciae*, *θ* V. *et Galatiacae acaciae*, a *β*. *acaciae et Galaticae*, T d. — *improbatus*, a. — *leucophea*, V. — *facile*, T. — *vi summa ad spissandum*, V. *vis summa ad spissandum*, a. *ad spissandum vis summa*, d. — *alia*, *θ* V. *alias*, a *βγ*. *omnia*, T d. — *utilis*, Dalec. *utiles*, V a d *βγ*. — *Lavantur*, T d. *Labantur*, V. *Levantur*, a. — *in eo sucus*, V. — *tollentur*, V. — *ab aliis peruruntur*, V T d. *ab aliis*, a *βγ*. πλύνεται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ τριβόμενος —— καὶ οὕτως ἀναλαμβάνεται εἰς τροχίσκους· καίεται δὲ ἐν ὠμῇ χύτρᾳ ἐν καμίνῳ· ὀπτᾶται δὲ ἐπ᾽ ἀνθράκων ἐμφυσωμένη, Dioscor. *usus ab aliis et pastilli fiunt; torrentur ab aliis*, K. — *mensum*, V. *mensium*, a d *βγ*. — *in feminis*, *θ* V T a d. *feminis*, *β*. — *alvamque*, V. — *ulcera*, V T a r. *vitia*, d *βγ*.

§ 111. *est*, Pint. *et*, Salmas. exerc. p. 281. b. B. — *qua*, V T d. *quae*, a (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 275. a. B.) V. adnotat. seq. — *aenae*, ita nos scripsimus. *enae*, V (codd. Salmas. exerc. p. 280. b. D.) *anae*, d. *unae*, a (Rigalt.) *venae*, regius Salmas. *lanae*, T. *aeneae*, vir doctus ap. Barbarum et Harduin., quod probat Schneider. ad Caton. de re rust. 10. p. 44. *iniae*, Salmas. exerc. p. 281. b. B. *cortinae*, *βγ*. Nostra lectio, quae in V *quaenae* clarissime inest et per a (Rigalt.) adiuvatur, restituta etiam legitur 27, 92., *eno* vero pro *aeno* scriptum invenitur etiam ap. Schol. Lucani 10, 124. T. II. p. 552. ed. Weber. 1821. — *fullonis*, T d. *follonis*, V. *fulloniae*, a *βγ*. — *per Hispanias*, a. *per spinas*, V d. *praeter spinas*, Salmas. — *utantur*, V. — *alia*, K. — *asthalatum*, d. *ast palatum*, V. — *diximus* 12, 110. — *candidam*, V. — *et arboris*, V. *arboris*, a d *βγ*.

Syri diaxylon vocant. Optumus qui minume ferulacius, rubens aut in purpuram vergens detracto cortice; nascitur pluribus locis, sed non ubique odoratus. Quam vim haberet 113
caelesti arcu in eum innixo diximus. Sanat taetra oris ulcera et ozaenas, genitalia exulcerata aut carbunculantia, item rhagadia; inflationes potu discutit et stranguriae. Cortex sanguinem reddentibus medetur, decoctum eius alvom sistit. Similia praestare silvestrem quoque putant.

70. Spina est appendix appellata, quoniam bacae puniceo 114
colore in ea appendices vocantur; hae crudae per se et aridae decoctae in vino alvom citam ac tormina conpescunt. Pyracanthae bacae contra serpentium ictus bibuntur.

71. Paliurus quoque spinae genus est. Semen eius Afri 115
zuram vocant contra scorpiones efficacissimum, item calculosis et tussi; folia adstrictoriam vim habent, radix discutit panos, collectiones, vomicas; urinas trahit pota. Decoctum eius in vino alvom sistit, serpentibus adversatur; radix praecipue datur in vino.

72. Agrifolia contunsa addito sale articulorum morbis pro- 116
sunt, bacae purgationi feminarum, coeliacis, dysintericis,

§ 112. *sed et*, Va. *Est et*, Td. — *aeque*, Vad (codd. Gel.) *atque*, r. — *Nisyro*, Ta (codd. Barbari). *Nysirio*, d. *asirie*, V ex emendatione. — *Rhodo*, T. — *insula*, K. — *erysisceptrum*, Rad 12, 110. et Dioscor. 1, 19. *syrisceptrum*, Tad (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 282. a. B.) *syris sceptrum*, V. *yrisceptrum*, regius Salmas. *iriscepton*, Salmas. — *alii*, Va. Omitt. d (Rigalt.) — *adipsatheon*, V in indice huius libri. *adipsa pheocon*, V. *atipsa pheoenon*, d. *at ipsi phoe*, a. *at ipsiphoes*, Rigalt. *aspyatheo*, regius Salmas. *sphagnon sive phasganon*, Pint. *at ipsi Phoenices Syri*, Hard. *diathoon*, Salmas. — *Syri diaxylon*, ita nos scripsimus ex Dioscor.: *Σύροι δὲ διάξυλον*. Nomen herbae ita iam Barbari codd. efferunt. *Syridia zyron*, VT. *Syria ziron*, d. *Syri diatiron*, a (Rigalt.) *Syri diatyron*, regius Salmas. *Syradiariton*, r¹. *Syrindiauron*, r². *sive dipsacon sive diacheton*, β. *sive diatiron*, γ. *diareton*, Dalec. *Syri diaxyron*, Salmas. — *aut in*, VTd. *et in*, aβγ.

§ 113. *arcum*, V. — *innoxo*, Vd. — *diximus* 12, 110. — *tetra*, ad. *etra*, V¹. *et*, V². — *ulcera — exulcerata*, a. *ulcerata*, Vd. — *potus*, V. — *stranguria*, d. *strangoria*, V. — *sistit*, VTd. *sistit cortex*, aβ interpunctione in prioribus pessumdata, quam emendavit Hard.

§ 114. *decoctae in vino*, d. *decocta et in vino*, V. *in vino decoctae*, aβγ. — *citam*, Barbar. Va. *citant*, θd. — *Pyracanthae*, ad. *Pyrrhacante*, V. *pyrracanthi* vel *thyrracantha*, codd. Salmas. exerc. p. 191. a. B. *Pyxacanthi*, Barbar. β.

§ 115. *quoque*, Vd. *quod*, a. — *Afri zuram*, ad. *aprizuram*, θV. *Afri zuiron*, r. Ceterum v. Dioscor. 1, 121. — *vomicas*, Vd. *vocat*, a. — *in vino*, Vad. *potum in vino*, βγ.

§ 116. *Agrifolia*, Hard. ex Plinio Valer. 2, 25. 3, 15. 49. *Aliqui folia*, aβ. *folia aliqui*, V. *folia aliqua*, Td. — *morbis prosunt*, VTad. *morbis imponunt. Prosunt*, β.

cholericis, in vino potae sistunt alvom. Radix decocta et inlita
extrahit infixa corpori, utilissima et luxatis tumoribusque.
Aquifolia arbor in domo aut villa sata veneficia arcet. Flore
eius aquam glaciari Pythagoras tradit, item baculum ex ea
factum in quodvis animal emissum, etiamsi citra ceciderit
defectu mittentis, ipsum per sese cubitu propius adlabi; tam
praecipuam naturam inesse arbori. Taxi arboris fumus ne-
cat muris.

73. Nec rubos ad maleficia tantum genuit natura ideoque 117
et mora his hoc est vel hominibus cibos dedit. Vim habent
siccandi, adstringendi, gingivis, tonsillis, genitalibus adcom-
modatissimi; adversantur serpentium sceleratissimis, haemor-
roidi et presteri, flos aut mora scorpionibus volnera sine
collectionum periculo iungunt. Urinas eorum caules cient; 118
teneri tunduntur exprimiturque sucus, mox sole cogitur in
crassitudinem mellis; singulari remedio contra mala oris ocu-
lorumque, sanguinem exscreantis, anginas, volvas, sedes, coe-
liacos intellegitur potus aut inlitus. Oris quidem vitiis etiam
folia conmanducata prosunt et ulceribus manantibus aut qui-
buscumque in capite inlinuntur; cardiacis vel sic per se in-
ponuntur a mamma sinistra, item stomacho in doloribus ocu-
lisque procidentibus. Instillatur sucus eorum et auribus, sanat 119
condylomata cum rosaceo cerato. Cauliculorum ex vino de-
coctum uvae praesentaneum remedium est; iidem per se in
cibo sumpti cymae modo aut decocti in vino austero labantis
dentis firmant, alvom sistunt et profluvia sanguinis, dysin-

cholericis, V T a d. *ac cholericis*, β γ. — *sistunt alvum*, V a d. *alvum sistunt*, β γ. — *utilissima*, V d. *utilissime*, a. *utilissima est*, β γ. — *Florem*, V T d. *Flos*, a. — *aquam*, a. *aqua*, V T d. — *item*, θ V T a d. *itemque*, β. — *animale missum*, θ. — *defunctū*, d. — *sese cubitu*, d. *se secubito*, V. *se recubitu*, a γ. *sese recubitu*, β. *rei petitae*, Pint. — *necat mures*, V a d. *mures necat*, β γ.

§ 117. *et mora his hoc est*, V T d. *et moratis hoc est*, a. *et moracis bestiis*, δ. *et ex moratis bestiis*, ϑ ρ φ. *ex eis mora bestiis*, r. *ex eis mora*, codd. Barbari, β. Ceterum v. Dioscor. 4, 37. — *dedit. Vim*, d. *habet dedit. Vim*, a. *deditum*, V. — *habent*, a. *habet*, V d. — *adstringendi*, V a. *adstringendique*, d β γ. — *accommodatissimi*, V d. *accommodatissimis*, a. *accommodatissimam*, K. — *scorpionibus*, V K a d. *Scorpionum*, β γ. — *iungunt*, K. *iunguntur*, V d. *iugunt*, a. *inungunt*, β γ.

§ 118. *Urinas eorum caules cient*, V d. *Urinas eorum*, a. *urinam cient. Caules eorum*, β γ. — *teneri tunduntur*, a. *eorum teneri tunduntur*, V d. *tunduntur teneri*, β γ. — *exprimiturque*, V a d. *exprimitur*, Hard. γ. — *grassitudinem*, V. — *creantis*, V. — *intelligitur*, θ T d. *ut intellegitur*, a. Omitt. V β γ. Verba *intelligitur potus aut illitus* delet Pint. — *in capite*, om. T. — *vel per*, K. — *super mamma*, K. — *stomacho in*, θ V T d. *in stomacho in*, a. *stomachi*, β γ.

tericis prosunt; siccantur in umbra ut cinis crematorum uvam reprimat. Folia quoque arefacta et contunsa iumentorum ulceribus utilia traduntur. Mora quae in his nascuntur vel 120
efficaciorem stomaticen praebuerint quam sativa morus. Eadem compositione vel cum hypocisthide tantum et melle bibuntur in cholera et a cardiacis et contra araneos. Inter medicamenta quae styptica vocant nihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in vino ad tertias partis, ut conluantur eo oris ulcera et sedis foveanturque; tanta vis est ut spongeae ipsae lapidescant.

74. Alterum genus rubi in quo rosa nascitur; gignit pilu- 121
lam castaneae similem, calculosis praecipuo remedio; alia est cynorroda quam proxumo dicemus volumine. XIV. Cynosbaton alii cynapanxin, alii neurospaston vocant; folium habet vestigio hominis simile. Fert et uvam nigram in cuius acino nervom habet, unde neurospastos dicitur, tota alia quam cappari quod medici cynosbaton appellaverunt. Huius thyrsus ad remedia splenis et inflationes conditus ex aceto manditur; nervos eius cum mastiche Chia conmanducatus os purgat. Ruborum rosa alopecias cum axungia emendat, mora capil- 122
lum tingunt cum omphacino oleo. Flos mori messe colligitur; candidus pleuriticis praecipuus ex vino potus, item coeliacis. Radix ad tertias decocta alvom sistit et sanguinem, item dentis conlutos decocto; eodem suco foventur sedis atque genitalium ulcera. Cinis e radice reprimit uvam.

§ 119. *uvae praesentaneum*, Hard. ex Marcello emp. 14. et Plinio Valer. 1, 43. *vepraesentaneum*, V a. *praesentaneum*, T d. *vel praesentaneum*, β. — *prosunt*, om. a.

§ 120. *quae*, a. Omitt. V d. — *vel*, V T a d. *vel cum*, β. — *sativa morus*, a d. *saliva morus*, V. *sativae mori*, K. — *Eadem*, V T a d r. *eademque*, β. — *coluantur*, V. — *et sedis*, θ V a d. *et sedes*, T K[1]. *sedes*, K[2]. — *foveanturque*, θ. *foveantur que*, T. *foveantur quae*, a d. *foveantur*, β γ. — *tanta*, V T a d. *tantaque*, β γ. — *ut*, om. a.

§ 121. *rubi*, V a d. *rubi est*, β γ. — *nascitur; cynosbaton vocant, alii cynospaston. Folium — simile. Gignit — calculosis. Alia est cynorrhodos, quam — volumine*, K. — *calculosis praecipuo remedio*, V d. *praecipuo remedio calculosis*, a β γ. — *dicemus* 25, 17. 18. — *cynapanxin*, V a d. *cynospaston*, β. — *nervospaston*, V. — *vestigium*, V d. — *Fert chamaebatos*, Dalec. — *nervum habet*, a d. *nervum habent*, V. *nervus habetur*, r. — *nervospastos*, V. — *tota alia quam*, V T. *alia quam*, a d. *alia est*, δ ϑ ρ φ. *Alia est a*, Barbar. β γ. — *capparin*, δ ϑ ρ φ. — *quod*, V T d. *quam*, a δ ϑ ρ φ β γ. — *cynobaton quoque*, K. — *appellaverunt*, V K. *appellarunt*, a. *appellant*, T d. — *tyrsus*, V. — *mastice thia*, V.

§ 122. *messe*, θ V T d. *messes*, a. *per messes*, β γ. — *candidius*, a. — *pleureticis*, d. *fleureticis*, a. — *idem*, d. — *Cinis e*, a. *Canis*, V d. — *reprimit*, θ V T K d. *deprimit*, a β γ.

75. Idaeus rubus appellatus est, quoniam in Ida non alius 123
nascitur; est autem tenerior ac minor, rarioribus calamis in-
nocentioribusque, sub arborum umbra nascens. Huius flos
cum melle epiphoris inlinitur et ignibus sacris stomachicisque
ex aqua bibendus datur; cetera eadem praestat quae su-
pra dicta.

76. Inter genera ruborum rhamnos appellatur a Graecis, 124
candidior, fruticosior et ramos spargens rectis aculeis, non
ut ceteri aduncis, foliis maioribus; alterum genus eius sil-
vestre, nigrius et quadam tenus rubens; fert veluti follicu-
los; huius radice decocta in aqua fit medicamentum quod
vocatur Lycium; semen secundas trahit. Ille autem candidior
adstringit magis, refrigerat, collectionibus et volneribus ad-
commodatior. Folia utriusque et cruda et decocta inlinuntur
cum oleo.

77. Lycium praestantius spina fieri tradunt, quam et pyxa- 125
canthon Chironiam vocant, qualem in Indicis arboribus dixi-
mus, quoniam longe praestantissimum existumatur Indicum.
Cocuntur in aqua tunsi rami radicesque summae amaritu-
dinis aereo vase per triduum iterumque exempto ligno, donec
mellis crassitudo fiat; adulteratur amaris sucis, etiam amurca
et felle bubulo. Spuma eius ac flos quidem oculorum medi- 126
camentis adduntur; reliquo suco faciem purgat et psoras sa-
nat, erosos angulos oculorum veteresque fluctiones, auris

§ 123. *in*, om. a. Ceterum v. Dioscor. 4, 38. — *alius*, V T d. *alias*, a β, quod defendi posse dicit Hand. Tursell. 1, 224. *aliis*, θ. — *rarioribus calamis innocentioribusque*, a. *rarioribusque foliis*, T d. *parioribusque*, V. *aculeis*, Pint. — *stomachicisque*, a d r. *stomacisque*, V. *stomaticisque*, β. — *supra dicta genera ruborum*, K.

§ 124. *Inter genera ruborum*, V a d. *Inter spinosas*, K. — *ramnus*, V. — *fruticosior et ramos*, V T d. *frutex is floret*, δ ρ φ. *et fruticosior. Is floret ramos*, a β γ. *Candidior alter et fruticosior in sepibus viret; ramos*, K. Verba *in sepibus viret* praeferunt Pontedera antiquitt. p. 612. et Schneid. ad Colum. VII. 9, 6. — *rectis*, V a. *erectis*, T d. — *Foliis maioribus alterum*, Pontedera et Schneider. — *eius*, V d. *est*, a β γ. — *aqua*, a d[2]. *qua*, V d[1]. — *Ille autem*, ita nos scripsimus ex V, qui *autem ille* habet, coll. Gronov. ad Liv. XXXV. 40, 8. *Aliter ille*, ρ. *Alter ille*, T a d β γ.

§ 125. *spina*, V a d. *e spina*, β γ. Ceterum v. Dioscor. 1, 132. — *pixāctonthirontan*, V. — *qualem*, V K d. *quales*, a β γ. — *in*, omitt. V a d. — *diximus*, 12, 31. — *quoniam*, V a d. *Omnium*, K. — *Coquuntur in aqua tusi*, a. *Coquuntur in aquatus*, V. *Coquunt iuina quavis*, d. — *summa*, V. — *vase*, V T a d. *vase fere*, β. — *triduum*, a d. *tridum*, V. *triduum macerati*, K. — *ligno liquor*, K. — *sucis*, a. *sucus*, V d. — *et*, V T a. *ac*, d β γ.

§ 126. *quidem*, T r. *quidam*, V a d β γ. — *adduntur*, T d. *addunt*, V. *additur*,

purulentas, tonsillas, gingivas, tussim, sanguinis exscreationes fabae magnitudine devoratum aut, si ex volneribus fluat, inlitum, rhagadia, genitalium ulcera, attritus, ulcera recentia et serpentia ac putrescentia, in naribus clavos, suppurationes; bibitur et mulieribus in lacte contra profluvia. Indici diffe- 127
rentia glaebis extrinsecus nigris, intus rufis cum fregeris, cito nigrescentibus; adstringit vehementer cum amaritudine, ad eadem omnia utile, sed praecipue ad genitalia.

78. Sunt qui et sarcocollam spinae lacrimam putent, pol- 128
lini turis similem, cum quadam acrimonia dulcem, cumminosam. Cum vino tunsa sistit fluctiones, inlinitur infantibus maxume. Vetustate et haec nigrescit; melior quo candidior.

79. Unum etiamnum arborum medicinis debetur nobile me- 129
dicamentum quod oporicen vocant. Fit ad dysintericos stomachique vitia in congio musti albi lento vapore decoctis malis cotoneis quinque cum suis seminibus, punicis totidem, sorborum sextario et pari mensura eius quod rhun Syriacam vocant, croci semuncia; coquitur usque ad crassitudinem mellis.

80. His subtexemus ea quae Graeci conmunicatione nominum in ambiguo fecere anne arborum essent.

XV. Chamaedrys herba est quae Latine trixago dicitur; 130
aliqui eam chamaedropem, alii Teucriam appellavere. Folia habet magnitudine mentae, colore et divisura quercus. Alii

aβγ. — *erosus*, V. — *tussi*, V. — *vulneribus*, a. *ulceribus*, Vdβ. — *rhagadia*, θVd. *rhagada*, a. *rhagadas*, βγ. — *recentia*, Va. Omitt. Td. — *naribus*, a. *auribus*, VTd. — *mulieribus*, V. *a mulieribus*, adβγ. — *in*, om. a. — *proflua*, Vd. *profluvium*, a.

§ 127. *cito*, Vd. *intus*, a. — *utile*, Td. *utilem*, Va. *utile est*, βγ. — *ad*, om. V.

§ 128. *sarcocollam*, θTa. *sarcocolla*, d. *sacrocolla*, V. *sacocollam*, β. Ceterum v. Dioscor. 3, 89. — *spinae*, Vd. *et spinae*, a. — *lacrimae*, a. — *turi*, a. — *cumminusam*, V. *gumminosam*, T. *gummosam*, Gronov. adγ. Om. β. — *Cum vino tusa*, a. Omitt. VTd. — *illinitur*, Ta. *inlinitum*, V. *illitum*, d. — *maxime*, VTad. Omitt. βγ. — *nigrescit*, VTad. *maxime nigrescit*, βγ.

§ 129. *etiannum*, V. — *debetur*, Va. *medetur*, d. — *oporicen*, V. *opericen*, ad. — *Fuit*, V. — *stomachique*, a. *stomacique*, V. *stomaticeque*, Td. — *contio*, V. — *albu*, V^2. — *sextario*, a. *sextari*, Vd. — *rhun*, θd. *run*, V. *dryn*, a. *rhus*, β. — *Syriacam*, θVad. *Syriacon*, βγ. — *crocis*, V. — *semuncia — ad*, a. Omitt. Vd. — *crassitudine*, d. — *commonicatione*, V. — *arborum*, a. *amborum*, θV. *arbores*, TKd.

§ 130. *Camaedrys*, V. — *trixago*, θVTad. *trissago*, β. — *aliqui — appellavere*, omitt. Vd. — *chamaedropem*, Dioscor. 3, 102. *chamaeropem*, a (et codd. indicis libri primi) γ. — *Teucriam*, a (et codd. laudati). *Teucrion*, βγ. — *quercuus*, V^1.

serratam et ab ea serram inventam esse dixerunt, flore paene purpureo. Capitur praegnans suco in petrosis, adversus serpentium venena inlitu potuque efficacissima, item stomacho, tussi vetustae, pituitae in gula cohaerescenti, ruptis, convolsis, lateris doloribus. Lienem consumit, urinam et menses 131
ciet ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus scopis eius in tribus heminis aquae decoctis usque ad tertias. Faciunt et pastillos terentes eam ex aqua ad supra dicta. Sanat et vomicas et vetera ulcera vel sordida cum melle. Fit et vinum ex ea pectoris vitiis. Foliorum sucus cum oleo caligines oculorum discutit, ad splenem ex aceto sumitur, excalfacit perunctione.

81. Chamaedaphne unico ramulo est cubitali ferme; folia 132
tenuiora lauro. Folia .....; semen rubens adnexum foliis inlinitur capitis doloribus recens, ardores refrigerat, ad tormina cum vino bibitur. Menses sucus eius et urinam ciet potu partusque difficilis in lana adpositus.

82. Chamelaea similitudinem foliorum oleae habet; sunt 133
autem amara, odorata, in petrosis, palmum altitudine non excedente. Alvom purgat, detrahit pituitam, bilem foliis in duabus apsinthi partibus decoctis, suco eo cum melle poto; foliis inpositis et ulcera purgantur. Aiunt, si quis ante solis

dixerunt, Vad. *dixere*, βγ. — *paene purpureo*, a. *nepurporeo*, Vd. — *Capitur*, θVTd. *Carpitur*, aβγ. — *inlitu potuque*, V. *potu illituque*, adβγ. — *pituitae*, Vd. *pituita*, aγ. — *cohaerescente*, Vadγ. — *lateris*, Va. *et lateris*, Td.

§ 131. *consumit*, a. *consumpsit*, Vd. — *ob id*, a. *ob*, Vd. — *decoctis*, Vad. *decoctae*, βγ. — *et ea pastillos terentes ex aqua*, K. — *ad supra dicta*, TKad. *ad supra dicti*, V. *Ad supra dicta*, β. — *vitis*, V. — *caligines*, θVT. *caliginem*, adβγ. — *excalefacit*, d. — *perunctione*, V. *perunctiones*, a. *et perunctione*, θTd.

§ 132. *Camedafne*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 147. — *cubitale*, Vd. — *ferme*, Vd. *fere*, aβγ. — *folia tenuiora lauro folia*, V. *folia tenuiora lauro*, Td. *folia tenui folio ut lauri*, δρφ. *folia tenui ut laurum folia*, ϑ. *folia tenui in lauru folia*, a. *folio tenui, lauri similitudine*, β. *folia tenuiora lauri folio*, Gron. γ. At alterum *folia*, quod habent Vaϑ, unum vocabulum servatum est enuntiationis, cuius reliqua verba perierunt et qua usus foliorum medicus indicabatur. Id cum per se satis patet, tum confirmatur per Dioscoridem, qui illum usum accurate enumerat; hinc post h. v. lacunae signa posui. De breviloquentia autem, qua Plinius *tenuiora lauro* dixit pro *tenuiora lauri foliis*, v. ad 32, 149.; prorsus eadem ratione dixit Dioscorides: *καὶ ταύτης δὲ τὰ φύλλα ὅμοια δάφνῃ*. Alia coniicit Salmas. exerc. p. 287. b. A. — *adnexum*, V. *annexum*, Td (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 137.) *adnixum*, a. *admistum*, β. — *ardoribus*, a. — *perfrigerat*, d. — *adpositu*, Vd.

§ 133. *Camelea*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 169. — *habent*, Vad. — *sunt autem ei amara*, codd. Barbari. — *odora. In petrosis nascitur palmum*, K[1]. *palmi altitudinem non excedens*, K[2]. — *bilem*, Vad. *bilemque*, βγ. — *in*, Vad. *cum*, K.

ortum eam capiat dicatque ad albugines oculorum se capere, adalligata discuti id vitium, quoquo modo vero collectam iumentorum pecorumque oculis salutarem esse.

83. Chamaesyce lentis folia habet, nihil se attollentia, in 134
aridis petrosis, claritati oculorum et contra subfusiones utilissima et cicatrices, caligines, nubeculas in vino cocta, inuncta. Volvae dolores sedat adposita in linteolo; tollit et verrucas omnium generum inlita; prodest et orthopnoicis.

84. Chamaecissos spicata est tritici modo, ramulis quinis 135
fere, foliosa; cum floret existumari potest alba viola radice tenui; bibunt ischiadici folia tribus obolis in vini cyathis duobus VII diebus, admodum amara potione.

85. Chamaeleucen apud nos farfarum sive farfugium vocant; nascitur secundum fluvios folio populi sed ampliore. Radix eius inponitur carbonibus cupressi atque is nidor per infundibulum inbibitur inveteratae tussi.

86. Chamaepeuce laricis folio similis lumborum et spinae 136
doloribus propria est. Chamaecyparissos herba ex vino pota contra venena serpentium omnium scorpionumque pollet. Ampeloprason in vinetis nascitur, foliis porri, ructu gravis, contra serpentium ictus efficax; urinam et menses ciet, eruptiones sanguinis per genitale inhibet potum inpositumque; datur

— *algentii*, V d. — *paribus*, V. — *suco*, V T a d. *succoque*, $\beta\gamma$. — *potu*, V a. — *dicatque*, a. *dicato*, V d. — *adalligatis*, K. — *vero*, θ V T a d. Om. β. — *collecta*, V. — *salutarem esse*, a d. *salutare*, V.

§ 134. *Chamaesyce*, Barbar. *Chamesici*, V. *Chamesichi*, a. *Chamesicus*, d. Ceterum v. Dioscor. 4, 167. — *petrosis*, V a d. *petrosisque nascens*, $\beta\gamma$. — *surfussiones*, V. — *utilissimum*, V a d. — *nubeculas*, V d (codd. Gel.) *muriculas*, a. — *in vino cocta inuncta*; pro his vv. habet *iniunctus* V, *inuncta* a; de d non liquet. *nubeculas cum melle inuncta*, Pint. ex Dioscoride. Nonnulla vero hic excidisse, neque de ipsa herba, sed de eius suco sermonem esse docet et scriptura V et ipse Dioscorides.

§ 135. *Chamaecissos spithamaeis est ramulis, quinis fere foliis*, Pint. Ceterum v. Dioscor. 4, 124. — *floret*, V d. *fere*, a. — *bibunt*, V a d. *cuius bibunt*, $\beta\gamma$. — *sciadici*, V. — *in vini cyathis* seqq., nonnulla hic excidisse putat Pint. — *admodum eum amara*, V. — *Cameleucen*, V. Ceterum v. Dioscor. 3, 116. — *farfarum sive farfugium*, Hard. ex indice libri primi, ubi meliores libri inter *farfarum* et *farfanum* fluctuant. *farranum sive farfugium*, β. *farfarfugium*, V T d. *farrarifugium*, a. — *secundum*, V a d. *secus*, γ. — *is*, a d. *his*, V. — *infundibilum*, θ T K d. *infurnibulum*, V a (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *imbibitur*, V T. *bibitur*, θ a d r. — *inveteratae*, θ V T r. *in vetere*, a d $\beta\gamma$.

§ 136. *Chamaepeuce — propria est*, om. V. Ceterum v. Dioscor. 4, 125. — *laricis folio*, a d. *larici foliis*, β. — *propitia*, a. — *Chamaecyparisto*, a d. *Chamecypharisto*, V. — *pellet*, V. — *Ampeloprassos*, V. *Ampeloprassus*, d. *Ampheloprasso*, a. Ceterum v. Dioscor. 2, 179. — *vinetis*, V a. *vineis*, d. — *porro*, V.

et a partu mulieribus et contra canis morsus. Ea quoque quae stachys vocatur porri similitudinem habet, longioribus foliis pluribusque et odoris iucundi colorisque in luteum inclinati; pellit menstrua.

87. Clinopodion alii cleonicon, alii zopyron, alii ocimoides 137
appellant, serpyllo similem, surculosam, palmi altitudine, in petrosis, orbiculato foliorum ambitu, speciem lecti pedum praebentem. Bibitur ad convolsa, rupta, strangurias, serpentium ictus; item decocta et sucus.

88. Nunc subtexemus herbas mirabilis quidem sed minus 138
claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis. Centunculum vocant nostri, foliis ad similitudinem capitis paenularum, iacentem in arvis, Graeci clematidem, egregii effectus ad sistendam alvom in vino austero; item sanguinem sistit tritus oxymelitis aut aquae calidae cyathis quinque, denari unius pondere; sic et ad secundas mulierum efficax est.

89. Graeci clematidas et alias habent, unam quam ali- 139
qui echiten vocant, alii laginen, nonnulli tenuem scammoniam. Ramos habet bipedalis, foliosos, non dissimilis scammoniae, nisi quod nigriora minoraque sunt folia; invenitur in vineis arvisque. Estur ut olus cum oleo ac sale, alvom ciet; eadem dysintericis cum lini semine ex vino austero

morsus, V a d. *morsum*, *βγ*. — *stacis*, V. — *porri*, V a d. *marrubii*, Barbar. K. — *inclinati*, a d. *inclinat*, V. *inclinantis*, K. — *inpellit*, V.

§ 137. *Clinopodium*, V a d. — *cleonicon*, ita nos scripsimus ex Dioscor. 3, 99. *cleopicion*, codd. Barbari. *cleopiceton*, V a d. *cleonicion*, *βγ*. — *zopyron*, Dioscor. *zopyrotyron*, codd. Barbari. *zopironthon*, V. *zopyronhion*, a. *zopirontion*, d. — *athi*, a. — *cimoides*, a. — *appellant serpyllo similem*, om. d. — *simile surculosum*, Dalec. — *surculosa*, V[2]. — *in petrosis*, V a d. *nascitur in petrosis*, *β*. — *foliorum*, *θ* V a d. *florum*, *β*. — *ambitus*, V. — *praebentem*, a d. *praebente*, r. *praebenti*, *θ* V. *praebens*, *β*. — *ad*, a. Omitt. V d. — *decocta et*, *θ* V d. *decoctae*, a *βγ*. *decocti*, K.

§ 138. *dilatis*, T. *Italis*, V d. *Itali*, a. *dilatis. Itali*, *β*. — *Centunculum*, a. *Centuculum*, V. *Centuculam*, T d. — *nostri*, *θ* V T a d. *rostratis*, *β*. — *capiti*, V d. — *nascentem*, K. — *Graeci*, a. Omitt. V T d. — *clematidem*, a. *clematide*, V T d. *autem clematidem*, *β*. — *egregii*, *θ* T a d. *graegii*, V. *Est eius egregius*, *β*. *Est ei*, r. — *alvum*, *θ* V T d. *vulvam*, a. — *item*, V. *idem*, a d. — *tritus*, V T a d. *tritus cum*, *β*. — *est*, ita nos scripsimus. *si*, V, cuius libri scriptura ab aliis librariis in *Sed* est mutata; v. adnot. seq. Quomodo *est* in *si* mutari potuerit, perspicuum est; scribebatur *st*, unde *si* factum est.

§ 139. *Graeci*, V. *Sed Graeci*, a d *βγ*. — *clematidas et alias*, V d. *crematidas et*, a. *clematidem*, r. *clematidas duas*, Pint. — *una*, V. — *etiten*, V. *tetiten*, d. *aetiten*, a. *aeliten*, codd. Salmas. de hyle p. 52. a. B. *elxinen*, Salmas. — *laginen*, a. *larginen*, V d. *lacinen*, codd. Salmasii. *laginem*, *βγ*. *asinen*, Gesner. hist.

sorbetur. Folia epiphoris inponuntur cum polenta supposito 140
udo linteolo, strumas inposita ad suppurationem perducunt, deinde axungia adiecta percurant; item haemorroidas cum oleo viridi, phthisicos iuvant cum melle; lactis quoque ubertatem faciunt in cibis et infantibus inlita capillum alunt, ex aceto edentium venerem stimulant.

90. Est alia clematis Aegyptia cognomine, quae ab aliis 141
daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur, folio lauri, longa tenuisque, adversus serpentis et privatim aspidas ex aceto pota efficax.

XVI. 91. Aegyptus hanc maxume gignit, quae et aron, 142
de qua inter bulbos diximus, magnae cum dracontio litis. Quidam enim eandem esse dixere, Glaucias satu discrevit dracontium silvestrem arum pronuntiando; aliqui radicem aron appellarunt, caulem vero dracontium, in totum alium, si modo hic est qui apud nos dracunculus vocatur; namque aros radicem nigram in latitudinem rotundam habet multoque maiorem et qua manus inpleatur, dracunculus subrutilam et draconis convoluti modo, unde et nomen.

92. Et qui ipsis Graeci inmensam posuere differentiam, 143
semen dracunculi fervens mordaxque tradendo tantumque ei

anim. 1, 639. coll. 21, 105. 22, 82. *iasinen*, Salmas. — *scammoniam*, a. *Scammonia*, V d. — *Ramos habet bipedales*, V. *Ramos habet pedales*, T a d $\delta\vartheta\rho\varphi$. *et pedales*, β. — *scammoniae*, V T a d $\delta\vartheta\rho\varphi$. *scammoniae ramos habet*, β. — *holus*, V. — *dysintericis*, V a d. *a dysentericis*, $\beta\gamma$. — *ex*, θ V a d. *in*, β. — *solvetur*, d[1]. *solbetur*, d[2].

§ 140. *epiporis*, V. — *supurationem*, V. — *percurant*, d. *percurrant*, V. *percurrunt*, a. — *haemorroida*, a. *haemorroidam*, θ V d. *haemorrhoidas*, $\beta\gamma$. — *ptisicos*, V. — *in cibis*, V a d. *in cibis sumpta*, $\beta\gamma$. — *edentium*, V T a d. *dentium dolores sedant*, β. — *stimulari*, V.

§ 141. *Est*, V a d. *Est et*, $\beta\gamma$. — *polygonoides*, Dioscor. 4, 7. *polygonitis*, T. *polycyonis*, a. *polycontis*, d. *pylocontis*, V. — *folia*, codd. Barbari. — *et*, V d. *ac*, a $\beta\gamma$. — *aspidas*, θ V d. *aspidis*, a. *aspides*, β.

§ 142. *Aegyptum*, V. — *quae et*, V a d. *est et*, r. — *haronde quam*, V. *harundo quę*, a. *harundinem de qua*, d. — *diximus* 19, 96. — *dixere*, θ V d. *dixerunt*, a $\beta\gamma$. — *Claucias*, V. — *discrevi*, a. — *hacontium*, V. *acontium*, a. *dracontion*, d. — *arum*, a, *harum*, V d. — *haron*, d. *harum*, V a. — *appellarunt*, θ V a. *appellaverunt*, d β. — *alium*, a. Omitt. V d. — *aros*, V a. *haron*, d. — *latitudine*, d. — *dracunculus*, V d. *dracunculus vocatur dracunculus*, a. — *unde et*, V a d. *unde et ei*, $\beta\gamma$.

§ 143. *Et qui ipsis*, V d. *Quin et ipsi*, a $\beta\gamma$. Recepta illorum librorum scriptura interpunctionem verborum sequentium mutavi, plenam interpunctionem post *inferat* minore permutans, ita ut verba media parenthetice sint sumenda. Ceterum eadem quae Plinius de dracontio minore tradit Dioscor. 2, 196. — *tantumque*, V T a d. *tantumque inesse*, β. — *ei*, T. *et*, V a d.

virus ut olfactum gravidis abortum inferat, aron miris lau-
dibus tulere primum in cibis feminam praeferentes, quoniam
mas durior esset et in coquendo lentior; pectoris vitia pur-
gare, aridum potioni inspersum aut ecligmate urinam et
menses ciere. Sic et in oxymelite potum stomacho interaneis- 144
que exulceratis ex lacte ovillo bibendum, ad tussim in cinere
coctum dedere ex oleo; alii coxere in lacte et decoctum bi-
bere, epiphoris elixum inposuere, item suggillatis, tonsillis.
Ex oleo haemorroidum vitio infundit ....., lentigines ex
melle inlinens. Laudavit Cleophantus et pro antidoto contra 145
venena, pleuriticis, peripneumonicis quo tussientibus modo;
semen intritum cum oleo aut rosaceo infunditur aurium do-
lori. Dieuches tussientibus, suspiriosis et orthopnoicis et pura
exscreantibus farinae permixtum in pane cocto dedit. Dio-
dotus phthisicis e melle ecligmate et pulmonis vitiis, ossibus
etiam fractis inposuit. Partus omnium animalium extrahit 146
naturae circumlitum; sucus radicis cum melle Attico oculo-
rum caligines, stomachi vitia discutit, tussim decocti ius cum
melle; ulcera omnium generum, sive phagedaenae sint sive
carcinomata, sive serpant, sive polypi in naribus, sucus mire
sanat. Folia ambustis prosunt ex vino et oleo cocta, alvom 147
inaniunt ex sale et aceto sumpta; et luxatis cum melle cocta
prosunt, item articulis podagricis cum sale recentia vel sicca;

ut, T d. *et*, V a. — *inferat*, d. *inferret*, V^1a. *infert*, V^2. — *haron*, d. — *tulere*, a. *tere*, V. *terce*, d. *extulere*, βγ. — *primus*, V. — *cibus*, V. — *mare*, r. — *durior*, V d. *dulcior*, a r. — *sed*, a. — *cogendo*, a. — *purgare aridum*, V. *purgare aridium*, d. *purgare et aridum*, a βγ. — *potioni*, K. *potione*, V a. *potionem*, d. *in potionem*, β. *in potione*, γ. — *eligmate*, d.

§ 144. *dedere ex oleo*, V a d. *dedere*, T. *ex oleo dedere*, βγ. — *alie*, V. — *et — bibere*, V. *ut — biberetur*, a d βγ. — *elixum*, a. Omitt. V T d. — *tonsillas*, V a d. — *infundit*, V d. *infudere*, a βγ. — *lentigine*, V. — *inlinens*, V a d. *illinentes*, βγ. Dedi locum ex optimis codd. restitutum, quamquam lacunosum; excidit enim nomen medici hoc praeceptum dantis, quod nullum aliud esse quam Cleophanti existimo, qui vulgo quidem statim infra laudatur, at in codd. omittitur. Posui igitur signum lacunae, quae illo nomine est explenda.

§ 145. *Cleophantus*, omitt. V a d. — *peripleumonicis*, V. — *quotus sitientibus*, V. — *rosaceo*, a d. *prosaceo*, V^1. *prorosaceo*, V^2. — *infunditur*, V a. *infunditur et*, T d. *infundens*, βγ. — *Dieucestus sitientibus*, V. — *suspiriosis*, V. *aut suspiriosis*, a d βγ. — *pura*, θ V T a d. *purulenta*, β. — *farinae*, θ V T. *farina*, a d βγ. — *in* ante *pane* omitt. V a d. — *Diodorus*, Reines. var. lect. 2, 7. p. 172. ex 29, 142. 20, 120., ubi θ illud habet. — *e melle*, a. *melle*, V d.

§ 146. *radicis*, a. *radix*, V d. — *stomachi*, V a d. *ac stomachi*, βγ. — *decocti ius*, a d. *decoctilus*, V. — *pagedenae*, V. — *in naribus*, V d. *naribus*, a.

§ 147. *et oleo*, V d. *oleo*, a. — *inanium*, V. — *ex sale*, V a. *in sale*, θ T d. — *et*, θ V a d. *etiam*, β. — *cum melle cocta*, V a d. *cocta cum melle*, βγ. — *prosunt*,

Hippocrates utralibet ad collectiones cum melle inposuit. Ad
menses trahendos seminis vel radicis drachmae duae in vini
cyathis duobus sufficiunt; eadem potio, si a partu non pur-
gentur, et secundas trahit; Hippocrates et radicem ipsam
adposuit. Dicunt et in pestilentia salutarem esse in cibis; 148
ebrietatem discutit, serpentis nidore cum crematur, privatim
aspidas fugat aut inebriat ita ut torpentes inveniantur; per-
unctos quoque aro e laureo oleo fugiunt; ideo et contra ictus
dari in vino nigro putant utile. In foliis ari caseus optume
servari traditur.

93. Dracunculus quem dixi hordeo maturescente effoditur 149
luna crescente. Omnino habentem serpentes fugiunt; ideo
percussis prodesse potum aiunt maiorem, ut et menses, si
ferro non attingatur, sistat; sucus eius et aurium dolori prod-
est. Id autem quod Graeci dracontion vocant triplici effigie 150
demonstratum mihi est, foliis betae, non sine thyrso, flore
purpureo; hoc est simile aro. Alii radice longa veluti signata
articulosaque monstravere, tribus omnino cauliculis, foliis de-
coqui ex aceto contra serpentium ictus iubentes. Tertia de-
monstratio fuit folio maiore quam cornus, radicis harundineae,
totidem, ut adfirmabant, geniculatae nodis quot haberet annos,
totidemque esse folia; hi ex vino vel aqua contra serpentis
dabant.

om. d. — *utralibet ad*, θ V T d. *libet*, a. *quaslibet ad*, β. — *trahendas*, d. — *a partu*, V a. *aperto*, d. — *purgentur*, θ V T d. *purgantur*, a β γ.

§ 148. *esse in cibis; ebrietatem*, a. *esse cibis; ebrietatem*, V d. *esse; in cibis ebrietatem*, r. — *privatim*, V T d r. *privatimque*, a β γ. — *aspidas*, V T a d r. *aspides*, β. — *haro*, V. — *dari*, V T d. *dari potui*, a. *dari potu*, β γ. — *ari caseus*, d. *hari caseus*, V. *aricas*, a.

§ 149. *Dracunculus*, V. *Draculus*, a. *Draconculus*, d. — *dixi* § 142. — *effoditur luna crescente*, om. a. — *ideo*, V. *adeo*, T a d. — *potum*, V T d. *poto*, a. *in potu*, β γ. — *alunt*, V. — *ut et menses — sistat*; retinui quidem hanc scripturam vulgatam, utpote cum meliorem pro ea restituere non possem; at eam corruptam esse docent et codd. scripturae (cum V a d non *ut et*, sed *ut* habeant, r autem *et ad*, ipsam vero vocem *sistat* omittant V a d r), et quod, cum in universum de dracunculo Plinius dicat, subito maioris alicuius dracunculi mentionem iniicit, qui alias ab ipso non est traditus. Postremo offendit mira illa per *ut et* effecta sententiarum iunctura. Plura h. l. exciderunt, quam quae quis divinando supplere possit.

§ 150. *draconium*, V d. *dracoetium*, a. — *foliis decoqui* (*dequoqui*, V) *ex aceto*, V a d. *folia eius ex aceto decoqui*, β γ. — *cornus*, a. *cornu*, V d. *corni*, r. — *radicis*, θ V r. *radices*, d. *radice*, a β γ. — *harundineae*, d r. *harundinae*, V. *harundinea*, a β γ. — *geniculatae*, V d r. *geniculata*, a β γ. — *quod*, V. — *totidemque*, hoc ex β revocavi. *totidem quae*, V. *totidem*, a d β γ. — *hi*, V a d r. *hi ea*, β γ. — *dantur*, r.

94. Est et arisaros quae in eadem Aegypto nascitur, si- 151
milis aro, minor tantum minoribusque foliis et utique radice
quae tamen olivae grandis magnitudinem inpleat, alba ge-
minum caulem, altera unum tantum emittens. Medetur utra-
que ulceribus manantibus, item ambustis ac fistulis collyrio
inmisso. Nomas sistunt decocta folia earum in aqua et postea
trita rosaceo addito; sed unum miraculum ingens contacto
genitali cuiusque feminini sexus animal in perniciem agi.

95. Myriophyllon quod nostri millefolium vocant caulis est 152
teneri, similis feniculo, plurumis foliis, unde et nomen acce-
pit; nascitur in palustribus, magnifici usus ad volnera. Cum
aceto bibitur ad difficultates urinae et vesicae et suspiria
praecipitatisque ex alto; eadem efficacissima ad dentium do-
lores. Etruria hoc nomine appellat herbam in pratis tenuem
a lateribus capillamenti modo foliosam, eximii usus ad vol-
nera, boum nervos abscisos vomere solidari ea rususque iungi
addita axungia adfirmans.

96. Pseudobunion napi folia habet, fruticans palmi altitu- 153
dine; laudatissima in Creta. Contra tormina, stranguriam,
laterum praecordiorumque dolores bibuntur rami eius quini
senive.

97. Murris quam alii myrizam, alii murram vocant simil- 154

§ 151. *et arisaros*, Barbar. ex Dioscor. 2, 198. *et aeris*, a. *haec haris*, V. *echaris*, d. *et aris*, $\beta\gamma$. — *haro*, d. *hara*, V. — *impleat*, V d. *implet*, a $\beta\gamma$. — *geminum*, a. *gemina*, V d. — *alteram*, V a d. — *unum*, omitt. V a d. — *ambustis*, θ V T. *combustis*, a d $\beta\gamma$. — *collyrio*, a d. *collyrio vi*, V. Ceterum verba *collyrio immisso* male ad sequentia refert β. V. Dioscor. 2, 198. — *decocta folia earum*, K. *decoctarum*, V a d β. *decocta earum*, Hard. γ. — *trita*, K. *tritarum*, V a d $\beta\gamma$. Recepi scripturam K, cum neque β neque γ satisfacerent; *tritarum* librarii de suo dederunt, ut unum participium alteri *decoctarum* simile redderetur. Id unum dubitari potest, nomen *folia* annon melius nomini *nomas* praemittatur; certe huc ducunt rationes palaeographicae.

§ 152. *Myriopillon*, V d. *Mirophillum*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 113. — *millifolium*, a. *mili folium*, V d. — *teneri*, V. *tener*, a d $\beta\gamma$. — *faeniculo*, V. — *plurimos*, V. — *Cum aceto*; haec verba fortasse melius ad superiora referri colligit Hard. ex Dioscoride. — *dificultates*, V. — *et*; pro h. v. habent *aut* V a d. De utraque particula confusa v. quos laudat Hand. Tursell. 1, 558. — *suspiriae*, V. — *eadem efficacissima*, V a d. *efficacissima eadem*, $\beta\gamma$. — *a lateribus*, a d. *alteribus*, V. — *nerbos*, V. — *absciso suo mores*, V. *abscissos vomere*, a d $\beta\gamma$, quam scripturam ex V emendavi. — *folia dari*, V a d. — *rususque*, V. *rursusque*, a d $\beta\gamma$.

§ 153. *Pseudobunion*, Barbarus ex Dioscor. 4, 123. *Pseudounion*, a d. *Pseodovinon*, V. — *napi*, a. *apii*, V d (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 107.) *bunii*, r,

lima est cicutae caule foliisque et flore, minor tantum et exilior, cibo non insuavis. Ciet menstrua et partus cum vino; aiunt eandem potam in pestilentia salutarem esse. Subvenit et phthisicis in sorbitione data, aviditatem cibi facit, phalangiorum morsus restinguit; ulcera quoque in facie aut capite sucus eius in aqua triduo maceratae sanat.

98. Onobrychis folia lentis habet, longiora paulo, florem 155
rubentem, radicem exiguam et gracilem; nascitur circa fontis. Siccata in farinae modum et inspersa vino albo stranguriās finit, alvom sistit; sucus eius perunctis cum oleo sudores movet.

XVII. 99. In promisso herbarum mirabilium occurrit aliqua 156
dicere et de magicis; quae enim mirabiliores? Primi eas in nostro orbe celebravere Pythagoras atque Democritus consectati magos. Coracesta et calicia Pythagoras aquam glaciari tradit, quarum mentionem apud alios non reperio, nec apud eum alia de his.

100. Idem minsada appellat, nomine alio corinthiam, cuius 157
decocto in aqua suco protinus sanari ictus serpentium si foveantur dicit; eandem effusam in herbam qui vestigio contigerint aut forte respersos insanabili leto perire, monstrifica prorsus natura veneni praeterquam contra venena.

quod est interpolatum ex Dioscoride; at v. 20, 21. — *frutex*, r. — *laudatissimum*, K. — *tormina*, VTad. *tormina atque*, βγ. — *stranguria*, Vd.

§ 154. *Myrris*, a. *Myris*, VTd. Nos *Murris* scripsimus. — *myrizam*, Td. *mirizam*, V. *smyrrhizjan*, a. *smyrrizan*, codd. Barbari. *smyrrhizam*, βγ. *smyrnizusam*, Dalec. *smyrrhizusam* vel *myrizusam*, Hard. — *myrram*, Dioscor. 4, 114. *myram*, T. *myran*, Vd. *miran*, a. Rursus nos *murram* scripsimus. — *vocant*, om. a. — *cicuta*, V. — *aiunt*, VTadr. *aiunt quoque*, β. — *pestilentiam*, V. — *ptisicis*, V. — *sorvitione*, V. — *data*, θTd. Omitt. Vaβγ. — *facit — quoque in*, om. a. — *restinguit*, θVd. *restringuit*, T. *restringit*, βγ.

§ 155. *Onobrychis*, Dioscor. 3, 160. *Onobreces*, a. *Oenobreces*, V. *Enobrices*, d. — *lentis habet*, a. *lentis habent*, Vd. *habet lentis*, βγ. — *farina*, V.

§ 156. *mirabiliores*, VTad. *mirabiliores sunt*, βγ. — *Pythagora satu*, V. — *consecta*, V. — *Coracesta*, Vad. *Coracesia*, rγ. *Coriacesia*, β. *Coriacesiam*, K. — *calicia*, V. *calycia*, adγ. *calithia*, r. *callicia*, β. *calliciam*, K. — *aquam*, Va. *quam*, d. *qua aquam*, K. — *harum*, K. — *repperio*, V. — *alia*, Vad. *aliam*, r.

§ 157. *minsada*, VTd. *mimadem*, r. *menaidem*, β. *minyada*, aγ. *mixenaidem*, Dalec. De his nominibus conferas ubique indicem libri primi passim hinc refingendum. — *et nomine*, Vad. — *corinthiam*, VTd. *corinthadem*, β. *corysidiam*, aγ. *corisidiam*, r. — *decocto*, Va. *decoctae*, TKd. — *eandem effusam*, Vad. *eundem effusum*, βγ. — *herbam*, V. *herba*, adβγ. — *contingerint*, V. — *respersos*, θVad. *respersi fuerint*, βγ. — *insanibili leto*, VTd. *insanabili lethe*, θ. *insanabile*, a. *insanabiles*, β. *insanos*, K. — *perire*, T. *periere*, Vd. *operiere*, a.

101. Ab eodem Pythagora aproxis appellatur herba, cuius 158
radix e longinquo concipiat ignis ut naphtha, de qua in terrae miraculis diximus; idem tradit, si qui morbi humano corpori inciderint florente brassica, quamvis sanatos admonitionem eorum sentire, quotiens acciderint aut frumento aut
cicuta aut viola, similem conditionem habere. Nec me fallit 159
hoc volumen eius a quibusdam Cleemporo medico adscribi, verum Pythagorae pertinax fama antiquitasque vindicant; et id ipsum auctoritatem voluminum adfert, si quis alius curae suae opus illo viro dignum iudicavit, quod fecisse Cleemporum, cum alia suo et nomine ederet, quis credat?

102. Democriti certe chirocmeta esse constat; at in his 160
ille post Pythagoram magorum studiosissimus quanto portentosiora tradit! Aglaophotim herbam, quae admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiae nascentem Persico latere, qua de causa et marmaritim vocari; hac magos uti cum velint deos evocare.
Achaemenida colore electri sine folio nasci in Tradastilis In- 161
diae, cuius radice in pastillos digesta in dieque pota in vino

§ 158. *onginco*, V. — *conspiciat*, V d. — *naptha*, V. — *diximus* 2, 235. — *item*, V d. — *si*, omitt. V a d. — *morbis*, d. — *inciderint*, θ V T d. *inciderit*, a. *acciderint*, βγ. — *brassica*, θ V T a d. *aproxi*, β. V. 20, 78. 101. — *quotiens*; post hanc vocem verba *florente brassica quamvis sanatos* ex superioribus male repetita denuo habet V. — *acciderint*, V T d. *florente acciderint*, a. *florem eum tetigerint*, r. *florere eam contigerit*, βγ. — *aut frumento aut cicuta aut viola*, V d. *aut frumentum aut cicutam aut violam*, a. *et frumentum et cicutam et violam*, βγ.

§ 159. *a*, om. V. — *Cleemporo*, θ V a d. *etiam Cleemporo*, r. *Emporo*, codd. Rezz. — *verum Pythagorae*, T d. *vero Pythagorae*, V a. *Pythagorae vero esse*, r. *Pythagorae*, βγ. — *antiquitasque*, V a d. *antiquitasve*, β. — *vindicant*, V a d. *vendicavit*, T. *indicant*, r. — *auctoritatem*, a. *auctoritate*, V d. — *voluminum*, V T a d. *voluminibus*, βγ. *volumini ei*, Pint. — *indicaverit*, membranae Rezz. — *quod fecisse*, a (codd. Gel.) *quod se fecisse*, V d. — *Cleemporum*, codd. Gel. *Emporium*, Ambr. I. *emporum*, a. *temporum*, V d. — *alia suo et*, V a d (codd. Gel.) *et alia suo*, T. *alia ex suo*, Ambr. I. II. — *credat*, V a d (codd. Gel.) *credet*, r.

§ 160. *chirocmeta*, Salmas. exerc. p. 775. a. D. coll. Gesner. ad Columell. VII. 5, 17. et Schneid. ad Vitruv. IX. praef. §. 14. p. 168. *et hirocmeta*, V. *hirocmeta*, T a d. *chirocineta*, β. *Χειρωνικὰ προβλήματα*, Mullach. ad Democr. fragm. p. 127 seq. — *at*, om. d. — *magorum*, d. *magorumque*, a. *magoram magorum*, V. — *Aglaophotin*, Barbar. *Naglaopotim*, V d. *glaopotim*, a. — *admiratione*, a. *admirationem*, V d. *ob admirationem*, r. — *littore*, K. — *marmaritim*, V. *marmoritim*, T d. *marmoritin*, γ. *maritim*, a. *marmaritiden*, r. — *hac magos*, ita nos scripsimus. *ac magos*, V. *hoc magos*, T d. *magos*, a βγ. — *uti*, V T a d. *utique ea uti*, βγ. — *eos*, a. — *evocare*, a d. *se vocare*, V.

§ 161. *Achaemenida*, θ V T a d. *Achaemenido*, codd. Gel. *Achaemenioden*, K. *Achaemenidon*, β. — *nasci*, codd. Gel. *nascens*, V a d. — *in Tradastilis*, θ V.

noxii per cruciatus nocte confiteantur omnia per varias nu-
minum imaginationes; eandem hippophobada appellat, quon-
iam equae praecipue caveant eam. Theobrotion xxx schoenis 162
a Choaspe pavonum picturis similem, odore eximio; hanc
autem a regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia cor-
porum incommoda, instabilitatem mentis; eandem semnion
a potentiae maiestate appellari. Aliam deinde adamantida
Armeniae Cappadociaeque alumnam; hac admota leones re-
supinari cum hiatu lasso; nominis causam esse quod conteri
nequeat. Arianida in Arianis gigni igneam colore, colligi,
cum sol in leone sit; huius tactu peruncta oleo ligna accendi.
Therionarca in Cappadocia et Mysia nascente omnis feras 163
torpescere nec nisi hyaenae urina adspersa recreari; Aethio-
pida in Meroe nasci, ob id et Meroida appellari, folio lactu-
cae, hydropicis utilissimam e mulso potam; ophiusam in Ele-
phantine eiusdem Aethiopiae, lividam difficilemque adspectu,
qua pota terrorem minasque serpentium obversari ita ut mor-
tem sibi eo metu consciscant; ob id cogi sacrilegos illam
bibere, adversari autem ei palmeum vinum. Thalassaeglen 164

intra dastiles, d. *in Taradastilis*, a γ. *in Tardastilis*, codd. Gel. *in Tardistilis*, β. *in Taxilis*, Pint. — *cuius radice — in dieque*; pro his vv. nihil habent nisi *quae* V a d. Causa omissionis in aperto. — *e vino*, K. — *noxii*, a. *noxi*, V. *noxia*, d. — *nocte*, omitt. a d. — *confiteantur*, a. *conficeantur*, V. *conficiantur*, d. — *hippophobada*, T. *hippophorbada*, θ. *hippophorbado*, V d. *ippoporbada*, a. *hippophovada*, β. — *equae*, a. *aeque*, V. *equi*, T d.

§ 162. *Theobrotion*, V d. *Theobronthion*, a. *Theombrotion*, β. *Theonbrotion*, γ. — *scaenis*, V. — *Choaspe pavonum*, ita nos scripsimus. *Choaspe aspicavonum*, V. *Choaspea spicavonis*, d. *Choasse nasci pavonis*, a. *Choaspe nasci pavonis*, βγ. Nos locum emendavimus ex scriptura codicis V, ita ut ex superioribus *nasci* intelligatur. Syllabae *aspi* ex litteris proximis male repetitis ortae. — *autem*, omitt. a d. — *comedi aut*, omitt. V a d. — *bibi — corporum*, om. a. — *stabilitatem*, a. *stabilitate*, d. *si abilitatem*, V. *instabilitatemque*, βγ. Primum nos encliticam *que* ex codd. sustulimus; deinde propter eosdem codd. *stabilitatem* veram lectionem habemus, ita ut *ad stabilitatem* legatur. — *mentis*, a. Omitt. V d. — *eandem*, V d. *et iustitiae tandem*, a. Vid. tertiam ab hac varietatem lectionis. — *semnion*, d. *seminion*, V a. — *a potentiae et iustitiae maiestate*, r. — *admanantida*, V. — *admita*, V. — *resupunari*, V. — *hiatu lasso*, a. *hiacu lasso*, V d. *hiatu laxo*, βγ. *hiatu lassos*, r. — *Arianida*, θ V T a d. *Arianidem*, βγ. — *gigni*, a d. *igni*, V. — *tacta*, a.

§ 163. *Therionarca*, Barbar. *Therocarna*, V a. *Therocharna*, d. — *Capadocia*, V. — *turpescere*, V. — *urina adspersa*, d. *urinam adspersa*, V a. *urinae adspersu*, βγ. — *mero*, V. — *nascitur*, V d. — *Meroida*, θ V T a d. *Meroidem*, β. — *Elephantice*, a. — *terrores*, T. — *obversari ita ut*, a d. *obversarit. Ita ve*, V. — *libere*, V d. — *autem*, omitt. V a d. — *ei*, a. Omitt. V d.

§ 164. *Thalassaeglen*, Gesner. de herbis lunar. p. 16. *Thalasseglem*, V a d β. *Thalasseglen*, γ.

circa Indum amnem inveniri, quae ob id nomine alio pota-
maugis appellatur; hac pota lymphari homines obversantibus
miraculis. Theangelida in Libano Syriae, Dicte Cretae mon-
tibus et Babylone et Susis Persidis nasci, qua pota magi
divinent, gelotophyllida in Bactris et circa Borysthenen; haec
si bibatur cum murra et vino, varias obversari species ri-
dendique finem non fieri nisi potis nucleis pineae nucis cum
pipere et melle in vino palmeo. Hestiatorida a convictu no- 165
minari in Perside, quoniam hilarentur illa, eandem protome-
diam, quia primatum apud reges optineat, casigneten, quon-
iam secum ipsa nascatur nec cum aliis ullis herbis, eandem
Dionysonymphadem, quoniam vino mire conveniat. Helianthes
vocat in Themiscyrena regione et Ciliciae montibus mariti-
mis, folio myrti; hac cum adipe leonino decocta, addito croco
et palmeo vino, perungui magos et Persarum reges ut fiat
corpus adspectu iucundum; ideo eandem heliocallida nomi-
nari. Hermesias ab eodem vocatur ad liberos generandos 166
pulchros bonosque, non herba sed compositio e nucleis pi-
neae nucis tritis cum melle, murra, croco, vino palmeo, postea
admixto theobrotio et lacte; bibere generaturos iubet et a
conceptu puerperas partum nutrientis; ita fieri excellentis
animi et formae bonis; atque harum omnium magica quoque
vocabula ponit. Adiecit his Apollodorus adsectator eius her- 167

induam rem, V. — *potamaugis*, Gesner. *potamaucis*, V d γ. *potanmaucis*, a. *potamancis*, θ. *potamucyde*, r. *potamautis*, β. *potamitis*, Pintian. *potamanes*, Gesner. chrestom. p. 646. — *haec*, V d. — *lympari*, V. — *homine*, d. — *obversantibus*, a. *ubversantibus*, V. *subversantibus*, d. — *Dicte*, a d. *Dictae*, V β. *Dictaeis*, K. — *suis*, V d. — *observari*, V. — *nisi*, V T d. *ni*, a β.

§ 165. *Hestiatorida*, Gronov. *Hestitaterida*, θ a d. *Haestitaterida*, V. *Hestitarida*, T. *Hesytitateryda*, ϑ. *Hesuttaterida*, δ ρ. *Hesintarida*, φ. *Syssitierida*, β. — *nominari in Perside*, V a d. *in Perside nominari*, β γ. — *potomediam*, a. — *quia*, V T d. *quae*, θ. *qua*, a γ. *qui*, β. — *obtineat*, θ V T d. *obtineant*, a β γ. — *casigneten*, θ a. *casignetem*, d. *casigentem*, V. *acasigneten*, Pint. K; at v. Gesner. chrestom. p. 647. — *ne*, V. — *aliis ullis*, V a d. *ullis aliis*, β γ. — *Dionisionymphadem*, V d. *Duonysionymphadem*, a. — *Helianthes*, a. *Heliantes*, θ. *Hellanthesi*, V d. *Helianthidem*, K. *Helianthen*, β. — *vocant*, a. — *Themiscyrena*, θ V T a d. *Themiscyra*, Barbar. β. — *Galatiae*, T d. — *folio myrti*, a. *folio hyrti*, d. *folium hyrti*, V. — *ideo autem eandem*, θ. — *heliocallida*, θ V T a d. *heliocallidem*, β γ.

§ 166. *Hermesia*, d. — *compositio e*, a. *conpositione*, V. *compositio de*, d. — *nuncleis*, V. — *theobrotio*, ita nos scripsimus coll. § 162. *theombrotio*, V a d β. *theonbrotio*, γ. — *et puerperas*, Dalec., qui difficultatem huius loci bene sensit. Nam verba *puerperae a conceptu* ineptissime dici nemo nescit. Hinc Plinium fere scripsisse censeo: *et a conceptu feminas, item puerperas*. Ab una syllaba *as* librarius archetypi ad alteram transiit oculis aberrans. — *excellentis*, d. *excellentes*, a.

bam aeschynomenen, quoniam adpropinquante manu folia contraheret, aliam crocida cuius tactu phalangia morerentur; Crateuas oenotheridem cuius adspersu e vino feritas omnium animalium mitigaretur; anacampserotem celeber arte grammatica paulo ante, cuius omnino tactu redirent amores vel cum odio depositi. Et abunde sit hactenus attigisse insignia magorum in herbis, alia de his aptiore dicturis loco.

XVIII. 103. Eriphiam multi prodidere; scarabaeum haec 168
in avena habet susum deorsum decurrentem cum sono haedi, unde et nomen accepit; hac ad vocem nihil praestantius esse tradunt.

104. Herba lanaria ovibus ieiunis data lactis abundantiam facit. Aeque nota lactoris volgo est, plena lactis quod degustatum vomitiones concitat. Eandem hanc aliqui esse dicunt, alii similem illi quam militarem vocant, quoniam volnus ferro factum nullum non intra dies quinque sanat ex oleo inposita.

105. Celebratur autem et a Graecis stratiotes, sed ea in 169
Aegypto tantum et inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mire et volnera sanat ex aceto inlita, item ignis sacros et suppurationes; sanguinem quoque qui defluit a renibus pota cum ture masculo mirifice sistit.

excelentes, V. — *animi et formae bonis*, θTad. *animi et forma e bonis*, V. *animo et forma atque bonos*, βγ. — *atque harum*, θTd. *atque quae harum*, a. *harum*, Vβγ.

§ 167. *Apollodorus*, θa. *Apollodotus*, d. *Appollodotus*, V. — *aesinomenen*, V. *escynomenen*, d. *ex quo nomen*, a. — *contraheret*, a. *contrahere*, V. *contraherent*, d. — *alia*, Va. — *crocida*, θVTad. *crocidem*, β. — *morarentur*, V. — *onothuriden in*, a. *onothorin in*, V. *onothurin in*, T. *onothurim in*, d. *oenotherinem*, θ. — *cuius adspersu* — *paulo ante*, om. a. — *anacampserote celebrante*, d. *anacampserote celebante*, V. — *paulante*, V. Dalec. Apionem vel Apollodorum significari censet, Harduin. Apionem. — *odio*, Vd. *alio*, a. — *deposita*, a. — *insignia*, Vad. *somnia*, K. — *in herbis*, θVd. *in his herbis*, aβγ. — *alia*, θVT. *alio*, adβγ. — *aptiori*, θ. — *dicturis*, Va (codd. Gel.) *dicturi*, θTd.

§ 168. *Eripiam*, Vd. — *scarabaeum*, a. *scarapheum*, Vd. *scarapheam*, θ. — *susum*, V. *sursum*, adβγ. — *haedi*, V. *hoedi*, adβγ. — *et*, ad. *ei*, V. — *ieiuniis*, θ. — *lactoris*, a. *bactoris*, V (quamquam *iactoris* fuisse videtur). *iacturis*, d. — *vulga*, V. — *concitant*, V. — *nullum quod non*, T. — *sanet*, T.

§ 169. *stratiotes*, Barbar. θVTd (codd. Gel.) *stratiotis*, aβ. Ceterum v. Dioscor. 4, 100. — *sed ea*, Vd (codd. Gel.) *est et ea*, r. *ēē dea*, a. — *invedatione nihil*, V. — *nascitur*, Va. *nascens*, Td. — *aizoo*, Vd. *aizo*, a. *aeizoo*, β. — *Refrigerant*, V. — *et suppurationes*, Vd. *ac suppurationes*, aβγ. — *naribus*, Pint.

XIX. 106. Herba in capite statuae nata collecta in vestis 170
alicuius pannum et inligata lino rufo capitis dolores adposita
confestim sedare traditur.

107. Herba quaecumque e rivis aut fluminibus ante solis
ortum collecta ita ut nemo colligentem videat adalligata laevo
bracchio ita ut aeger quid sit illud ignoret tertianas arcere
traditur.

108. Lingua herba nascitur circa fontis; radix eius con-
busta et trita cum adipe suis, — adiciunt ut nigra sit et ste-
rilis, — alopecias emendat unguentium in sole.

109. Cribro in limite abiecto herbae intus exstantes de- 171
cerptae adalligataeque gravidis partus adcelerant.

110. Herba quae gignitur super fimeta ruris contra anginas
efficacissime pollet ex aqua pota.

111. Herba iuxta quam canes urinam fundunt evolsa ne
ferro attingatur luxatis celerrime medetur.

112. Rumpotinum arborem demonstravimus inter arbusta. 172
Iuxta hanc viduam vite nascitur herba quam Galli rodarum
vocant; caulem habet virgae ficulneae modo geniculatum,
folia urticae in medio exalbida, eadem procedente tempore
tota rubentia, florem argenteum, praecipua contra tumores

§ 170. *collecta*, θVTad. *collectaque*, βγ. — *in vestis alicuius*, θVTad. *alicuius in vestis*, βγ. — *pannum*, θTad. *panno*, Vβγ. — *inligata*, θVTadr. *alligata*, β. *lino rufo inligato*, Plin. Valer. 1, 1. — *lino*, r. *in lino*, θVadβγ. — *rufo*, Vad. *rusti*, θ. — *dolores*, θVTd. *dolorem*, aβγ. — *adposita*, θVTd. Omitt. aβγ. — *sanare*, T. — *e rivis*, ad. *in rivis*, V. *a rivis*, βγ. — *ita ut*, Vd. *ut*, a. — *colligentem nemo*, d. — *adalligata*, V. *eo tertianas adalligatā*, a. *contra tertianas adalligata*, d.

§ 171. *sit*, ad. *fuit*, V. — *in limitem*, K. — *abiecto*, r. *adiecto*, Vadβγ. *proiecto*, K. — *extantes*, V. — *deceptae*, a. — *super*, θVd. *supra*, aβγ. — *celeberrime*, d.

§ 172. *Rumpotinum*, Vad. *Rompotinum*, θ. *Rumbotinum*, Tr. *Rombotinum*, β. — *demonstravimus* 14, 12. — *vidua*, d. — *rodarum*, θVTd. *rhodoram*, aβγ. — *caulem habet*, Va. *habent*, d. — *virgae aefficulneae*, V. — *albida*, d. — *axungia vero*, θVad. Haec particula nisi casui debetur, hunc locum lacunosum esse indicat, ita ut post v. *collectiones* commate interpungatur et post v. *tunsa* aliquot verba excidisse sumatur, quibus morbus aliquis dicebatur, cui herba cum axungia tusa mederi putabatur. — *vetere*, θVd. *veteri*, aβ. — *et qui*, r. — *despuat*, r. — *dextram*, Va. *dexteram*, d. — *ter. Iam*, r. *terra*, Vd. *terna*, a. *ter*, βγ. De *iam* i. e. *porro*, *item*, v. ad 33, 159. — *tres trium*, a. *terrestrium*, Vd. *tres quoque trium*, βγ. — *hominum*, a. — *dextrosus*, V. *dextrorsus*, adβγ.

§ 173. *incanaronis maria specto*, V. — *in modum*, d. *modum*, V. *modo*, aβγ. — *capitula*, θVTad. *capitella*, β. — *quod nullum*, V. *quoniam nullum*, Td. *qm̄ nulla*, a. — *attinguat*, V.

fervoresque et collectiones cum axungia vetere tunsa ita ut ferro non attingatur; qui perunctus est despuit ad suam dextram ter. Iam efficacius remedium esse aiunt, si tres trium nationum homines perunguant dextrosus.

113. Herba inpia vocatur incana, roris marini adspectu, 173
thyrsi in modum vestita atque capitata. Inde alii ramuli exsurgunt sua capitula gerentes; ob id inpiam appellavere, quoniam liberi super parentem excellant; alii potius ita appellatam, quod nullum animal eam attingat, existumavere. Haec 174
inter duos lapides trita fervet praecipuo adversus anginas suco, lacte et vino admixto. Mirum traditur numquam ab eo morbo temptari qui gustaverint, itaque et subus dari quaeque medicamentum id noluerint haurire eo morbo interimi. Sunt qui avium nidis inseri aliquid ex ea putent atque ita non strangulari pullos avidius devorantis.

114. Veneris pectinem appellant a similitudine pectinum, 175
cuius radix cum malva tunsa omnia corpori infixa extrahit.

115. Veterno liberat quae exedum vocatur. Notia herba, — coriariorum officinis ea in hilaris est aliis aliisve nominibus, — nomas curat efficacissimamque adversus scorpionem esse potam e vino aut posca reperio.

§ 174. *fervet*, Va. *fertur*, Td. — *praecipua*, Td. — *sucu*, V. — *lacte*, a. *lactae*, V. *lacti*, d. — *ab eo*, a. *e*, Vd. — *subus*, a. *subtus*, Vd. *suibus*, $\beta\gamma$. — *quaeque*, a. *quae*, V. *qui*, d. — *interimi*, ad. *interemi*, V. *interire*, K. — *Sunt qui*, Vad. *Sunt qui et in*, $\beta\gamma$. — *avium nidis*, Vd. *autumnidis*, a. — *inserendum*, K.

§ 175. *Veterno liberat*, θVTad. *Veternosa curat*, β. — *Notia*, ita nos scripsimus ex omnibus codd. in indice libri 1. *Nodia*, Vad$\beta\gamma$. — *coriariorum officinis*, Va. *nota coriariorum officinis*, d. *coriariorum officinis nota*, $\beta\gamma$. — *ea in hilaris est*, ita nos scripsimus. *eam hilaris est*, Va. *ea villaris est*, Td. *ea mularis dicitur*, β. *ea mularis est*, γ. — *aliis aliisve*, θVTad. *aliisque*, β. Locum, qui ex vulgata scriptura et interpunctione intelligi non poterat, ex vestigiis codicum integritati suae restituisse mihi videor. Notiam herbam in universum duobus malis mederi dicit Plinius, id quod etiam index confirmat, in transcursu vero et per parenthesin illud addit, hanc herbam etiam a coriariis idque aliis aliisve nominibus adhibitam fuisse ad coria hilarioribus coloribus tinguenda. Coria vero variis coloribus tincta fuisse cum aliunde constat, tum ex Vopisc. Aurel. 49. *Calceos mulleos et cereos et albos et hederaceos viris omnibus tulit (abstulit ?), mulieribus reliquit.* Colori *hilaritas* tribuitur etiam 23, 144. 36, 55. et formam *hilarus* 7, 79. omnes codd. tuentur; de locutione vero *in hilaris est* vix necessarium puto, ut afferam Hand. Tursell. 3, 252. — *nomas curat*, omitt. Vad propter vocis *nominibus* vicinitatem. — *efficacissimamque*, a. *efficacissimas*, Vd. — *scorpionem*, Vad. *scorpiones*, $\beta\gamma$. — *potam e*, ita nos scripsimus. *potae*, V. *potas*, d. *potam in*, $\beta\gamma$.

*

116. Philanthropon herbam Graeci appellant nasute, quon- 176
iam vestibus adhaerescat; ex hac corona inposita capitis dolores sedat. Nam quae canaria appellatur lappa cum plantagine et millefolio trita ex vino carcinomata sanat ternis diebus soluta; medetur et subus effossa sine ferro addita in conluviem poturis vel ex lacte ac vino. Quidam adiciunt effodientem dicere oportere: haec est herba argemon quam Minerva reperit subus remedium, quae de illa gustaverint.

117. Tordylon alii semen silis esse dixerunt, alii herbam 177
per se, quam et syreon vocaverunt, neque aliud de ea proditum invenio quam in montibus nasci, conbustam potu ciere menses et pectoris exscreationes, efficaciore etiamnum radice, suco eius ternis obolis hausto renis sanari, addi radicem eius et in malagmata.

118. Gramen ipsum inter herbas volgatissimum geniculatis 178
serpit internodiis crebroque ab his et ex cacumine novas radices spargit. Folia eius in reliquo orbe in exilitatem fastigantur, in Parnaso tantum hederacea specie densius quam usquam fruticant, flore odorato candidoque. Iumentis herba non alia gratior sive viridis sive in feno siccata, cum detur adspersa aqua, sucumque eius in Parnaso excipi tradunt
propter ubertatem; dulcis hic est. In vicem eius in reliqua 179
parte terrarum succedit decoctum ad volnera conglutinanda,

§ 176. *nasute*, V T a d. *hirsutam*, Barbar. $\beta\gamma$. — *inpositis*, V. — *dolores*, V a. *dolorem*, T d. — *sedat*, θ V T a d. *sedantur*, β. — *carania*, a. — *milifolio*, d. — *ex vino*, V d. *et vini*, a. — *trinis*, K. — *suibus*, θ a d $\beta\gamma$. *sabus*, V, unde nos *subus* restituimus. — *effossa*, θ V a d. *haec effossa*, β. — *addita*, V d. *et addita*, a $\beta\gamma$. — *effodientem*, θ V T d. *et fodientem*, a $\beta\gamma$. — *subus*, θ V. *suibus iis*, K. *suibus*, a d $\beta\gamma$. — *quae*, θ. *que*, V. *qui*, a d $\beta\gamma$. — *gustaverit*, d.

§ 177. *Tordylon*, a. *Tordin*, θ V d. *Tordilen*, β. Ceterum v. Dioscor. 3, 56. — *silis*, a d. *ilis*, V. *seseleos*, K. — *sireum*, V. — *de ea*, V a. *dea*, d. — *prodictum*, V. — *ternis*, a d. *tenuis*, V.

§ 178. *ipsum*, V a d r. *ipsum est*, β. De ipso gramine v. Dioscor. 4, 30. Ceterum huic loco nonnulla tribuerunt Servius ad Vergil. Aen. 12, 119. et Mythogr. Vatic. III. 11, 10. p. 234. ed. Bod., quae non insunt. — *et ex*, a. *et*, V T d. *velut ex*, Dalec. — *in* ante *reliquo* om. Dalec. — *fastigantur*, θ V T a d. *fastigiantur*, β. — *hederacii*, a. — *speciae*, V. — *decentius*, r. Ceterum v. Dioscor. 4, 32. — *fruticant*, a. *fruticanti*, V d. *fruticat*, K. — *sive pro foeno* vel *sive in foenum*, Dalec. — *siccata*, a. *siccatae*, V d. Ipsam vocem delet Pint. — *cum detur*, V a. *condantur*, d. *conditur*, T. *cum datur*, Dalec. — *sucumque*, θ V d. *succum*, T. *succum quoque*, a $\beta\gamma$. — *dulcis enim hic est*, Dalec. — *hic*, om. d'.

§ 179. *conclutinanda*, V. — *praestat tueturque*, a (codd. Gel.) *tuetur praestatque*, V d. — *inflammationibus*, a (codd. Gel.) *inflationibus*, θ V T d. — *prae-*

quod et ipsa herba tunsa praestat tueturque ab inflammationibus praeligata; adicitur decocto vinum ac mel, ab aliquis et turis, piperis, murrae tertiae portiones rursusque coquitur in aereo vase ad dentium dolores, epiphoras. Radix decocta 180
in vino torminibus medetur et urinae difficultatibus ulceribusque vesicae, calculos frangit; semen vehementius urinam inpellit, alvom vomitionesque sistit, privatim autem draconum morsibus auxiliatur. Sunt qui genicula novem vel unius vel e duabus tribusve herbis ad hunc articulorum numerum involvi lana sucida nigra iubeant ad remedia strumae panorumve; ieiunum esse debere qui colligat, ita ire in domum 181
absentis cui medeatur supervenientique ter dicere ieiuno ieiunum medicamentum dare atque ita adalligare triduoque id facere. Quod e graminum genere septem internodia habet efficacissime capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter vesicae cruciatus decoctum ex vino gramen ad dimidias a balineis bibi iubent.

119. Sunt qui et aculeatum gramen vocent trium gene- 182
rum; cum in cacumine aculei sunt plurumum quini, dactylon appellant; hos convolutos naribus inserunt extrahuntque sanguinis ciendi gratia. Altero, quod est aizoo simile, ad paronychia et pterygia unguium et cum caro unguibus increvit utuntur cum axungia, ideo dactylon appellantes, quia digitis

ligata, ita nos scripsimus. *placata*, θV. *pacata*, T d. *plagas*, a (codd. Gel.) βγ. Quae scriptura cum interpolationem manifesto prae se ferat, ex optimorum librorum scriptura conieci id, quod huic loco unice aptum videbatur; *praeligare* etiam alibi de vulneribus dicitur, uti 28, 63. 64. — *adicitur decocto*, a. *dicitur decocto*, d. *dicitur decoctu*, V. *decocto adiicitur*, βγ. — *ac*, V a. *et*, d. — *aliquis*, V a d. *aliquibus*, βγ. — *piperis*, a d. *et piperis*, V βγ. — *myrre*, d. *murra et*, V. *myrraeque*, a βγ. — *tertias*, d. — *coquitur*, V. *cogitur*, a. *coquuntur*, d. — *epiphoras*, V a d. *et epiphoras*, βγ.

§ 180. *ulceribusque*, θV d. *ulceribus*, a β. — *unus*, V. — *panorumve*, a. *fanorum vel*, V. *ranorum vel*, d.

§ 181. *esse debere*, V a d. *debere esse*, βγ. — *ita ire*; pro his vv. habet *italia* a, *si aliae* V, *filie* (a supra scr.) d. Plin. scripsisse videtur *statim abire*; statim sc. post collectum gramen. — *a balineis*, V (codd. Gel.) *a balneis*, a d. *balneis*, β.

§ 182. *et*, a d. *ei*, V. — *quini dactylon*, d (codd. Barbari). *quini* (d supra scr.) *dactylon*, V. *quodinactylon*, a. *primum cui in cacumine aculei sunt quini; dactylos appellant*, Dalec. — *quod*, a d. *quo*, V. — *aizoo*, V d. *azio*, a. *aeizoo*, β. — *paronyciae*, V. *paronicia*, d. *porontia*, a[1]. *poronscia*, a[2]. — *inguium*, V d. — *ideo*, a. *ideoque*, V d. — *dactylon*, a. *daceslon*, V d.

medeatur. Tertium genus dactyli sed tenuis nascitur in pa- 183
rietinis aut tegulis. Huic caustica vis est; sistit ulcera quae
serpunt. Gramen capiti circumdatum sanguinis e naribus flu-
ctiones sistit; camelos necare traditur in Babylonis regione
id quod iuxta vias nascitur.

120. Nec feno Graeco minor auctoritas, quod telin vocant, 184
alii carphos, aliqui buceras, alii aegoceras, quoniam corni-
culis semen est simile, nos siliciam; quomodo sereretur do-
cuimus suo loco. Vis eius siccare, mollire, dissolvere; sucus
decocti feminarum pluribus malis subvenit, sive duritia sive
tumor sive contractio sit volvae; foventur, insidunt, infusum
quoque prodest. Furfures in facie extenuat, spleni addito 185
nitro decoctum et inpositum medetur, item ex aceto; sic et
iocineri decoctum. Diocles difficile parientibus semen eius
dedit acetabuli mensura tritum in novem cyathis sapae ut
tertias partis biberent, dein calida lavarentur, et in balineo
sudantibus dimidium ex relicto iterum dedit, mox a balineo
relicum pro summo auxilio; farinam feni Graeci cum hordeo 186
aut lini semine decoctam aqua mulsa contra volvae cruciatus
obiecit, item inposuitque imo ventri; lepras, lentigines sul-
phuris pari portione mixta farinae curavit, nitro ante prae-
parata cute, saepius die inlinens perunguique prohibens.
Theodorus feno miscuit quartam partem purgati nasturti acer-

§ 183. *sed*, V d. *sed et*, a. — *aut*, a d. *at*, V. — *caustica*, a d. *ea ustica*, V. — *e naribus*, om. a. — *Cammelō* (v above), V.

§ 184. *carphos*, V d. *carpos*, a. *careum*, Pontedera antiq. Lat. et Gr. p. 594. — *alii aegoceras*, om. a. — *carniculis*, V d[1]. — *siliciam*, Barbar. T. *silictam*, V a. *silicta*, d. *salicam*, β. — *quomodo*, V T a d ϑ ρ φ. *quod quomodo*, β. — *docuimus suo loco*, V a d ϑ φ. *suo loco docuimus*, β γ. 18, 140. coll. Dioscor. 2, 124. — *subvenire*, V. — *contractio sit*, a. *contractiove sit*, V. *contractiones sint*, d. — *et insident*, K.

§ 185. *extenuat*, V a. *emendat*, T d. — *iocineris*, a. — *ut*, ita nos scripsimus. *aut*, V a d. *ut cum*, codd. Gel. β γ. — *biberent*, V T d. *biberint*, a (codd. Gel.) β γ. — *dein*, θ V. *deinde*, T d. *de*, a. Omitt. codd. Gel. β γ. — *calida*, θ (codd. Gel.) *callide*, V T a d. — *balineo*, θ. *ballineo*, V. *balneo*, a d (codd. Gel.) β γ. — *suadentibus*, V. — *a balineo*, θ. *in balineo*, V. *in balneo*, T a d. *a balneo*, codd. Gel. β γ.

§ 186. *foeni*, θ a d. *faeni*, V. Huic voci subiiciunt *Graeci* β γ, quod omittunt θ V a d. — *seminis*, V d. — *obiecit*, θ V T d. *subiecit*, a β γ. — *item*, θ V T a d. *itemque*, r. — *imposuitque*, θ T d. *inposuitq:* (ve above), V. *imposuit*, a β γ. Recepi codicum optimorum scripturam, particulam *item* ex litteris *it im* ortam arbitratus. — *immo*, V d. — *portione mixta*, a. *portionem extra*, V. *portione extra*, d. — *farinae*, V a d. *farina*, β γ. — *ante*, a d. *autem*, V. — *prohibens*, T a r. *prohibent*,

rimo aceto ad lepras. Damion semen feni acetabuli dimidii 187
mensura cum sapae et aquae novem cyathis ad menses cien-
dos dedit potu, nec dubitatur quin decoctum eius utilissi-
mum sit volvis interaneisque exulceratis sicuti semen arti-
culis atque praecordiis. Si vero cum malva decoquatur, postea
addito mulso potum ante cetera volvis interaneisque laudatur,
— quippe cum vapor quoque decocti plurumum prosit, —
alarumque etiam graveolentiam decoctum feni semen emendat.
Farina porrigines capitis furfuresque cum vino et nitro ce- 188
leriter tollit, in hydromelite autem decocta addita axungia
genitalibus medetur, item pano, parotidi, podagrae, chi-
ragrae, articulis carnibusque quae recedunt ab ossibus, aceto
vero subacta luxatis; inlinitur et lieni decocta in aceto et
melle tantum, carcinomata subacta ex vino purgat, mox ad-
dito melle persanat. Sumitur et sorbitio e farina ad pectus
exulceratum longamque tussim; diu decoquitur, donec ama-
ritudo desinat, postea mel additur. Nunc ipsa claritas her-
barum dicetur.

Vd. *praecipiens*, β. — *feno*, θVTad. *foeno Graeco*, β. — *purgato*, V. — *nasturci*, V. — *ad lepras*, Vd. *lepras*, a.

§ 187. *Damion*, codd. indicis libri 1. *Timon*, θVTad. *Damon*, Hard. γ. — *semen feni*, θVTad. *feni Graeci semen*, β. — *dimidii*, VTad. *dimidia*, β. — *ad menses*, V. *ad meses*, d. *meses*, a. — *potu*, Va. *potui*, θd. — *interraneisque*, V uti statim infra. — *atque praecordiis*, Va. *praecordiisque*, β. — *potum*, ita nos scripsimus. *potus*, Vadβγ. Masculino generi nullus prorsus est locus, cum non nisi de feno vel de eius semine sermo esse possit. De substantivo *potus*, quod sane alibi legitur, uti § 28., hoc loco vix cogites. — *laudatur — quoque*, om. a. — *quippe cum — prosit*; haec vv. parenthetice sunt sumenda, ita ut unice ad superiora referantur. Flagitat hoc cum conformatio totius loci, quia verba *alarumque emendat* non amplius de interaneis valent, tum ratio modorum *laudatur* et *emendat*, quibus coniunctivus *prosit* per parenthesin est interiectus. — *feni semen emendat*, ita nos scripsimus ex vestigiis codicum et scriptura β inter se comparatis. *faenis emendat*, V. *feni semen dat*, a. *foeni emendat*, θTdγ. *foeni Graeci semen emendat*, β.

§ 188. *hydromelita*, V. — *diagrae*, a. — *quae*, d. Omitt. Va. — *e farina*, ad. *et farina*, V. — *exulceratam*, V. — *ipsa claritas herbarum*, v. § 138.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXV.

Cap. I. Sect. 1. Ipsa quae nunc dicetur herbarum claritas, medicinae tantum gignente eas tellure, in admirationem § 1

Ad hunc librum toti sunt excussi VR (rursus incipiens a § 30.) ad; in VRd exciderunt §§ 38—41. Paucis huius libri paragraphis (12. 13. 14. 19. 20. 21. 22. 23. 30. 31. 32.) usus sum lectionibus codicis *Sessoriani*, de quo h. l. accuratius agam, non quod magnum ex eo lucrum tulerim, sed ut quid de illo libro, qui magnas sui exspectationes excitaverat, sit statuendum exponam. Romae scilicet in bibliotheca Sessoriana coenobii Sta Croce in Gerusalemme asservatur codex saeculi, uti Angelus Maius spicil. Rom. V. p. 239. testatur, sexti varia scripta patristica continens, unde Ambrosii orationes aliquot ineditas Leonardo de' Corrieri, praefectus tum temporis illius bibliothecae, anno 1834. edidit. Hic codex, id quod vir ille doctus animadvertit, ex palimpsestorum numero aliquot fragmenta naturalis historiae Plinii continet, de quo invento primum retulerunt Blum. in itinere Italico III. p. 154., Ian. obss. crit. in Plinii natur. hist. p. 10. et Preller. in diurnis antiquariis 1847. no. 26. p. 205. Iam cum alio alioque tempore hoc inventum in usum meum vertere conatus quidem nihil tamen profecissem, unde factum est, ut in praefatione voluminis primi nihil de illis fragmentis ut de quibusdam aliis rebus afferrem, de iis tantum loquens, de quibus certi aliquid atque explorati in medium proferre possem, nuper demum idque iustissimo tempore voti mei compos sum factus. Ac primum quidem Henricus Keil., vir litteratissimus, ultro mecum summa sum comitate non solum accuratiora de illo codice communicavit, verum etiam quae ipse brevissimum modo tempus in illo coenobio commoratus legere potuisset benevolentissime mihi permisit. Paulo post vero Bethmann. in *Monatsberichten der Königl. Preussischen Akademie der Wissenschaften in Berlin 1853.* p. 684—698. de illo codice accuratissime ab ipso explorato tam plene quam docte retulit et praeter exemplum ipsius scripturae omnia illarum paragraphorum verba, quae etiamnum legi possunt, summa cum fide edidit. „Horum foliorum etsi ea antiquitas est, quam nullum omnium quotquot exstant Plinii codicum aequare certum sit, paucas intra lineas tanta menda prae se ferunt, ut negligentissimum librarium fuisse cognoscamus." C. FR. HERM. in vindiciis Iuvenalianis Gottingae a. 1854. editis p. 5.

§ 1. *gignente*, ad (codd. Gel.) *gygnetae* (n supra), V. — *admiratione*, d. — *quoque*,

curae priscorum diligentiaeque animum agit. Nihil ergo in-
temptatum inexpertumque illis fuit, nihil deinde occultatum
quoque non prodesse posteris vellent; at nos elaborata his
abscondere atque supprimere cupimus et fraudare vitam etiam
alienis bonis. Ita certe recondunt qui pauca aliqua novere 2
invidentes aliis, et neminem docere in auctoritatem scientiae
est. Tantum ab excogitandis novis ac iuvanda vita mores
absunt, summumque opus ingeniorum diu iam hoc fuit ut
intra unumquemque recte facta veterum perirent. At Her-
cules singula quosdam inventa deorum numero addidere,
omnium utique vitam clariorem fecere cognominibus herba-
rum, tam benigne gratiam memoria referente. Non aeque 3
haec cura eorum mira est in his quae satu blandiuntur aut
cibo invitant; culmina quoque montium invia et solitudines
abditas omnisque terrae fibras scrutati invenere quid quae-
que radix polleret, ad quos usus herbarum fila pertinerent,
etiam quadripedum pabulo intacta ad salutis usus vertentes.

II. 2. Minus hoc quam par erat nostri celebravere omnium 4
utilitatum et virtutum rapacissimi, primusque et diu solus
idem ille M. Cato, omnium bonarum artium magister, paucis
dumtaxat attigit, boum etiam medicina non omissa. Post eum
unus inlustrium temptavit C. Valgius eruditione spectatus
inperfecto volumine ad divom Augustum, inchoata etiam
praefatione religiosa ut omnibus malis humanis illius potis-
simum principis semper mederetur maiestas.

3. Antea condiderat solus apud nos, quod equidem inve- 5

θV. *quodque*, Taγ. *quaeque*, d. *quod*, β. — *ad*, V. — *his*, θVad. *iis*, βγ. — *atque*, V. *ac*, ad. — *suprimere*, V.

§ 2. *novis*, ad. *nobis*, V. — *ac iuvanda*, Va (codd. Gel.) *adiuvanda*, d. *ad adiuvandam vitam*, r. — *fuit hoc*, d. — *At Hercules*, ad. *Ad herculas*, V. *At hercule*, β. — *umero*, V. — *omnium*, Vad (codd. Gel.) Om. r. *hominum*, Pint. — *memoriam*, Vd.

§ 3. *mira est*, Gronov. *mira si*, VTadϑφ. *mira sed*, δρ. *mira esset*, β. *mira*, γ. — *aut*, a. *ac*, VTd. — *culmina*, VTadδϑρφ. *sed culmina*, β. — *additas*, V. — *omnesque*, Td. — *scrutatur*, d. — *quaeque*, Vd. *neque*, a. — *fila*, ad. *filae*, V. *folia*, βγ.

§ 4. *par erat*, Va. *pareat*, d. — *utilitatium*, V. — *M.*, om. V. — *in perfecto*, θ. — *inchoato*, V. — *semper*, om. r. — *mederetur*, Ta. *medetur*, θVd. *medicetur*, β.

§ 5. *inveniam*, VTd. *inveni*, aβγ. Usitata est haec Plinio dicendi ratio 13, 3. 21, 13. eodemque modo dixit *quae quidem invenerim* 13, 32., *quod invenerim* 17, 137., *quod equidem adnotaverim* 8, 153., *quod equidem sciam* 12, 55. 13, 119., *quod sit notum* 4, 96. De simillimo illo *quod miremur* diximus ad 33, 38.

niam, Pompeius Lenaeus Magni libertus, quo primum tempore hanc scientiam ad nostros pervenisse animo adverto. Namque Mithridates, maxumus sua aetate regum, quem debellavit Pompeius, omnium ante se genitorum diligentissimus vitae fuisse argumentis, praeterquam fama intellegitur. Uni ei excogitatum cotidie venenum bibere praesumptis remediis
ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Primo inventa genera 6
antidoti, ex quibus unum etiam nomen eius retinet; illius inventum sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis, quoniam veneno viverent. Ad illum Asclepiadis medendi arte clari volumina composita exstant, cum sollicitatus ex urbe Roma praecepta pro se mitteret. Illum solum mortalium viginti duabus linguis locutum certum est nec de subiectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo
annis LVI quibus regnavit. Is ergo in reliqua ingeni magni- 7
tudine medicinae peculiariter curiosus et ab omnibus subiectis qui fuere magna pars terrarum singula exquirens scrinium commentationum harum et exemplaria effectusque in arcanis suis reliquit, Pompeius autem omni regia praeda potitus transferre ea sermone nostro libertum suum Lenaeum grammaticae artis iussit vitaeque ita profuit non minus quam reipublicae victoria illa.

4. Praeter hos Graeci auctores prodidere quos suis locis 8

Lenaeus, ad. *ieneis*, V. — *animo adverto*, θa. *anim* (rasura unius litterae) *adverto*, V. *animadverto*, dβ. — *praeterque*, r (codd. Rezz.).

§ 6. *inventa*, a. *invita*, Vd. — *antidoti*, a. *antidotis quoniam*, Vd verbis infra sequentibus male huc relatis. — *inventum*, ad. *inquentum* (a supra e), V. *inventum autumant*, βγ. — *sanguinem anatum*, V. *sanguine manatum*, d. *manatum*, a. — *Ponticarum*, Barbar. *Ponticorum*, Va[2]d. *Pontaeorum*, a[1]. — *praecepti*, V. — *viginti duabus*, Vd. *mitridates XXII*, a. Eundem numerum affert Plin. 7, 88.; *quinque et viginti gentium* habet Gell. 17, 17., qui hunc locum in usum suum vocavit. — *certum est*; haec vv. post *mortalium* collocat d. — *de*, omitt. Vad. — *interpraetem*, V. — *LVI*, ad. *LIII*, V. *olyi*, θ. *LXI*, γ. *XLVI*, Dalec. *ἐβίω δ' ὀκτὼ ἢ ἐννέα ἐπὶ τοῖς ἑξήκοντα ἔτεσι, καὶ τούτων ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἔτεσιν ἐβασίλευσε*, Appian. Mithrid. 112.

§ 7. *in*, omitt. Vad. At cum praepositione h. l. vix carere possimus, *reliqua in ingeni magnitudine* scribendum esse existimo. — *coriosus*, V. — *omnibus*, θVa. *hominibus*, dβ. — *qui fuere*, a. Omitt. Vd. — *magna pars*, Vad. *pars magna*, βγ. — *praeda regia*, d. — *gramatice*, V. — *artis*, θVTad. *artis doctissimum*, Ambr. I. β. *artis peritum*, Ambr. II. V. ad 4, 7.

§ 8. *auctores*, θV. *auctores medicinae*, adβγ. — *ex his Crateuas*, θTad. *ex his Cratenuas*, V. *ex his Cratevax*, codd. Salmas. in prolegg. ad hylen p. 15. *ex his Evax rex Arabum, qui de simplicium effectibus ad Neronem scripsit, Crateuas*, β. Hanc scripturam esse interpolatam ex Marbodo de lapidibus prol. 2.

diximus, ex his Crateuas, Dionysius, Metrodorus ratione blandissima sed qua nihil paene aliud quam difficultas rei intellegatur; pinxere namque effigies herbarum atque ita subscripsere effectus; verum et pictura fallax est coloribus tam numerosis praesertim in aemulationem naturae, multumque degenerat transcribentium sors varia; praeterea parum est singulas earum aetates pingi, cum quadripertitis varietatibus anni faciem mutent.

5. Quare ceteri sermone eas tradidere, aliqui ne effigie 9
quidem indicata et nudis plerumque nominibus defuncti, quoniam satis videbatur potestates vimque demonstrare quaerere volentibus. Nec est difficilis cognitio; nobis certe, exceptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari scientia Antoni Castoris cui summa auctoritas erat in ea arte nostro aevo visendo hortulo eius, in quo plurumas alebat centesimum annum aetatis excedens, nullum corporis malum expertus ac ne aetate quidem memoria aut vigore concussis.
Neque aliud mirata magis antiquitas reperietur. Inventa iam- 10
pridem ratio est praenuntians horas, non modo dies ac noctis solis lunaeque defectuum; durat tamen tradita persuasio in magna parte volgi veneficiis et herbis id cogi eamque unam feminarum scientiam praevalere. Certe quid non repleverunt fabulis Colchis Media aliaeque, in primis Italis Circe

viderunt Salmas., Hard., Gesner. chrestom. p. 655., Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836. no. 167. p. 292. et Choulant. *Handbuch der Bücherkunde f. d. ältere Medicin* p. 244. non refutati illis, quae ad ea defendenda affert Lessing. in collectaneis s. v. *Evax* T. XI. p. 271. ed. Lachm. — *difficultas rei*, V d. *rei difficultas*, a $\beta\gamma$. — *coloribus*, θ V T d. *et coloribus*, a (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *aemulationem*, θ V d. *aemulatione*, a (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *multumque*, θ T d. *multum*, V a (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *sors*, T (codd. Gel.) *fors*, V a d. — *aetatis*, V. — *quadripertitis*, θ a d. *quadripartitis*, V $\beta\gamma$.

§ 9. *tradiderunt*, d. — *ne*, V d. *in*, a. — *indicata*, a (codd. Gel.) *indicta*, θ V T d. — *defuncti*, V a d (codd. Gel.) *contenti*, K. — *potestates*, a. *potestas*, V. *potestatem*, T d. — *difficilis cognitio*, θ V T d. *difficile cognitu*, a $\beta\gamma$. — *ortulo*, V. — *annum aetatis*, V a d. *aetatis annum*, $\beta\gamma$. — *concusis* (s v), V.

§ 10. *Neque*, θ V T a d. *Nec*, β. — *ammirata*, d. — *defectuum*, Barbar. a d. *defectum*, V. — *persuassio*, V. — *in eoque feminarum*, K. — *unam*, θ V T d. *nam*, a. *num*, codd. Gel. $\beta\gamma$, quod verum putat Hand. Tursell. 4, 316. — *scientiam*, a (codd. Gel.) *scientia*, V d. — *praevalere*, a d (codd. Gel.) *praevalet*, V. — *repleverunt*, V a d. *replevere*, $\beta\gamma$. — *Colcis*, V. — *Media*, V d. *Medea*, a $\beta\gamma$. At illa forma Plinio fuit unice usitata eaque ubique illi ex optimis codd. restituenda, uti 2, 235. 7, 126. 35, 26. 136. 137. 145., ut vix dubitandum sit, quin eadem forma usus sit 3, 151. — *et in primis*, K. — *Italis*, ita nos scripsimus. *Italacis*, V, sed virgula per secundum *a* traducta. *Italicis*, d. *Itala*, a $\beta\gamma$. — *Circe*, a. *Circa e*, d. *Circa ae*, V.

dis etiam adscripta? unde arbitror natum ut Aeschylus e 11
vetustissimis in poetica refertam Italiam herbarum potentia
proderet multique Circeios, ubi habitavit illa, magno argu-
mento etiamnunc durante in Marsis a filio eius orta gente,
quoniam esse domitores serpentium constat. Homerus quidem
primus doctrinarum et antiquitatis parens, multus alias in
admiratione Circae, gloriam herbarum Aegypto tribuit, cum
etiam tum quae rigatur Aegyptus illa non esset, postea flu-
minis limo invecta. Herbas certe Aegyptias ab regis uxore 12
traditas Helenae suae plurumas narrat ac nobile illud ne-
penthes oblivionem tristitiae veniamque adferens et ab He-
lena utique omnibus mortalibus propinandum. Primus autem
omnium, quos memoria novit, Orpheus de herbis curiosius
aliqua prodidit, post eum Musaeus et Hesiodus polium her-
bam in quantum mirati sint diximus, Orpheus et Hesiodus
suffitiones conmendavere. Homerus et alias nominatim herbas 13
celebrat, quas suis locis dicemus; ab eo Pythagoras clarus
sapientia primus volumen de effectu earum composuit, Apol-
lini, Aesculapio et in totum dis inmortalibus inventione et
origine adsignata, composuit et Democritus, ambo peragratis
Persidis, Arabiae, Aethiopiae, Aegypti magis, adeoque ad
haec attonita antiquitas fuit ut adfirmaverit etiam incredibilia
dictu. Xanthus historiarum auctor in prima earum tradidit 14
occisum draconis catulum revocatum ad vitam a parente herba
quam ballim nominat eademque Tylonem quem draco occi-
derat restitutum saluti; et Iuba in Arabia herba revocatum

dis, ad. *des*, V.

§ 11. *Aeschylus*, *καὶ γὰρ Αἰσχύλος ἐν τοῖς ἐλεγείοις ὡς πολυφάρμακον λέγει τὴν Τυρρηνίαν· Τυρρηνὸν γενεὰν φαρμακοποιὸν ἔθνος*, Theophr. hist. plant. IX. 15, 1. — *etiamnunc*, Vad. *etiamnum*, *βγ*. — *filio*, ad. *folia*, V. — *orta*, Vd. *illorum*, K. Om. a. — *quoniam*, Vd. *quō*, a. *quos*, *βγ*. — *Homerus* Odyss. *δ*, 228. — *multis*, Vd. — *Circae*, *θ*Vad. *Circes*, *βγ*. — *gloria*, V. — *etiam tum*, *θ*VTd. *etiam*, a (codd. Gel.) *βγ*. — *limo invecta*, ad (codd. Gel.) *lino invectat*, V.

§ 12. *Herbas* et *Aegyptias*, a. *Herbis* et *Aegyptiis*, d. *Herbis* et *Aegypti*, V (duabus litteris erasis). — *ab*, Vad. *a*, *βγ*. — *Helenae suae*, Vad. *suae Helenae*, *βγ*. — *rhephentes*, a. *denephentes*, Vd. — *polium*, Vad. *polion*, *βγ*. — *sint*, ita nos scripsimus. *sunt*, Vad*βγ*. — *diximus* 21, 44. 145. — *suffustines*, Vd.

§ 13. *quas*, d. *qua*, Va. — *sapientiae*, a. — *effectu earum*, Vad. *earum effectu*, *βγ*. — *Aesculapio*, VTd (Sessor.) *Aesculapioque*, a*βγ*. — *Aethiopiaeque*, Sessor. — *Aegypti*, ad. *Aegyptii*, V. *Aegyptique*, *βγ*. — *plagis*, Perizon. ad Aelian. var. hist. 2, 17. — *adeoque*, ad. *aeque*, V (duabus litteris ab initio

ad vitam hominem tradit. Dixit Democritus, credidit Theophrastus esse herbam cuius contactu inlatae ab alite quam retulimus exsiliret cuneus a pastoribus arbori adactus, quae etiamsi fide carent, admirationem tamen inplent coguntque confiteri multum esse quod vero supersit. Inde et plerosque 15
ita video existumare nihil non herbarum vi effici posse sed plurumarum viris esse incognitas, quorum in numero fuit Herophilus clarus medicina, a quo ferunt dictum quasdam fortassis etiam calcatas prodesse; observatum certe est inflammari volnera ac morbos superventu eorum qui pedibus iter confecerunt.

6. Haec erat antiqua medicina quae tota migrabat in Grae- 16
ciae linguas; sed quare non plures noscantur, causa est, quod eas agrestes litterarumque ignari experiuntur, ut qui soli inter illas vivant, praeterea securitas quaerendi, obvia medicorum turba. Multis etiam inventis desunt nomina, sicut illi quam retulimus in frugum cura scimusque defossam in angulis segetis praestare ne qua ales intret. Turpissima causa raritatis, quod etiam qui sciunt demonstrare nolunt, tamquam ipsis periturum sit quod tradiderint aliis. Accedit ratio inventionis anceps; quippe etiam in repertis alias invenit casus, alias, ut vere dixerim, deus. Insanabile ad hosce annos 17
fuit rabidi canis morsus pavorem aquae potusque omnis adferens odium. Nuper cuiusdam militantis in praetorio mater vidit in quiete ut radicem silvestris rosae quam cynorrodon

erasis). — *ad*, om. a. — *attont*, Sessor. — *adfirmaverit*, θVTd. *adfirmavit*, a. *affirmaret*, β.

§ 14. *tradidit*, θVad. *tradit*, βγ. — *herbarum*, Vd. — *ballim*, ita nos scripsimus ex Etymol. M. p. 186, 34. et Arcadio p. 30, 14. *balim*, a (Sessor.) *bali*, V. *balum*, d. *balin*, βγ. — *Tylonem*, Vd. *Thylonem*, aβγ. Per *T* neque per θ hoc nomen a Graecis scriptum fuisse ostendunt ea, quae attulit O. Müller. in annal. instit. archaeol. II. p. 157. coll. O. Iahn. *Berichte der Königl. Sächs. Gesellsch. d. Wissensch.* 1851. p. 133. — *quem*, Vd. *quam*, a. — *quam*, V. *qua*, d. *qui*, a. — *retulimus* 10, 40. — *exiliret*, V. — *aductus*, Vd. — *etiam infidei*, V. — *esse. Quod vero supersit, inde*, K.

§ 15. *Inde et*, θVTad. *Inde*, β. — *vim*, a. — *Erophilus*, V. — *a quo*, Vd. *in quo*, a. — *calcatis*, V¹. — *earum*, a. — *confecerunt*, V. *confecerint*, adβγ. V. ad 32, 26.

§ 16. *nunc non*, r. — *causa est*, codd. Gel. *causae si*, Vad. — *quod*, Va. *quidem*, d. — *obviam*, V. — *desunt nomina*, Vad. *nomina desunt*, βγ. — *retulimus* 18, 160. — *ne qua ales*, a. *nequales*, V. *ne qualis*, d. — *intrent*, a. — *raritas*, Vd. — *tradiderunt*, a. — *Accedat*, a. — *casus*, ad. *causas*, V. — *ut vere*, a. *vivere*, Vd.

§ 17. *Insanabile*, θVTad. *Insanabilis*, β. — *anos*, V.

vocant blanditam sibi adspectu pridie in frutecto mitteret
filio bibendam; in Lacetania res gerebatur Hispaniae pro-
xuma parte, casuque accidit ut milite a morsu canis inci-
piente expavescere aquas superveniret epistula orantis ut pa-
reret religioni, servatusque est ex insperato et postea quisquis
auxilium simile temptavit. Alias apud auctores cynorrodi una 18
medicina erat spongeolae quae in mediis spinis eius nasci-
tur cinere cum melle alopecias capitis expleri. In eadem pro-
vincia cognovi in agro hospitis nuper ibi repertum dracun-
culum appellatum caulem pollicari crassitudine, versicoloribus
viperarum maculis, quem ferebant contra omnium morsus
esse remedio, alium quam quos in priore volumine eiusdem
nominis diximus; sed huic alia figura, aliud miraculum ex- 19
serenti se terra ad primas serpentium vernationes bipedali
fere altitudine rursusque cum iisdem in terram condenti;
nec omnino occultato eo adparet serpens, vel hoc per se
satis officioso naturae munere, si tantum praemoneret tem-
pusque formidinis demonstraret.

III. Nec bestiarum solum ad nocendum scelera sunt sed 20
interim aquarum quoque ac locorum. In Germania trans Rhe-

blanditam, V a d (codd. Gel.) *eblanditam*, codd. Barbari. *blanditae*, K. — *frutecto*, a d (codd. Gel.) *frutectu*, V. *fruteto*, codd. Barbari. — *mitteret filio bibendam*, V a d (codd. Gel.) *mitteret ut filio bibenda*, r. — *in Lacetania res gerebatur*, a (codd. Gel.) *in Lacetania gerebatur*, d. *in Latecania gerebatur*, V. *in lacte daretur. Talia gerebantur in Hispaniae*, r. *Lusitania*, K. — *Hispanae*, V. — *accedit*, V. — *expavescere aquas*, V a d. *aquas expavescere*, βγ. — *et epistola*, a. — *relegioni*, V. — *inspirato*, V.

§ 18. *quinorodi*, V[1]. — *spinis*, V a d. *ramis*, K. — *quam ferebant*, V a d. — *contra serpentium omnium*, K. — *remedio*, Gronov. *remedia*, V a d. *remedium*, β. — *alium quam quos*, V a d. *alium quam quod*, T. *alius est quam quos*, codd. Gel. β. — *priore*, V. *priori*, a d βγ. — *diximus* 24, 143 seqq.

§ 19. *huic*, a. *hoc*, V d. — *aliud*, V a d. *aliudque*, βγ. — *exerentis e*, a. *exercentis e*, V d. *exserentis se*, codd. Gel. βγ. *exeuntis e*, r. — *venationes*, V d. — *isdem*, V. — *condenti*, V a d. *condentis*, codd. Gel. βγ. — *eo*, a d. *quo*, V ex mutatione. — *appareret*, V a d. — *satis*, V a d. *s*, Sessor. — *funere*, a.

§ 20. *interim*, V a (Sessor.) Omitt. T d. — *Renum*, V. — *castra*, Sessor. — *qua pota*, a (Sessor.) *quo pota*, V. *quo poto*, d. — *genu*, Sessor. — *stomagacen*, V. — *sceloturben*, V. *sceloturbin*, d. *sceleturben*, Sessor. (*scelotyrben* secundum Keilium). *sceletorben*, a. *sceletyrben*, codd. Gel. β. — *Reperto*, Sessor. — *appellatur*, θ V a d (Sessor.) *vocatur*, βγ. — *Brittann*, Sessor. — *maris*, V. — *et contra serpentes*, θ V T a d. *et serpentes*, β.

§ 21. *et e*, θ V d. *et ex*, a βγ. — *securos in totum*, V d. *in securus totum*, a. — *reddit*, omitt. V a d. — *Frisii gens tum fida in qua*, Hermann. in vindiciis Iuvenalianis Gottingae a. 1854. editis p. 5. *DISCIENSTVMIIDAINQVA*, Sessor. *Fida in*

num castris a Germanico Caesare promotis maritimo tractu fons erat aquae dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent compagesque in genibus solverentur; stomacacen medici vocabant et sceloturben ea mala. Reperta auxilio est herba quae appellatur Britannica, non nervis modo et oris malis salutaris sed contra anginas quoque et contra serpentis. Folia habet oblonga nigra, radicem nigram; sucus eius ex- 21
primitur et e radice. Florem vibones vocant, qui collectus prius quam tonitrua audiantur et devoratus securos in totum reddit. Frisii, gens tum fida in qua castra erant, monstravere illam mirorque nominis causam, nisi forte confines oceano Britanniae velut propinquae dicavere; non enim inde appellatam, quoniam ibi pluruma nasceretur, certum est, etiamtum Britannia libera.

7. Fuit quidem et hic quondam ambitus nominibus suis 22
eas adoptandi, ut docebimus fecisse reges; tanta res videbatur herbam invenire, vitam iuvare, nunc fortassis aliquis curam hanc nostram frivolam quoque existumaturis; adeo deliciis sordent etiam quae ad salutem pertinent. Auctores tamen quarum inveniuntur in primis celebrari par est, effectu

qua, θVad. *Fida qua*, Mediol. *Frisii qua*, Barbar. βγ. „Verba mature corrupta quum librarii non intelligerent, omittere quam emendare maluerunt eoque facto argutum illud discrimen deleverunt, quo Plinius pristinam Frisiorum fidem, qua et Drusi et Germanici expeditiones insigniter adiuverant (Tac. Ann. 2, 24. Dio Cass. 54, 32.), infestis eorundem animis opponit, quos Romani sequenti tempore identidem experti erant; v. Tac. Ann. 4, 72. 11, 18. 13, 54. Histor. 4, 15." HERMANN. — *monstravere*, θVd (Sessor.) *n̄r̄a vere*, a. *nostris demonstravere*, βγ. Mihi ex codicum vestigiis Plin. *castra erant nostra, monstravere* videtur scripsisse. — *mirorquo* vel *que*, Sessor. — *illam*, Vad. *illum*, θ. — *causam nominis*, d. — *nisi*, ad (codd. Gel.) *ni*, V. — *foret*, a. — *Brittanniae*, Sessor. — *velut*, V. *veluti*, ad (Sessor.) — *propinquo* vel *propinque*, Sessor. — *appellatam*, Vad (Sessor.) *appellatam eam*, βγ. — *etiamtum*, VTad (codd. Gel., Sessor.) *etiamnum*, βγ. Verum quidem est Britanniam tempore Plinii nondum totam in deditionem receptam fuisse, quod demum aliquot annis post per Agricolam factum esse constat; sed item verum est inde a Claudii tempore, qui ridiculum suum de Britannia devicta triumphum egerat, eam tamquam provinciam habitam fuisse (Marquardt. *Handb. der römisch. Alterth.* III. 1. p. 97.), unde codicum scriptura recipienda fuit. *Etiamtum* i. e. Germanici tempore. Unde autem herba Britannica sit dicta, docet Lips. ad Tac. annal. 1, 63. — *Brittannia*, Sessor.

§ 22. *ut*, Vad. *quod*, K[1]. *sicut*, K[2]. — *docebimus* § 70 seqq. — *tanta res videbatur*, T. *tanta res ut debeatur*, Vd. *tanta res*, Sessor. (ceteris deletis). *res tanta debeatur*, a. *ut res tanta debeatur*, β. *ut res tanta iis debeatur*, K. *tanti eis videbatur*, Pint. — *aliquis*, Vad. *aliquibus*, codd. Gel. βγ. — *curam*, codd. Gel. *cum*, Vad. — *hanc*, Vad. Omitt. codd. Gel. βγ. — *celebrari*, θVd. *celebrare*, aβγ. — *pars*, V.

earum digesto in genera morborum. Qua quidem in repu- 23
tatione misereri sortis humanae subit praeter fortuita casus-
que et quae ei nova omnis hora excogitat milia morborum
singulis mortalium timenda. Qui gravissimi ex his sint dis-
cernere stultitiae prope videri potest, cum suus cuique ad
praesens quisque atrocissimus videatur; et hoc tamen iudi-
cavere aevi experimenta, asperrimi cruciatus esse calculorum
a stilicidio vesicae, proxumum stomachi, tertium eorum quae
in capite doleant, non ob alios fere morte conscita. A Grae- 24
cis et noxias herbas demonstratas miror equidem, nec vene-
norum tantum, quoniam ea vitae conditio est ut mori ple-
rumque etiam optumis portus sit, — traditque M. Varro
Servium Clodium equitem Romanum magnitudine doloris in
podagra coactum veneno crura perunxisse et postea caruisse
sensu omni aeque quam dolore in ea parte corpóris; — sed 25
quae fuit venia monstrandi, qua mentes solverentur, partus
eliderentur, multaque similia? Ego nec abortiva dico ac ne
amatoria quidem, memor Lucullum inperatorem clarissimum
amatorio perisse, nec alia magica portenta, nisi ubi cavenda
sunt aut coarguenda, in primis fide eorum damnata. Satis
operae fuerit abundeque praestatum vitae salutaris dixisse
ac postea inventas.

IV. 8. Clarissima herbarum est Homero teste quam vo- 26

§ 23. *reputationem*, V. — *misereri sortis*, a. *miseris ortis*, d. *hisereris hostis*, V. — *casusque*, Vad. *casus*, T. — *et quae ei nova*, ita nos scripsimus. *et quae et nova*, V. *et quae nova*, Td. *et quae nomina*, aγ. *et nomina quae*, β. *Ei* i. e. sorti humanae, in sortis humanae perniciem. — *milia*, VTd. *ad millia*, aβγ. — *stultitiae*, θVTad. *stultitia*, Sessor. β. — *potest*, V. *possit*, Tad. *posset*, Sessor. — *suus*, a. *suis*, Vd. — *ad*, a. *ac*, Vd. — *et hoc*, θVTd. *et de hoc*, aβγ. — *aevi*, a. *aut*, θVTd. *avi*, β. *usi*, r. *vitae*, Hard. — *experimenta*, θTad. *exprimenta*, V. *experimento*, β. — *asperrimi*, Vad. *asperrimos*, βγ. — *a stillicidio*, a. *a stillici*, Vd. *stilici o*, Sessor. *ac stillicidium*, r. *calculorum vesicae cum stillicidio*, K. — *qui capite dolent*, r. — *ob alios*, ad. *ab alio*, V. — *conscita*, θVd. *concita*, aβγ.

§ 24. *A*, om. a. — *demostratas*, V. — *equidem*, a. *et quidem*, Vd. — *vitae conditio*, V. *conditio vitae*, ad. — *optimis*, θVTd. *optimi*, aβγ. *optimus*, K. — *potus*, Td. — *traditque*, θV. *tradatque*, adβγ. — *M.*, om. V. — *venenum*, V.

§ 25. *memoro*, Vad. — *Lucillum*, Vd. — *perisse*, V. *periisse*, adβγ. — *magica — ubi*, Vd. *magis*, a. — *fuerit*, V. *fuit*, adβγ. — *praestatum*, θVad. *praestitum*, βγ. — *posteris*, K. *pro ea*, Pint. Vulgata scriptura cum aperte sit corrupta, neutra tamen illarum lectionum difficultatem eius tollit; quid sit restituendum, non liquet. — *inventas*, a. *inventa*, V. *inventae*, d.

§ 26. *Clarissima*, VTd. *Latissima*, a. *Laudatissima*, codd. Gel. βγ. — *Homero* Odyss. x, 302. Ceterum add. Dioscor. 3, 47. — *teste*, VTd. Omitt. a (codd. Gel.) β. — *a diisputat*, Va. *disputat*, d. — *contraque*, a. *contraquem*,

cari a dis putat moly et inventionem eius Mercurio adsignat contraque summa veneficia demonstrationem. Nasci eam hodie circa Pheneum et in Cyllene Arcadiae tradunt specie illa Homerica, radice rotunda nigraque, magnitudine cepae, folio scillae, effodi haud difficulter. Graeci auctores florem eius 27
luteum pinxere, cum Homerus candidum scripserit. Inveni e peritis herbarum medicis qui et in Italia nasci eam diceret adferrique Campania mihi aliquot diebus effossam inter difficultates saxeas radicis xxx pedes longae ac ne sic quidem solidae sed abruptae.

9. Ab ea maxuma auctoritas herbae est quam dodecatheon 28
vocant, omnium deorum maiestatem conmendantes; in aqua potam omnibus morbis mederi tradunt. Folia eius septem lactucis simillima exeunt a lutea radice.

10. Vetustissima inventu Paeonia est nomenque auctoris 29
retinet, quam quidam pentorobon appellant, alii glycysiden; nam haec quoque difficultas est, quod eadem aliter alibi nuncupatur. Nascitur opacis montibus caule inter folia digitorum quattuor ferente in cacumine veluti Graecas nuces quattuor aut quinque; inest his semen copiosum rubrum nigrumque. Haec medetur et Faunorum in quiete ludibriis; praecipiunt eruere noctu, quoniam, si picus Martius videat, tuendo in oculos inpetum faciat.

V d. — *demonstrationem*, V a d. *demonstrat*, βγ. — *Phaeneum*, V. — *nigroque*, d. — *effodi*, V K a. *fodi*, T d. — *haud*, ita nos scripsimus. *autem*, V a d βγ. *autem non*, K, quod probant Bodae. et Schneider. ad Theophr. hist. plant. IX. 15, 7: *οὐ μὴν ὀρύττειν γε εἶναι χαλεπόν*.

§ 27. *lutem*, V. — *pinxere*, a. *pingere*, V. *pinxerunt*, d. — *afferrique*, V a. *affirmaretque*, T d. *afferretque*, K. Difficultatem, quae in vulgata inest, librarii codicum T d K per interpolationes suas removere studuerunt; at neutra ratio placet potiusque scribendum videtur *afferreque* i. e. qui ad confirmandam Italicam illius herbae originem diceret se vere talem ex Campania mihi afferre. — *aliquod*, V. — *inter*, a, *in*, V d. — *difficultatis*, V. — *radices*, V. — *solutae*, T. — *obrutae*, d.

§ 28. *duodecatheon*, V d. — *omnium*, V a d. *numinum*, K. — *commendantis*, r. — *aqua potam*, V d. *qua pota*, a. — *exeunt*, om. Pint. — *a lutea*, a. *a lutae*, V d. *alutae*, T.

§ 29. *pentorobon*, a. *pentoron*, d. *penteron*, θ V. Ceterum v. Dioscor. 3, 147. — *ali*, V. — *glycysiden*, ita nos scripsimus. *glycysidem*, a γ. *cyclioden*, θ. *cycliodem*, V T d. — *nam*, θ V T. Omitt. a d βγ. — *nuncupatur*, V T d. *nuncupantur*, a βγ. — *inter*, V a. *uno*, T. *imo*, d ex corr., quamquam *inter* fuisse videtur. — *in cacumine*, V a. *ex cacumine*, d (ex corr.) *ex acumine*, T. — *his*, V d. *iis*, a βγ. — *rubrum nigrumque*, a. *rubrumque nigrum*, V. — *praecipiunt* rell.; haec petita sunt ex Theophr. hist. plant. IX. 8, 6. — *tuendo*, aperte corruptum; fortasse Plin. scripsit *volando*. Littera *t* ex proxima voce male est repetita.

11. Panaces ipso nomine omnium morborum remedia pro- 30
mittit, numerosum et dis inventoribus adscriptum; unum quippe Asclepion cognominatur, quoniam is filiam Panaciam appellavit; sucus est coactus ferulae qualem diximus radice multi corticis et salsi. Hac evolsa scrobem repleri vario genere frugum religio est ac terrae piamentum. Ubi et quo- 31
nam fieret modo aut quale maxume probaretur, inter peregrina docuimus. Id quod e Macedonia adfertur bucolicon vocant, armentariis sponte erumpentem sucum excipientibus; hoc celerrime vanescit; et in aliis autem generibus inprobatur maxume nigrum ac molle; id enim argumento est cera adulterati.

12. Alterum genus heracleon vocant et ab Hercule inven- 32
tum tradunt, alii origanum heracleoticum aut silvestre, quoniam est origano simile, radice inutili, de quo origano diximus.

13. Tertium panaces Chironium cognominatur ab inventore. Folium eius simile lapatho, maius tamen et hirsutius, flos aureus, radix parva. Nascitur pinguibus locis. Huius flos efficacissimus eoque amplius quam supra dicta prodest.

14. Quartum genus panaces ab eodem Chirone repertum 33
centaurion cognominatur, sed et Pharnacion in controversia inventionis a Pharnace rege deductum. Seritur hoc longio-

§ 30. *adscripsit*, a. Ceterum v. Dioscor. 3, 48. 49. 50. — *quoniam is*, a. *quos*, V. *qui*, Td. *aquois*, Sessor. *quoniam Asclepius*, K. — *Panaciam*, T. *Panociam*, Vd. *Panaceam*, aβγ. *Firnaciam*, Sessor. — *est coactus ferulae*, ad. *est coctus ferulae*, V. *coactus ferulae*, βγ. *ex eo cogitur ut et ferula*, K. — *diximus* 12, 127. — *scrobem repleri*; ab his vv. denuo incipit R. — *ac*, a. *hac*, Vd. *ad*, K. — *piametum*, V.

§ 31. *quonam*, Tad. *quoniam*, VR. *quo*, β. — *feret*, Sessor. — *aut*, θVRad. *et*, βγ. — *docuimus* 12, 127. — *quod e Macedonia*; pro his vv. habet *quod Macedonia* a, *quod ęmoniaco* R, *quod demoniaco* d, *circodemoniaco* V prima syllaba in margine addita. — *armentari*, a. — *erumpente*, Sessor. — *celeberrime*, Vd. — *vanescit*, VR. *evanescit*, adβγ. — *improbatur*, a. *probatur*, θVRd. — *ac*, a. *aut*, VRd. — *argumento*, θVRad. *argumentum*, β. — *adulterati*, Ra. *adulteratum*, Td. *adulteratim*, V.

§ 32. *heracleon*, V[2]Rad (Sessor.) *heraclem*, V[1]. *heraclion*, βγ. — *et ab*, Ra. *ab*, V. Om. d. — *heracleoticum aut*, Td. *heraclem cū aut*, V. *heraclē tū ide*, R. *heracleoticum*, aβγ. *heracleoticum . . . estlvestre*, Sessor. De his nominibus haec tradit Dioscor. 3, 49: *χαλοῦσι δέ τινες πάναχες ἀγρίαν ὀρίγανον*, unde Plin. parvi erroris quidem convincitur, sed scriptura e codd. recepta aliquatenus tamen confirmatur; vulgata certe non est ferenda. — *diximus* 20, 170. — *Tertium*, VRa. *Tertium genus*, Td. Ceterum v. Theophr. hist. plant. IX. 11, 1. — *panaces Chironium*, ad. *pinaest Chirontum*, V. *pina ē hirontum*, R. *panaces Chironion*, βγ. *linaces*, Sessor. — *simile lapatho*, VRad. *lapatho simile*, βγ.

ribus quam cetera foliis et serratis; radix odorata in umbra siccatur vinoque gratiam adicit. Huius genera duo fecere aliqui, levis foli, alterum tenuius.

15. Heracleon siderion et ipsum ab Hercule inventum est, 34
caule tenui digitorum quattuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri; iuxta lacus et amnis invenitur omniaque volnera ferro inlata efficacissime sanat.

16. Est Chironis inventum ampelos quae vocatur Chironia, de qua diximus inter vitis sicuti de herba cuius inventio adsignatur Minervae.

17. Herculi eam quoque adscribunt, quae Apollinaris, apud 35
Arabas altercum sive altercangenum, apud Graecos vero hyoscyamos appellatur. Plura eius genera: unum nigro semine, floribus paene purpureis spinosum; — talis nascitur in Galatia; — volgare autem candidius est et fruticosius, altius papavere; tertii semen irionis semini simile, sed omnia insaniam gignentia capitisque vertigines. Quartum genus molle, lanugi- 36
nosum, pinguius ceteris, candidi seminis, in maritimis nascens; hoc recepere medici, item rufi seminis; nonnumquam autem candidum rufescit, si non ematuruit, inprobaturque, et alioqui nulla nisi cum inaruit legitur. Natura vini ideoque mentem caputque infestans. Usus seminis et per se et suco expresso; exprimitur separatim et caulibus foliisque; utuntur

§ 33. *panaces*, VRd. *panacis*, aβγ. — *Pharnacion*, Va. *farnacion*, R. *pharnation*, d. *Pharnaceon*, βγ. — *controversia*, VRad. *controversiam*, β. — *Phanaci*, Ra. — *regi*, a. — *Seritur hoc longioribus quam*, a. *Serior hoc flos*, VR. *Serior huic flos*, Td. *Scribitur*, K. — *follis*, V. — *aliqui*, VRd. *alterum*, aβγ. — *levis*, VRTad. *levioris*, β. — *folii*, Tad. *folio*, VR. — *tenuius*, Rd. *tenuis*, VT. *tunius*, a. *tenuioris*, β.

§ 34. *follis*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 35. — *ampelos*, a. *ampelo*, VRd. — *diximus* 23, 27. — *herba* 22, 43. 44.

§ 35. *Hercule*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 69. — *quae Apollinaris apud nos, apud Arabas*, Pint. — *Arabas*, d. *Arabilis*, VR. *Arbilis*, a. *alios*, r. — *altercum*, d (plerique et optimi codd. indicis libri 1.) *alterum*, RVaβ. — *sive altercangenum*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 59. *sive altercangenon*, β. Omitt. RVTad (omnes codd. indicis libri 1.) γ. Tuetur haec verba etiam Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836. no. 166. p. 282. — *hyosciamos*, V. *hyoscyamus*, Radβ. — *floribus*, R. *foliis*, Vd. *folii*, a. — *tale*, Td. — *altius*, a. *alterius*, RVTd. — *irionis*, Barbar. *trionis*, a. *triones*, VRd. — *semine*, a. *seni*, VRd. — *simile sed*, RVd. *similes et*, a. *simile et*, βγ.

§ 36. *pinguium*, V. — *candidis*, V. — *recipere*, V. — *autem*, VRTad. *ante*, Murbac. β. — *ematuruit*, V[1]Ra. *ematurid*, V[2]. *ematuruerit*, Td. — *alioqui*, Va. *alioquin*, Rd. — *nulla*, Vd. *ulla*, R. *nullum*, aβγ. — *inaruerit*, Murbac. — *veni*, Murbac. *veneni*, Cornar. — *ideoque*, Vad. *ideo*, R. — *et per*, VRd. *inter*, a. — *catilibus*, VR.

*

et radice, temeraria in totum, ut arbitror, medicina. Quippe 37
etiam foliis constat mentem conrumpi, si plura quam quat-
tuor bibant; etiam antiqui in vino febrim depelli arbitrantur.
Oleum fit ex semine, ut diximus, quod ipsum auribus in-
fusum temptat mentem; mireque ut contra venenum remedia
prodidere iis qui id bibissent et ipsum pro remediis, adeo
nullo omnia experiendi fine, ut cogeret etiam venena prodesse.

V. 18. Linozostis sive parthenion Mercuri inventum est; 38
ideo apud Graecos hermupoan multi vocant eam, apud nos
omnes Mercurialem. Duo eius genera: masculus et femina
quae efficacior, caule cubitali, interdum ramoso in cacumine,
ocimo angustioribus foliis, geniculis densis, alarum cavis mul-
tis, semine in geniculis dependente, feminae copioso, mari
iuxta genicula stante, rariori ac brevi contortoque, feminae
soluto et candido. Folia maribus nigriora, feminis candidiora, 39
radix supervacua, praetenuis. Nascuntur in campestribus
cultis. Mirum est quod de utroque eorum genere proditur:
ut mares gignantur, hunc facere, ut feminae, illam; hoc con-
tingere, si a conceptu protinus bibatur sucus in passo edan-
turve folia decocta ex oleo et sale vel cruda ex aceto; qui-
dam decocunt eam in novo fictili cum heliotropio et duabus
aut tribus spicis, donec percoquatur. Decoctum dari iubent 40
et herbam ipsam in cibo altero die purgationis mulieribus
per triduum, quarto die a balineo coire eas. Hippocrates mi-
ris laudibus in mulierum usu praedicavit has; ad hunc mo-

§ 37. *bibant*, θVRa. *bibantur*, Kdβγ. — *etiam*, θRVad. *tametsi*, K. Mihi scriptura vulgata per K interpolata mero librariorum errori deberi videtur, qui particulam ex superioribus male repetebant; certe nullo modo ea explicari potest. — *febrim*, θVRd. *febri*, a. *febrem*, βγ. — *arbitrantur*, ita nos scripsimus. *arbitrant*, a. *arbitrantes*, VRd (Murbac.) *arbitrabantur*, βγ. — *Oleum*, VRd. *Et oleum*, aβγ. — *diximus* 15, 30. 23, 94. — *mentem temptat*, d. — *mirumque*, K. — *iis*, R. *his*, adβγ. In V exstat *i*, ante et post hanc litteram littera erasa, postea ei littera *h* praefixa. — *finem*, V. — *cogeret*, VRad. *cogerentur*, βγ. Supplendum est *experiri* substantivi loco cogitatum.

§ 38. In codd. VRTd exciderunt §§ 38—41., ad marginem tamen cod. V adscripta sunt verba *De linozonis sive mercastali med.* Ceterum v. Dioscor. 4, 188. — *parthenius*, a. — *hermupoa*, codd. Barbari. — *semine ex geniculis*, K. — *stantia*, a.

§ 39. *conceptua*, a. — *protinus bibatur sucus*, a. *succus protinus bibatur*, βγ. — *folia*, *φύλλα λεῖα πινόμενα*, Dioscor. *eo in lia*, a. — *aut*, om. a. — *tribus aliis spicis*, K. — *percoquatur*, K. *coquatur*, a. *decoquatur*, βγ.

§ 40. *muliebris*, K. — *quarto vero die*, Dalec. — *usum*, a. — *at hunc*, K. — *hoc*, om. a. — *dicit*, K.

§ 41. *olidis*, codd. Gel. *solidis*, a. — *suco*, a. — *inunxit cum*, a. — *vesicis*, a r.

dum medicorum nemo novit. Ille eas volvae cum melle vel
rosaceo vel irino vel lirino admovit, item ad ciendos menses
secundasque; hoc idem praestare potu fotuque dixit; instil- 41
lavit auribus olidis sucum inunxitque cum vino vetere; alvo
folia inposuit, epiphoris, stranguriae et vesicis; decoctum
eius dedit cum murra et ture. Alvo quidem solvendae vel
in febri decoquitur quantum manus capiat in duobus sex-
tariis aquae ad dimidias; bibitur sale et melle admixto nec
non cum ungula suis aut gallinaceo decocta salubrius. Pur-
gationis causa putavere aliqui utramque dandam sive cum
malva decoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt, sed
stomachum laedunt; reliquos usus dicemus suis locis.

19. Invenit et Achilles discipulus Chironis qua volneribus 42
mederetur, quae ob id Achilleos vocatur; hac sanasse Tele-
phum dicitur; alii primum aeruginem invenisse utilissimam
emplastris, ideoque pingitur et a cuspide decutiens gladio in
volnus Telephi; alii utroque usum medicamento volunt. Ali-
qui et hanc panacem heracleon, alii sideritim et apud nos
millefolium vocant, cubitali scapo, ramosam, minutioribus
quam feniculi foliis vestitam ab imo. Alii fatentur quidem 43
illam volneribus utilem, sed veram Achilleon esse scapo cae-
ruleo pedali, sine ramis, ex omni parte singulis foliis rotun-
dis eleganter vestitam; alii quadrato caule, capitulis marrubi,
foliis quercus, — hanc etiam praecisos nervos glutinare fa-
ciunt; — alii sideritim in maceriis nascentem, cum teratur

vesicae, βγ. — *decoquatur*, a. — *decocta*, K. *decoctae*, a. *decoctum*, βγ. *decocta. Salubrius purgationis*, Dalec. — *dandam per se sive cum malva*, K. — *decoctam*, K.

§ 42. *Invenies*, a. Omitt. VRd. — *qui*, d. — *mederet*, R. — *ob id*, Vad. *co id*, R. — *Achilleos*, τὴν Ἀχίλλειον σιδηρῖτιν, Dioscor. 4, 36. *Achilleus*, Vad. *Achilleū*, R. — *ac*, V. — *sanasse Telephum*, a. *sanasset elerhuma*, R. *sanasset. elernuma*, V. *sanasse telephema*, d. — *eruginem*, V. — *et a*, ita nòs scripsimus. *ei a*, Td. *cia*, VR. *a*, θγ. *ex*, aβ. — *gladio*, VR. *eam gladio*, aβγ. *gladius*, Td. — *ulnus*, V. — *Telepi*, VR. — *voluntatē*, R. — *panacem*, ad. *panace*, RV. Vid. Schneider. grammat. Lat. II. p. 109. — *heracleam*, Vd. *heracliam*, Ra. *herodem*, θ. — *sideritem*, a. *sideriten*, θd. *sideriaten*, VR. *sideritin*, βγ, quod nos correximus. — *millefolium*, θVRTd. *millefoliam*, aβγ. — *ramosa*, V. — *minutioribus*, Vad. *in utilioribus*, R. — *feniculi foliis*, a. *feniculis*, θVR. *feniculi*, d. — *vestitam*, θRa. *vestitum*, Vd.

§ 43. *eliganter*, R. *eligantur*, V. — *aliis*, a. — *capitulis*, Gronov. RTd. *capitolis*, V. *capitibus*, aβ. — *marru uti*, R. *marruuti*, V. — *foliis*, θVR. *folio*, adβγ. — *hac*, VRTd. *hae*, θ. *haec*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 33. — *ferunt*, r. — *alia*, a. *et*, VRd. — *sideritim*, VRd. *sideritin*, aβγ. — *maceritiis*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 35. — *cum teratur*, ad. *conteratur*, VR.

foedi odoris; etiamnum aliam similem huic sed candidioribus 44
foliis et pinguioribus, teneriorem cauliculis, in vineis nascen-
tem; aliam vero binum cubitorum, ramulis exilibus, trian-
gulis, folio felicis, pediculo longo, betae semine, omnis vol-
neribus praecipuas. Nostri eam quae est latissimo folio scopas
regias vocant; medetur anginis suum.

20. Invenit et Teucer eadem aetate Teucrion quam qui- 45
dam hemionion vocant, spargentem iuncos tenuis, folia parva,
asperis locis nascentem, austero sapore, numquam florentem;
neque semen gignit. Medetur lienibus constatque sic inven-
tam: cum exta super eam proiecta essent, adhaesisse lieni
eumque exinanisse; ob id a quibusdam splenion vocatur.
Narrant sues qui radicem eius edint sine splene inveniri. 46
Quidam ramis hysopi surculosam, folio fabae, eodem nomine
appellant et colligi cum floreat iubent; adeo florere non du-
bitant maxumeque ex Ciliciis et Pisidiae montibus laudant.

21. Melampodis fama divinationis artibus nota est; ab hoc 47
appellatur unum hellebori genus Melampodion. Aliqui pasto-
rem eodem nomine invenisse tradunt capras purgari pasto
illo animadvertentem datoque lacte earum sanasse Proetidas
furentis, quamobrem de omnibus eius generibus dici simul

foedioris, R.

§ 44. *etiānum*, V tribus postremis litteris punctis suprapositis. — *teneriorem*, θVRTd. *tenerioribus*, aβ. *tenuioribus*, Hard. γ vitio operarum. *teneris*, Dalec. — *caulicolis*, V. — *alioque*, VRad. — *vinum*, V. — *folio filicis*, Vad. *foliculicis*, R. Nos *felicis* scripsimus; v. ad 17, 29. — *Nostri*, om. r. — *laetissimo*, K. — *scopas regias*, VRad. *scopam regiam*, r. — *anguinis*, VR. — *suum*, VR. *succus*, Td.

§ 45. *Teucere*, V. — *uorion*, R. — *et quam*, K. — *hemionion*, Barbar. *hermioncon*, VR. *hermioneon*, d. *hermineon*, a. *hermionen*, libri meliores Salmas. exerc. p. 914. a. B. — *iugos*, VR. — *curva*, Barbar. K. *ari*, altera Barbari coniectura. — *nascentem*, V. Omitt. Rad. — *austero sapore*, a. *austere*, VRd. — *floret*, K. — *Meditur*, V. — *extat*, d. — *protecta*, VR. — *cumque*, R. — *inanisse*, a. — *plenion*, R.

§ 46. *edint*, θV¹. *edant*, Td. *edunt*, V²a. *ederint*, Rβγ. — *hysopi*, ad (codd. Barbari). *hiesopi*, V. *hieropi*, R. — *collegi*, V. — *cum floreat iubent*, θ. *cum floread iubent* (t supra d), V. *cum floread iubent*, R. *eum flore adiuvent*, a. *cum flore iubent*, Td. *florentem adhuc*, βγ. — *florere*, ad. *flore*, VR. — *Ciliciae*, V². — *Pissidiae*, V. *Pesside*, R.

§ 47. *Melampolis*, VRd. — *divinationis*, a. *de venatione*, VRd. — *nota est*; pro his vv. habent *notas* VRa, *nota* Td. — *Melampodium*, d. — *pasto illo*, VRd. *pastorilli*, a. *pastore illo*, r. — *animadvertentem*, d². *animadvertente*, Vad¹. *animadvertite*, R. — *Proetidas*, Beroald. et Barbar. Vd. *Proecidas*, R. *Parotidas*, a. *Praetidas*, β.

convenit. Prima duo sunt, candidum ac nigrum; hoc radici- 48
bus tantum intellegi tradunt plerique, alii folia nigri platano
similia sed minora nigrioraque et pluribus divisuris scissa,
albi betae incipientis, haec quoque nigriora et canalium dorso
rubescentia. Utraque caule palmi ferulacio, bulborum tunicis
convoluto, radice fimbriata ceparum modo. Nigro equi, bo-
ves, sues necantur; itaque cavent id, cum candido vescantur.
Tempestivom esse tradunt messibus; plurumum autem nasci- 49
tur in Oete monte et optumum uno eius loco circa Pyram.
Nigrum ubique provenit sed melius in Helicone qui mons
et alias laudatur herbis, candidum probatur secundum Oe-
taeum Ponticum, tertio loco Eleaticum quod in vitibus nasci
ferunt, quarto Parnasium quod adulteratur Aetolico ex vicino.
Nigrum ex his Melampodium vocant, quo et domos suffiunt
purgantque, spargentes et pecora cum precatione sollemni;
hoc et religiosius colligitur; primum enim gladio circumscri- 50
bitur; dein qui succisurus est ortum spectat et precatur ut
id liceat sibi concedentibus dis facere observatque aquilae
volatus; fere enim secantibus interest et, si prope advolavit,
moriturum illo anno qui succidat augurium est. Nec album
facile colligitur caput adgravans, maxume nisi praesuma-

§ 48. *ac*, θ V R a d. *et*, β γ. Sumpta haec sunt maximam partem ex Theophr. hist. plant. IX. 10. coll. Dioscor. 4, 148. 149. — *alii*, a. *ali i*, V (una littera inter utrumque *i* erasa). *alia*, R d. — *nigri platano*, d. *nigri platani*, a β. *nigra platano*, V R. *nigro platano*, θ. *nigrae platano*, Gronov. ratione loci non perspecta. — *sed*, V R d. *et*, a. — *plurie*, R. — *albi*, V a. *alibi*, R d. — *incipientis*, V a. *incipientes*, R d. — *convolto*, V R. — *fimbriata*, θ V R T a d r. *vibrata*, β. — *Nigro*, V R d. *Nigro modo*, a. — *equi*, R a. *e quib:*, V. *e quibus*, d.

§ 49. *in Oete monte*, a. *nocte e monte*, V R d. *in Oeta monte*, β γ. — *optimum*, a. *opimum*, θ V R d. — *Pyram*, Beroald. V R d (codd. Barbari). *Pyrum*, a. — *melius in Helicone*, a. *in elicon eicone*, V. *in Helicone*, R d. — *alias*, θ V R T. *aliis*, a d β γ. — *secundum Oetaeum*, ita nos scripsimus. *secundum oetum*, a. *secundum eteu*, V (in fine duabus litteris erasis). *secundum et eu*, d. *secundum et eū*, R. *Oetaeum, secundum*, β γ. *Secundum* ex scriptura a nobis recepta non est adiectivum numerale, sed praepositio, quae quomodo h. l. sit intelligenda, docent multi loci, quales collegit Drakenb. ad Liv. VIII. 10, 9. — *Elaticum*, R. — *Parnasium*, R d. *Parnassium*, V a β γ. — *ex vicino*, Salmas. de hyle p. 56. b. B. *ex vinicio*, V R a d. *ex unicio*, codd. Salmas. Nihil horum habet β. — *Nigrum*, R V a d (codd. Salmas.) Om. β. — *ex his*, R a d. *ex is*, V. *his*, K. — *Melampodium*, V R a d (codd. Salmas.) *Melampodion*, β γ. — *quo et*, V R a d. *quod*, β. — *domos*, V R. *domus*, a d. — *suffiunt*, a d. *sufficiunt*, V R. — *aspergentes se et pecora*, r. — *praecatione sollempni*, V. — *est*, V R a d. — *relegiosius*, V.

§ 50. *spectat*, a. *spectet*, d. *expectate*, V R. Sumpta haec sunt ex Theophr. hist. plant. IX. 8, 8. — *advolaverit*, d r. — *succidit*, r. — *facere*, a. Sumpta haec sunt ex Theophr. l. l. IX. 8, 6.

tur alium et subinde vinum sorbeatur celeriterque fodiatur.
Nigrum alii ectomon vocant, alii polyrrizon; purgat per in- 51
ferna, candidum autem vomitione causasque morborum ex-
trahit, quondam terribile, postea tam promiscum ut plerique
studiorum gratia ad pervidenda acrius quae conmentabantur
saepius sumptitaverint. Carneaden responsurum Zenonis libris, 52
Drusum quoque apud nos, tribunorum popularium clarissi-
mum, cui ante omnis plebs adstans plausit, optimates vero
bellum Marsicum inputavere, constat hoc medicamento libe-
ratum comitiali morbo in Anticyra insula; ibi enim tutissime
sumitur, quoniam, ut diximus, sesamoides admiscent. Italia
veratrum vocat. Farina eorum per se et mixta radiculae qua
lanas diximus lavari sternumentum facit, amboque somnum.
Leguntur autem tenuissimae radices brevesque ac velut de- 53
curtatae et imae; nam summa quae est crassissima, cepis
similis, canibus tantum datur purgationis causa. Antiqui ra-
dicem cortice quam carnosissimo seligebant, quod tenuior
eximeretur medulla; hanc umidis spongeis opertam turge-

sorbeatur, VRa. *bibatur*, Td. — *celebriterque*, a. — *fodiatur*, a. *effodiatur*, K. *fodietur*, VRd.

§ 51. *alii ectomon*, Bodae. ad Theophr. hist. plant. p. 1069. *alii encymon*, Tad. *aliam vocymon*, V. *aliū vocimon*, R. *alii entomon*, β. — *poliriton*, VR. — *interna*, d. — *vomnine*, VR. — *promiscuum*, ad. *praesumiscū*, R (unde *promiscum* scripsi). *praecipuum*, V. — *praevidenda*, VR. — *sumtitaverint*, d. *sumtitaverunt*, a. *sumitaverint*, θ. *summitaverunt*, VR.

§ 52. *Carneaden*, Va. *Carneader*, R. *Carneadem*, dβγ. At quid est illud, quod Plinius narrat Carneaden responsurum Zenonis libris hoc medicamento ellebori liberatum esse comitiali morbo in Anticyra insula? Nulla ratione haec sibi constant et longe alia narrant Gell. 17, 15., qui ea, quae Plinius in hac paragrapho tradit, uberius exponit, et Valer. Maximus VIII. 7. ext. 5. Horum ille haec habet: *Carneades academicus scripturus adversus stoici Zenonis libros superiora corporis elleboro candido purgavit, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus ad domicilia usque animi redundaret et instantiam vigoremque mentis labefaceret*, hic autem: *Carneades cum Chrysippo disputaturus elleboro se ante purgabat ad exprimendum suum ingenium attentius et illius refellendum acrius.* Si non ipsa re, at certe his utriusque scriptoris verbis paene inviti statuere cogimur nonnulla h. l. excidisse, et Plinium fere scripsisse censeo: *Carneaden responsurum Zenonis libris usum ferunt elleboro ad intendendum suum ingenium, Drusum quoque* rell. Librarius archetypi codicum nostrorum Plinianorum oculis suis ab *usum* ad *Drusum* aberravit, unde haec lacuna sicut permultae aliae est orta. — *tribunorum*, ad. *tribu* (littera erasa) *num*, V. *trib; nurum*, R. — *omnes plebs stans plausit, optimates*, aβγ (nisi quod pro ultima voce cod. a habet *oblutes*). *omnis plaet arstanephousit lobtimatem*, V. *omnes pligas stare phousit optimates*, R. *omnes ples astans plausit optimates*, d. Ex T enotatum *plebs adstans*, quod cum ex hoc libro, tum ex vestigiis ceterorum recepi, in ceteris, ut par erat, scriptura vulgata retenta. *Adstans* sc. Druso pro rostris concionem

scentemque acu in longitudinem findebant, dein fila in umbra siccabant, his utentes; nunc ramulos ipsos ab radice quam gravissimi corticis ita dant. Optumum quod acre gustu fervensque in frangendo pulverem emittit. Durare vim xxx annis ferunt.

22. Nigrum medetur paralyticis, insanientibus, hydropicis, 54
dum citra febrim, podagris veteribus, articulariis morbis,
trahit ex alvo bilem, pituitas; ex aqua datur ad leniter mol-
liendam alvom, plurumum drachma una, modice quattuor
obolis; miscuere aliqui et scammonium sed tutius salem. In
dulcibus datum copiosius periculum infert, oculorum caligi-
nem fotu discutit; ob id quidam et inunxere trito. Strumas, 55
suppurata, duritias concoquit et purgat, item fistulas tertio
die exemptum, verrucas tollit cum squama aeris et sanda-
raca, hydropicorum ventri inponitur cum farina hordeacia et
vino. Pecorum et iumentorum pituitas sanat surculo per au-
rem traiecto et postero die eadem hora exempto, scabiem
quadripedum cum ture, cera ac pice vel cum pisselaeo.

habenti. Ceterum Pint. verba *cui ante omnes — imputavere* ut subditicia damnat. — *vero bellum*, Rad. *ver[re]m bello*, V. — *importavere*, Td. — *ibi enim*, VR. *enim ibi*, ad. — *tutissime*, om. d. — *diximus* 22, 133. — *sesamoides*, ad. *sesamoidē*, R. *sesamoidem*, V, sed ultima littera videtur *s* fuisse. Ceterum v. Theophr. hist. plant. IX. 9, 2. — *et mixta*, Va. *ex mixta*, Rd. — *radiculae*, θVRd. *radicula*, aβγ. — *diximus* 19, 48. — *sternumentum*, VRa. *sternutamentum*, dβ. — *somnum discutiunt*, K.

§ 53. *tenuissumma*, R. — *brevesque*, VRd. *febre[vi]sque*, a. — *decorticatae*, V ex emendatione. — *et imae*, θVRd. *etiam hae*, aβγ. Sumpsit haec Plinius ex Theophr. hist. plant. IX. 8, 4. — *tantum*, Vad. *tam̄*, R. — *radice*, R. — *cortice*, a (codd. Gel.) *corticis*, VRd. — *carnosissimo*, Ra (codd. Gel.) *cannosissimo*, V. *carnosissimam*, d. *crassissimam*, r. — *eligebant*, d. — *quod*, VR. *quo*, dβγ. *quae*, a. *qua*, r. — *opergas*, V. — *acu in*, Ra (codd. Gel., Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 130.) *ac vim*, V. *ac vi*, d. *forficula*, Pint. ex § 58. — *findebant*, VRad[2] (Murbac.) *fundebant*, d[1]. *fingebant*, codd. Gel. — *dein*, VRad. *deinde*, βγ. — *his*, Vad. *iis*, Rβγ. — *dant*, codd. Gel. *dantes*, θVRTad. — *agre*, VR. — *gustum*, R. — *pulverem*, Ra. *pulvere*, Vd. — *vim*, VRd. *vim eius*, aβγ.

§ 54. *citra*, ad. *cytra*, V. *cyta*, R. — *febri*, VRd. — *podagri*, VRd. — *ex alvo*, θRTad (Murbac.) *ex albo*, V. *alvum et*, β. — *pituitas*, a. *pituitis*, VRd. *pituitasque*, βγ. — *ex aqua*; pro his vv. habent *aquas* VRad. — *molliendo*, VR. — *drachma*, Rd. *dracma*, V. *drachmama*, a. — *una*, θVT. *upa*, a. Omitt. Rdβγ. — *miscere*, VR. — *alique*, V. — *scammonium*, θar. *scamonium*, VR. *scammoniam*, d. *scammoneam*, βγ. — *tutius*, Vad. *ut ius*, R.

§ 55. *Strumas suppurat*, Dalec. — *tertio*, VRad. *tertia*, βγ. — *exemptum*, ad. *eximium*, θVR. — *squama*, θVRKd. *squamis*, aβγ. — *postero*, VRad. *postera*, θ. — *scabiä*, R. — *cera*, VRd (Murbac.) *aut cera*, aβγ. — *ac pice*, Barbar. *θεραπεύει δὲ καὶ ψώρας μετὰ λιβανώτου ἢ κηροῦ καὶ πίσσης καὶ*

23. Album optumum quod celerrime movet sternumenta, 56
sed multum terribilius nigro, praecipue si quis adparatum poturorum apud antiquos legat contra horrores, strangulatus, intempestivas somni viris, singultus infinitos aut sternumenta, stomachi dissolutiones, tardiores vomitus aut longiores, exiguos aut nimios; quippe alia dare soliti quae concitarent vomitiones ipsumque helleborum extraherent medicamentis aut clysteribus, saepius etiam sanguine venis emisso; iam vero et 57
cum prospere cedat, terribili visu, variis coloribus vomitionum et post vomitiones observatione alvi, balinearum dispensatione, totius corporis cura, antecedente omnia haec magno terrore famae; namque tradunt absumi carnis, si coquantur una. Sed antiquorum vitium erat, quod propter hos metus parcius dabant, cum celerius erumpat quo largius sumitur. Themison binas non amplius drachmas datavit, sequentes et 58
quaternas dedere claro Herophili praeconio, qui helleborum fortissimi ducis similitudini aequabat; concitatis enim intus omnibus ipsum in primis exire. Praeterea mirum inventum est, quod incisum forficulis, ut diximus, cribrant; cortex remanet, hoc inaniunt, medulla cadit, haec in nimia purgatione data vomitiones sistit.

24. Gavendum est felici quoque cura ne nubilo die detur; 59
inpetibiles quippe cruciatus exsistunt. Nam aestate potius

κεδρίνου ἐλαίου καταχριόμενος, Dioscor. *haropice*, V a[2] d (codd. Salmas. de hyle p. 168. a. B.) *haricpice*, R. *haropide*, a[1]. *tario pice*, Murbac. *cedrelaeo*, Pint. *sero picis vel cum pisselaeo*, Salmas. — *vel*, V. *velut*, R a d (codd. Salmas.).

§ 56. *Alvum*, V. — *sternumenta*, V R a. *sternutamenta*, d *β*. — *si*, R a d. *est*, V. — *puturorum*, V. *potuum*, d. — *contrat*, d. — *intempestiur̄*, R. — *vires*, V a d. *aures*, R. — *singultos*, V R. — *et*, K. — *sternumenta*, *θ* V[1] R a d. *sternutamenta*, V[2] *β*. — *stomadis solutiones*, V R. — *tardiores*, a. Omitt. V R d. — *dare soliti*; Plin. scripsisse videtur *dare solitos*; pertinet hoc participium ad *antiquos* sc. medicos. — *eleborum*, V. — *semisso*, V.

§ 57. *terribili visu*, a. *terribilis visu*, *θ* V R T d. *terribilis visus*, Murbac. *terribilibus et*, r. *terribilibus visu*, K. — *observationem alvi*, V. *observatione malvi*, R. — *balnearum*, d. — *dispessatione*, V. — *magno*, R a d. *magna*, *θ* V. — *carnes*, *θ* V R T d. *carnem*, a *β γ*. — *coquantur*, T d. *coquatur*, V R a *β γ*. V. § 67. — *quo*, V R d. *quod*, a.

§ 58. *Themison*, a. *Thebison*, *θ* V R d. — *datavit*, V R a. *dedit*, T d. *donavit*, K r. — *similitudine*, a. *fortissimo duci similitudine*, Pint., qui praeterea *similitudine* deleri vult. — *omnibus*, a. *omnium*, V R d. — *in primis* — *incisum*, a. Omitt. V R d. — *diximus* § 53. — *cribant*, V R. — *hoc*, a. *huc*, V R. *hunc*, T K d. — *inanito*, r.

§ 59. *inpetibiles quippe*, *θ* V R T d. *impetibiles quoque*, a. *quippe impetibiles*, *γ*.

quam hieme dandum non est in dubio; corpus septem diebus ante praeparandum cibis acribus, abstinentia vini, quarto et tertio die vomitionibus, pridie cenae abstinentia. Album et in dulci datur, aptissime vero in lente aut pulte. Nuper invenere dissectis raphanis inserere helleborum rursusque conprimere raphanos ut transeat vis, atque lenimento dare; reddi post quattuor fere horas incipit; totum opus septenis peragitur horis. Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus, ver- 60
tigini, melancholicis, insanientibus, lymphaticis, elephantiasi albae, lepris, tetano, tremulis, podagricis, hydropicis incipientibusque tympanicis, stomachicis, spasticis cynicis, ischiadicis, quartanis quae aliter non desinant, tussi veteri, inflationibus, torminibus redeuntibus.

25. Vetant dari senibus, pueris, item mollis ac feminei 61
corporis animive, exilibus aut teneris, et feminis minus quam viris, item timidis, aut si exulcerata sint praecordia vel tumeant, minume sanguinem exscreantibus causariisve latere, faucibus. Medetur extra corporis, eruptionibus pituitae cum axungia salsa inlinitum, item suppurationi veteri; muris polentae admixtum necat. Galli sagittas in venatu helleboro tingunt circumcisoque volnere teneriorem sentiri carnem adfirmant. Muscae quoque albo necantur trito et cum lacte sparso; eodem et phthiriasis emendatur.

quippe impatibiles, β. *quoniam*, r. — *vini — abstinentia*, om. a. — *lente aut*, θVRTKd. *laene ut*, a. *lacte aut*, β. — *dissectis*, ad. *disse et his*, VR. — *vix*, d. — *atque*, θRVad. *atque eo*, βγ. — *lenimento*, Rad. *linimento*, θV.

§ 60. *diximus* § 52. — *vertigine*, R. — *melangonicis*, VR. — *lymphaticis*, d. *lymphatis*, VRa[2] (Murbac.) *lympharis*, a[1]. — *elephantiasi*, θRVTad. *elephantiae*, β. — *albae*, om. T. — *tympaniticis*, Hard. tacite. — *stomachicis*, Ra (Murbac.) *stomacicis*, V. *stomaticis*, θd. — *cynicis*, ar (Murbac.) *quinicis*, VRTd. *clinicis*, β. V. Mercurial. var. lect. 3, 22., qui vel *spasmis cynicis* vel *spasticis*, *cynicis* vel *spasticis*, *chronicis* legi posse ait. — *sciadicis*, VR. — *desinat*, VR. — *inflationibus*, θVRTadr (Murbac.) *inflammationibus*, β.

§ 61. *pueris*, Vad. *et pueris*, Rβγ. — *mollis*, ad (Murbac.) *mollibus*, VR. — *minime*, RTad (Murbac.) *mine*, V. *minimeve*, β. — *excerantibus*, R. — *causariisve latere*, Vd. *causariis vel latere*, Raβγ. — *faucibus̄*, VRa. ////// *faucibus*, d. *vel faucibus*, βγ. — *Medetur extra corporis*; magna h. l. est corruptela, quod et grammatica verborum conformatio et ipse sensus ostendit. Exciderunt corporis morbi, quibus elleborum extrinsecus admotum medetur, excidit oppositio, quae adverbio *intus* indicanda erat. — *corpus*, K. — *acxungia*, V. — *inlinitum*, VR. *illitum*, adβγ. — *mores*, VR. — *polentae*, θTad. *pulentae*, VR. *polenta*, β. — *negat*, V. — *sentiri carnem*, Va. *carnem sentiri*, Rd. — *albo necantur*, d. *alvo necantur*, VR. *necantur albo*, aβγ. — *trito*, d. *tritum*, VRa.

VI. 26. Ipsi Mithridati Crateuas adscripsit unam; Mithri- 62
datiam vocant; huic folia duo a radice acantho similia, caulis inter utraque sustinens roseum florem; 27. alteram Le- 63
naeus, scordotim sive scordion, ipsius manu adscriptam, magnitudine cubitali, quadrangulo caule, ramosam, querna similitudine, foliis lanuginosis; reperitur in Ponto campis pinguibus umidisque, gustus amari. Est et alterius generis, latioribus foliis, mentastro similis, plurumosque utraque ad usus per se et inter alia in antidotis.

28. Polemoniam alii Philetaeriam a certamine regum in- 64
ventionis appellant, Cappadoces autem chiliodynamum, radice crassa, exilibus ramis quibus in summis corymbi dependent, nigro semine; cetero rutae similis nascitur in montuosis.

29. Eupatoria quoque regiam auctoritatem habet, caulis 65
lignosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis et aliquando amplioris, foliis per intervalla quinquefoli aut cannabis per extremitates incisis quinquepertito, nigris et ipsis plumosisque, radice supervacua. Semen dysintericis in vino potum auxiliatur unice.

30. Centaurio curatus dicitur Chiron, cum Herculis ex- 66

§ 62. *Grateuas*, VR. — *unam*, VRa. *quam*, Td. — *Mithridatiam*, θVRTad. *Mithridation*, β. — *vocant*, θVRTd. *vocatam*, aβγ. *vocat*, Pint. — *huic*, a. *hoc*, VRd. — *folia — acantho*, a. Omitt. VRd. — *rose in*, a.

§ 63. *alteram*, a (codd. Gel.) *altera*, VRd. — *Lenaeus*, codd. Gel. *Lenius*, VRad. — *scordotim*, Vad. *scordotis*, R. *scordotin*, βγ. — *iscordion*, a. — *quadrangulo*, V. *quadriangulo*, θRad. — *querna*, Hard. *quernae*, VRadβγ. *quercus*, K. V. nos ad 36, 159. et inprimis comparari potest *similitudo navigera* 9, 94. — *similitudinem*, V. — *gustus amari*, VRa. *gustu amara*, Td. — *mentrasto*, V (post *n* et *a* litteris erasis). *m̄s transto*, R. — *plurimosque*, d. *plurimoque*, VRa.

§ 64. *Polemonalii fil echeria marcertamine*, R. *Polemonialifile cheria marcestam me*, V. *Polimonia alii file teliam a certamine*, a. *Polemoni ali philec heria a certamine*, d. Ceterum v. Dioscor. 4, 8. — *Capadoces*, V. — *chiliodynamum*, ita codd. VRa in indice huius libri. *chilodynamiam*, VRa. *chiliodynamam*, dβγ. *chiliodynamin*, K. — *similis nascitur*, ita nos interpunximus, cum vulgo βγ scriberetur *similis. Nascitur*; at tum scribendum erat *similem*, quia nominativo adiectivi nullus hic locus. — *montuosis*, Hard. *montosis*, VRaβ. *montibus*, Td.

§ 65. *aliquando*, θVRTadr. *aliquanto*, β. Ceterum v. Dioscor. 4, 41. — *quinquefolii aut*, a. *quinquefolia ut*, VRd. — *canabis*, V (videtur *canevis* fuisse). — *per extremitates*, Gronov. *pertemitalis*, VRad. *pertomitabiles*, ϑρ. *pertenutabilis*, φ. *et pertevitabiles*, δ. *per ambitum*, βγ. *πριονειδῶς ἐξ ἄχρων ἐντετμημένα*, Dioscor. — *quinquepertito*, θVRad. *quinquepartito*, βγ. — *plumosisque*, Ra. *plurimos is quae*, V. *plurimis hisque*, d. — *in*, om. V.

§ 66. *Centaurio*, θVRTad. *Centaurea*, β. — *ei in*, Td. *et in*, V. *& in*, R. *in*, aβγ. — *pedem*, a. *pede*, VRTd. — *Chironion*, Ra. *Choronium*, V[2]d. *Cho-*

cepti hospitio pertractanti arma sagitta excidisset ei in pe-
dem, quare aliqui Chironion vocant. Folia sunt lata et ob-
longa, serrato ambitu, densa ab radice, caules ternum cubi-
torum, geniculati; in his capita ceu papaverum; radix vasta,
rubescens, tenera fragilisque, ad bina cubita, madida suco,
amara cum quadam dulcedine. Nascitur in collibus pingui 67
solo, laudatissima in Arcadia, Elide, Messenia, Pholoe et
Lycaeo et in Alpibus vero plurumisque aliis locis; in Lycia
quidem ex ea Lycium faciunt. Vis in volneribus tanta ut
cohaerescere etiam carnis tradatur, si coquantur simul. In
usu radix tantum duabus drachmis bibenda quibus dicetur;
si febris sit, in aqua trita medetur, ceteris in vino, et iisdem
omnibus decoctae sucus.

31. Est alterum centaurion cognomine lepton, minutis fo- 68
liis, quod aliqui libadion vocant, quoniam secundum fontis
nascitur, origano simile, angustioribus et longioribus foliis,
anguloso caule palmum alto, fruticante, flore lychnidis, radice
tenui et supervacua, suco efficax. Ipsa herba autumno legi-
tur, sucus e fronde. Quidam caulis concisos madefaciunt die-
bus XVIII atque ita exprimunt. Hoc centaurion nostri fel
terrae vocant propter amaritudinem summam, Galli exacum,

roniom, V[1]. — *late*, V. Ceterum v. Dioscor. 3, 8. — *caule*, V. — *madida*, Vad. *addida*, R.

§ 67. *Arcadię lidię*, d. — *Pholoe et Lycaeo*, Barbar. *Phorpoeliceo*, V. *phorpoelyceo*, R. *phorpeliceo*, d. *phorus eliceao*, a. *phoruo eliceo*, P apud Ian. obss. crit. p. 24. *Pholoe et Lycia*, Hard. γ. — *in Lycia quidem*, θRTd. *inscia quidem*, a. *in Lycia quidam*, V. *Quidam*, β. — *ex ea*, θV. *et ex ea*, RTadβγ. — *tanta sicut*, VRd. *tanta vis ut*, a. — *cohaerescere*, VRad. *concrescere*, r. *coalescere*, K. — *tradatur*, V. *tradat*, Rd. *tradant*, aβγ. V. ad 35, 121. — *coquantur*, a. *coquatur*, VRd. — *dicetur* pluribus locis; v. ind. rerum et verborum s. h. v. — *trita medetur*, VR. *trita*, adβγ. — *in vino*, VRd. *in vino. Medetur*, aβγ. — *iisdem omnibus*, Pint. *obvium morbis*, VRa. *obvius morbis*, Td. *ovium morbis*, codd. Gel. β. *omnium morbis*, K (codd. Barbari). *iisdem morbis*, Harduin. cum Pintiano, quem fere sequitur, recte nititur verbis Dioscor. 3, 6: *ὅ τε χυλὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ.* At locus nondum est persanatus, et scriptura codd. Barbari nisus vix dubito, quin Plinius scripserit *omnium eorum morbis*, ut *omnes ii* ad superiora *quibus dicetur* referantur.

§ 68. *Est*, Rad. *Sed*, V. Ceterum v. Dioscor. 3, 7. — *centaurion*, θ. *centaurium*, VRad. *centaureon*, β. — *libadeon*, VRad. — *palmum*, Barbar. *paulum*, θVRad. *paululum*, βγ. *χαυλὸν ἔχουσα ὑπὲρ σπιθαμήν*, Dioscor. — *fruticantu*, a. *fruticum*, VRd. — *flore*, VRd. *ve re*, a. — *lychnidis*, Barbar. *lychenidis*, VRad. — *suco*, a. *suo*, VRd. *supervacua. Succo efficax ipsa*, r. — *succus e fronde*, a. *succos effronte*, VR. *sucisse fronde*, d. — *concissos*, d. — *centaurion*, V. *centaurium*, Rad. — *terrae*, a. Omitt. VRTd. — *exacum*, θVRd. *exea*, a. *aeream*, r. *exacon*, βγ.

quoniam omnia mala medicamenta potum corpore exigat per alvom.

32. Tertia est centauris cognomine triorchis. Qui eam secat, rarum est ut non volneret sese. Haec sucum sanguineum mittit. Theophrastus defendi eam inpugnarique colligentis tradit a triorchi accipitrum genere, unde et nomen accepit. Inperiti confundunt haec omnia et primo generi adsignant. 69

VII. 33. Clymenus a rege herba appellata est, hederae foliis, ramosa, caule inani, articulis praecincta, odore gravi et semine hederae, silvestribus et montuosis nascens. Quibus morbis pota medeatur dicemus, sed hic indicandum est, dum medeatur, sterilitatem pota etiam viris fieri. Graeci plantagini similem esse dixerunt, caule quadrato, folliculis cum semine inter se inplexis veluti polyporum cirris. Et sucus autem in usu, vi summa in refrigerando. 70

34. Gentianam invenit Gentius rex Illyriorum ubique nascentem, in Illyrico tamen praestantissimam, folio fraxini sed magnitudine lactucae, caule tenero pollicis crassitudine, cavo et inani, ex intervallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus subalpinis pluruma. Usus in radice et suco; radicis natura est excalfactoria, sed praegnantibus non bibenda. 71

corpore, VR. *e corpore*, adβγ. — *exigat*, Barbar. VRd. *exsiccat*, a.

§ 69. *triorchis*, θVRTad. *triorches*, β. — *sese*, ad. *si sese*, V. *sed sese*, R. — *mitti*, V. — *Theophrastus* hist. plant. IX. 8, 7. — *eam impugnarique*, VRad[1]. *impugnarique eam*, d[2]. — *tradit*, θRVTad. *tradidit*, β. — *triorchi*, ita nos scripsimus. *triorche*, VRadβγ. At v. supra et 10, 204. 207. — *generis*, K. — *unde*, Td. *ū*, R. *a quo*, βγ. Nihil horum habent Va. — *nomen*, Tad. *nomine*, VR. — *accepit*, R. *accipit*, θVTad. — *primo*, VRd (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 3, 7.) *p*, a. *uni*, Barbar.

§ 70. *Clymenus*, VRTad. *Clymenos*, β. Ceterum v. Dioscor. 4, 13. — *appellata si hederae*, VRa. *appellata sed hederae*, d. *Si* i. e. *st*, est. — *montuosis*, θVRad. *montosis*, β. — *medetur*, Dalec. — *dicemus* 26, 77. 111. 131. 140. — *hinc*, a. — *pota*, ad. *potā*, R. *potam*, V. *potu*, r. — *cum*, a. *in*, θVRd. — *complexis*, r. — *veluti*, K. *velut in*, VRadβγ. *θυσάνια δὲ ἔχει ἐπὶ τοῦ καυλοῦ εἰς ἄλληλα νεύοντα ἐοικότα —— πολύποδος πλεκτάναις*, Dioscor.

§ 71. *in*, omitt. VRad. Ceterum v. Dioscor. 3, 3. — *praestantissimo*, R. — *tenere*, R. — *cubitorum radice lenta*, ad. Omitt. VR. — *plutim ausus*, V. — *bibenda*, ad. *bibendum*, θVR.

§ 72. *Lysimachus*, VRad. *Lysimachus herbam Lysimachiam*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 4, 3. — *salicis*, ad. *et salicis*, V[1]R. *ut salicis*, V[2]. — *aureum*, K. — *odore gravi*, r. — *choibeat*, V.

§ 73. *quoque*, omitt. a. Ceterum v. Dioscor. 3, 117. 118. — *Artemisia*, ad. *Artemia*, V. *artē ē a*, R. — *Mausalo*, R. — *parthenis*, a. *parthenix*, VRd. —

35. Invenit et Lysimachus quae ab eo nomen retinet, celebrata Erasistrato. Folia habet salicis viridia, florem purpureum, fruticosa, ramulis erectis, odore acri; gignitur in aquosis. Vis eius tanta est ut iumentis discordantibus iugo inposita asperitatem cohibeat. 72

36. Mulieres quoque hanc gloriam adfectavere, in quibus 73
Artemisia uxor Mausoli adoptata herba quae antea parthenis vocabatur; sunt qui ab Artemide Ilithyia cognominatam putent, quoniam privatim medeatur feminarum malis; est autem apsinthi modo fruticosa, maioribus foliis pinguibusque. Ipsius 74
duo genera: altior latioribus foliis, altera tenera tenuioribus et non nisi in maritimis nascens. Sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellent, simplici caule, minumis foliis, floris copiosi, erumpentis cum uva maturescit, odore non iniucundo, quam quidam botryn, alii ambrosiam vocant; talis in Cappadocia nascitur.

37. Nymphaea nata traditur Nympha zelotypia erga Her- 75
culem mortua, quare heracleon vocant aliqui, alii rhopalon a radice clavae simili, ... ideoque eos qui biberint eam duodecim diebus coitu genituraque privari. Laudatissima in Orchomenia et Marathone; Boeoti madon vocant et semen edunt. Nascitur in aquosis, foliis magnis et in summa aqua 76

Artemi dea, Pint. — *Ilithyia*, a (codd. Gel.) *litida*, V R d. — *putent*, V d (codd. Gel.) *putant*, R a β γ. — *est*, om. a. — *absenti*, R. — *fructicosa*, R. — *pinguioribusque*, Pint.

§ 74. *altior*, θ V R T a d. *altera*, β γ. — *tenerioribus*, V R a d γ. — *et nonnumquam in maritimis nascens*, Pintian. ex Dioscoride, qui praeterea vv. *Ipsius duo* — *tenuioribus* post v. *nascens* collocat. — *mediterranis*, V R. — *appellent*, a d. *appellant*, V R r. — *erumpentes*, V d. — *uvam*, V. — *iucundo*, a. — *quam*, V d. *quem*, θ R a. — *botryn*, a (et V a in indice libri primi). *botryon*, θ V R d. — *talis*, R a. *alis*, V. Omitt. T d.

§ 75. *Nympha*, V R a. *a Nympha*, d. Sumpsit haec Plin. ex Theophr. hist. plant. IX. 13, 1. coll. Dioscor. 3, 138. — *heracleon*, θ V R a d. *heraclion*, β. — *rhopalon*, a. *opalon*, V R d. — *clavi*, d. — *ideoque* cum ad superiora minime quadret, sequitur ante hanc vocem nonnulla excidisse, quae fortasse suppleri possunt ex verbis Dioscoridis: *πίνεται δὲ καὶ πρὸς ὀνειρωγμούς, παραιτεῖται γὰρ τούτους· ἀτονίαν δὲ ἐργάζεται τοῦ αἰδοίου πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, εἴ τις ἐνδελεχῶς πίνοι.* Hinc lacunae signa posui. — *genituraque*, R a d. *genitus aquae*, V. — *Orchomenia*, V R a d. *Orchomeno*, β γ. At retinuit illam formam Plinius ex Theophrasto. — *mallon*, θ V R a d. *μαδωνίαν*, Theophrast., ubi v. Schneider. p. 785. — *vocant et*, a. *vocant hee*, d. *ucantem*, V. *micantē*, R. *vocant qui et*, β γ. *καὶ τὸν καρπὸν ἐσθίουσιν*, Theophr.

§ 76. *magnis et*, V. *magnis*, R a d β γ. — *summa aqua et aliis*, a. *summa quae talis*, V R d.

et aliis ex radice, flore lilio simili et cum defloruit capite papaveris, tenui caule; secatur autumno. Radix nigra in sole siccatur; adversatur ei alium. Est et alia nymphaea in Thessalia, amne Penio, radice alba, capite luteo, rosae magnitudine.

38. Invenit et patrum nostrorum aetate rex Iuba quam 77
appellavit Euphorbeam medici sui nomine; frater is fuit
Musae a quo divom Augustum conservatum indicavimus.
Iidem fratres instituere a balineis frigida multa corpora ad-
stringere; antea non erat mos nisi calida tantum lavari, sic-
uti apud Homerum etiam invenimus. Sed Iubae volumen 78
quoque exstat de ea herba et clarum praeconium; invenit
eam in monte Atlante specie thyrsi, foliis acanthinis. Vis
tanta est ut e longinquo sucus excipiatur; incisa conto sub-
itur excipulis ventriculo haedino; umor lactis videtur defluere;
siccatus cum coiit, turis effigiem habet. Qui colligunt clarius
vident. Contra serpentis medetur quacumque parte percussa
vertice inciso et medicamento abdito ibi. Gaetuli qui legunt 79
tepido lacte adulterant, sed discernitur igni; id enim quod
sincerum non est fastidiendum odorem habet. Multum infra

radice, VRad. *radice prodeuntibus*, βγ. — *defloruerit*, r. — *capite*, VRKad. *capiti*, β. — *tenui*, Dalec. *in*, VRadβ. ὁ δὲ καυλὸς λεῖος, οὐ παχύς, Dioscor. — *autumni*, VRd. Verba *autumno — siccatur* om. a. — *adversatur ei allium*, Barbar. *adversatur et alium*, ad. *adversatur*, VR. *adversaturque alvinis*, altera Barbari coniectura, βγ. Cornar. ad Dioscor. 3, 134. e Murbac. enotavit *ac versatur* et praeterea *alternis* legit. — *Est et*, VRd. *Est*, a. Ceterum v. Dioscor. 3, 139. — *Thessalia*, ad. *issalia*, R. *his alia*, V. — *Penio*, VRa. *Peneo*, dβγ. — *rosae*, Rad. *rore*, V.

§ 77. *Euphorbeam*, VRad. *Euphorbiam*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 3, 86. — *suo*, VR. — *frater is fuit*, Pint.; confirmat R. *fratris fuit*, VTd. *fratris sui et*, a. *et fratris*, Barbar. β. *medici sui fratris nomine et*, δϑρφ. — *indicavimus* 19, 128. — *fractes*, d. — *a balineis*, R. *a balneis*, d. *ab alienis*, V. *ab aligenis*, a. — *frigidam*, V. — *multa*, a. *multo*, VRTd. — *adstringere*, VRTad. *adstringi*, β. — *mos*, ad. Omitt. VR. — *sicuti*, V. *sicut*, Radβγ. — *Homerum* Iliad. χ, 444.

§ 78. *Atlante*, Vad. *&lante*, R. — *specie thyrsi*, Salmas. exerc. p. 213. a. A. *spectetur si*, a (Rigalt.) *specie tunsi*, θVRTd. *spectatur*, β. — *ut*, codd. Gel. *vel*, VRad. — *incisa*, Vd. *incisae*, Ra (codd. Gel.) βγ. — *subitur*, VRTad (Rigalt.) *subditur*, codd. Gel. β. *suscipitur*, r. *subditis*, Pint. γ. — *excipulis*, Tad. *excipulus*, VRK² (codd. Gel.) β. *excipula*, K¹. *expullo*, r. — *ventriculo hoedino*, Radr (codd. Gel.) *ventriculo aedino*, V. *ventriculo hoedini*, K¹. *ventriculus hoedinus*, K². *e ventriculo hoedino*, Pint.; at v. ad 35, 48. — *defluere*, VRTad (codd. Salmas.) *effluere*, codd. Gel. βγ. *defluens*, Salmas. — *siccatur*, d. — *cum coiit*, a (codd. Gel.) *cum cuncto sic*, V. *cunctis ic*, R. *cuncto sic*, d. — *cuicunque parti percussae, etiam vertici*, K. — *abdito ibi*, Pint. *addito. Ibi*,

hunc sucum est qui in Gallia fit ex herba chamelaea granum cocci ferente; fractus hammoniaco similis est, etiam levi gustu os accensum diu detinens et magis ex intervallo, donec faucis quoque siccet.

VIII. 39. Celebravit et Themiso medicus volgarem her- 80
bam plantaginem tamquam inventor volumine de ea edito. Duo eius genera: minor angustioribus foliis et nigrioribus, linguae pecorum simillimis, caule anguloso, in terram inclinato, in pratis nascens; altera maior, foliis laterum modo inclusa, quae quia septena sunt, quidam eam heptapleuron vocavere; huius et caulis cubitalis est et napi similis. In umidis nascitur multo efficacior; mira vis in siccando densandoque corpore, cauterii vicem optinens. Nulla res aeque sistit fluctiones quas Graeci rheumatismos vocant.

40. Iungitur huic buglossos boum linguae similis, cui prae- 81
cipuum, quod in vinum deiecta animi voluptates auget; et vocatur euphrosynum; 41. iungitur et cynoglossos; caninam imitatur, topiariis operibus gratissima, aiuntque quae tris thyrsos seminis emittat eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodesse, quae quattuor, ad quartanas. Est et alia

VRad*βγ*. *ἱστοροῦσι δέ τινες μηδὲν παρακολουθεῖν δυσχερὲς τοῖς ἑρπετοδήκτοις, ἐάν τις ἐκκόψας ἄχρις ὀστέου τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς ἐγχέῃ τὸν ὀπὸν λεῖον καὶ ῥάψῃ τὸ τραῦμα*, Dioscor.

§ 79. *tepido*, codd. Salmas. *tedio*, RTad. *taedio*, V. *tedi*, Rigalt. *hoedino*, *βγ*. Receptam lectionem tantum abest ut sanam iudicem, ut eam merae interpolationi deberi agnoscam; sed *hoedinum* lac, facile comparandum illud lacti gallinaceo, eiiciendum certe fuit, cuius loco, ut par fuit, Plin. alibi (11, 238. 27, 65.) lac *caprinum* commemoravit. — *in Gallia*, a. *infra Gallia*, R. *infragillia*, V. *infra Galliam*, d. — *accensum*, Ra. *accensu*, VTd. Ceterum v. Dioscor. 3, 86. — *retinens*, Td.

§ 80. *Temiso*, Td. *Themisso*, *θ*VR. *Themison*, a (Murbac. apud Cornar. ad Dioscor. 2, 112.) *βγ*. Ceterum v. Dioscor. 2, 152. — *minora*, VR. — *foliis et nigrioribus*, om. a. — *simillimis*, R (Murbac.) *similis*, *θ*Vad. — *lacerum*, d. — *quae quia*, R (Murbac.) *queque quia*, Vad. *quaeque quod*, *θ*. — *heptapleveron*, V. — *caulis*, a. Omitt. VRd. — *et napi similis*; pro his vv. habent *et uapi* RVad, *et angulosus* Murbac. *γ*. — *In umidis nascitur*, VRad. *Nascitur in humidis*, *βγ*. — *mira vis*, VRd. *vis*, a. *vis mira*, *βγ*.

§ 81. *boglossos*, Vd. Ceterum v. Dioscor. 4, 126. — *delecta*, Vd. — *voluntates*, d. — *iungetur*, d. Ceterum v. Dioscor. 4, 127. — *cynoglos*, Vd. — *caninam imitatur*, ita nos scripsimus. *caninan imittat*, V (littera *a* posteriori voci paulo inferius adscripta). *cannina lingua imitat*, R. *caninas linguas imitato*, a. *caninas linguas imitatur*, Td. *caninas imitans linguas*, *βγ*. — *topiariis*, a. *opiariis*, R. *opiaris*, Vd. — *aiuntque quae*, R (codd. Barbari). *aiuntque*, Vd. *aiuntquod*, a. — *eminis*, V. — *emittat*, codd. Barbari. *mittat*, *θ*Vd. *mitat*, R. *inmittat*, a. *emittit*, *βγ*. — *Est et*, V. *Est*, Rad*βγ*.

similis ei quae fert lappas minutas; eius radix pota ex aqua ranis et serpentibus adversatur.

42. Est et buphthalmus similis boum oculis, folio feniculi, 82
circa oppida nascens, fruticosa caulibus qui et manduntur decocti; quidam cachlam vocant. Haec cum cera steatomata discutit.

43. Invenere herbas et universae gentes: Scythia primum eam quae Scythice vocatur circa Maeotim nascens, praedulcem alias utilissimamque ad ea quae asthmata vocant; magna et ea conmendatio, quod in ore eam habentes sitim famemque non sentiunt.

44. Idem praestat apud eosdem hippace sic dicta, quod 83
in equis quoque eundem effectum habet; traduntque his duabus herbis Scythas etiam in duodenos dies durare in fame sitique.

45. Ischaemonem Thracia invenit, qua ferunt sanguinem sisti, non aperta modo vena sed etiam praecisa. Serpit e terra milio similis, foliis asperis et lanuginosis; farcitur in naris. Quae in Italia nascitur, et sanguinem eadem adalligata sistit.

ei quae, Ta. *ei qui*, d. *et quae*, VR. — *fert*, θVRTKd. *ferat*, aβγ. — *lăpas*, R. *lampas*, V.

§ 82. *buphthalmus*, Vad. *buphthalmi*, R. *buphthalmos*, β. Ceterum v. Dioscor. 3, 146. — *circa*, περὶ τὰς πόλεις, Dioscor. *contra circa*, RVad. — *mandantur*, V. — *cachlam*, Barbar. *calcham*, θ. *calchan*, VRd (codd. Salmas. exerc. p. 816. b. E.) *chalcan*, a. — *cera steatomata*, K (codd. Barbari). *cerasia flatomata*, Vd. *cerasia flathomata*, R. *erasia fatomata*, a. *erasia flatomata*, P (apud Ian. obss. crit. p. 25.) *scirrhomata*, βγ. — *Sesthia*, VR. — *primam*, VRad. — *Maeotim*, Pint. e Theophr. hist. plant. IX. 13, 2. et Plin. 27, 2. *Maeotidem*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 2, 61. (?). *Boeotiam*, VRadβγ. — *praedulcem alias*, θVRTd. *praedulces aliam*, a. *praedulcis. Aliam*, r (codd. Gel.) β. *praedulcis alias*, K. — *utilissimamque*, θVRTad. *quoque utilissimam*, r. *utilissimam*, codd. Gel. β. *utilissima*, K. — *asthmata*, Salmas. exerc. p. 123. a. C. *sparmata*, T. *sparmatam*, VRd. *spartama*, a (codd. Salmas.) *spasmata*, codd. Gel. βγ. — *sitim famemque*, Vad. *famem sitimque*, Rβγ.

§ 83. *hippace*, Td (Murbac.) *hipace*, VR. *ipsace*, a (Rigalt. ap. Salmas.) *hippice*, β. Ceterum v. Dioscor. 2, 80. — *sic dicta*, Salmas. *distincta*, Rad (Rigalt.) *dicta*, VTβγ. Verba *dicta, quod — habet* ut suppositicia delet Pint. — *eandem*, a. — *habet*, ita nos scripsimus. *habent*, VRd. *habere*, a. *habeat*, βγ. — *herbis*, om. Pint. — *etiam*, ad. *redam*, θV. *sedam*, R. — *Ischaemonem*, a. *Scemonem*, VRd. Sumpta haec sunt ex Theophr. hist. plant. IX. 15, 3. — *Thracia*, R. *Traida*, V. *Trahyda*, a. *Traycla*, d. — *et terra*, Vd. — *folia*, R. *folio*, d. — *farcitur*, a. *parcitam*, V. *parcitum*, Rd. Ceterum hoc toto in loco magna est corruptela. Primum enim verba *farcitur* (num *farcita*?) *in nares* ineptissime hic inseruntur, ubi herba describitur; deinde quod sequitur *et* non

46. Vettones in Hispania eam quae Vettonica dicitur in 84
Gallia, in Italia autem serratula, a Graecis cestros aut psychotrophon, ante cunctas laudatissima. Exit anguloso caule cubitorum duum, e radice spargens folia fere lapathi, serrata, semine purpureo. Folia siccantur in farinam plurumos ad usus. Fit vinum ex ea et acetum stomacho et claritati oculorum, tantumque gloriae habet ut domus in qua sit tuta existumetur a piaculis omnibus.

47. In eadem Hispania inventa est Cantabrica per divi 85
Augusti tempora a Cantabris reperta. Nascitur ubique caule iunceo pedali, in quo sunt flosculi oblongi veluti calathi, in his semen perquam minutum. Nec alias defuere Hispaniae herbis exquirendis, ut in quibus etiamnunc hodie in more sit laetiore convictu potionem e centum herbis mulso additis credere saluberrimam suavissimamque; nec quisquam genera earum iam novit aut multitudinem, numerus tamen constat in nomine.

48. Nostra aetas meminit herbam in Marsis repertam; na- 86
scitur et in Aequicolis circa vicum Nervesiae; vocatur consiligo; prodest, ut demonstrabimus suo loco, deploratis in phthisi.

minus inepte legitur, quia hucusque de nulla alia re quam de sanguine sermo fuit. Hinc nonnulla h. l. excidisse apparet, alia traiecta, totum locum ex librariorum libidine restitutum.

§ 84. *Vettones*, a. *Veccones*, Vd. *Vetcones*, R. — *Vettonica*, a. *Vectonica*, VRd. Ceterum v. Dioscor. 4, 1. — *serratula*, a. *serratura*, VRd. — *cestros*, θVRTad. *cestron*, β. — *psychotrophon*, Barbar. e codd. *phycrotropon*, VR *pychrotropon*, a. *pycrotropon*, d. — *angulo*, V. — *e radice*, θV. *a radice*, Radβγ. — *lapathi*, a. *lappatis*, VRd. — *stamine*, Barbar. — *purpero*, R. — *claritate*, R. — *gloria*, VR. — *sit*, VR (in V post litteram *t* una duaeve litterae erasae). *sata sit*, adβγ. *sita sit*, r. — *tuta*, a. *ita*, R. *pura*, Td. Om. V. — *periculis*, V.

§ 85. *est*, revocavi ex β. *si*, d. *sit*, a. *sic*, θVRTγ. Scripserat Plin. *inventast*; inde quod ortum est proclivi et usitato errore *si*, alii librarii in *sit*, alii repetita sequentis vocis prima littera in *sic* mutarunt. — *iunco*, V. — *oblinquo*, R. — *veluti*, θVRTad. *velut*, β. — *ut quae*, K. — *etiam nunc*, VRad. *etiamnum*, βγ. — *in more sit*, θT. *in mores sit*, VRd. *in numeroso et*, a (codd. Gel.) βγ. *in virorum*, Pint. — *laetiore*, θad (codd. Gel.) *lactiore*, VR. *latiore*, T. — *e centum*, ad. *egentum*, VR. — *credere*, VRTad. *credidere*, βγ. *credant*, K. — *novit eius multitudinis*, K. — *tantum*, Barbar. T.

§ 86. *heriam*, V. — *nascitur et in*, ad. *nascitur in*, VRγ. — *Aequicolis*, a. *Aequiculis*, Vd. *Aequaculis*, R. — *Nervesiae*, a. *Nernesiae*, V. *Vernesiae*, R. *Nersiae*, d. — *demonstrabimus*, V. *demonstravimus*, θRad. — *suo loco* 26, 83. — *phthisi*, ad. *thisi*, V. *his*, R.

*

49. Invenit nuper et Servilius Democrates e primis medentium quam appellavit iberida, quamquam ficto nomini inventione eius adsignata carmine. Nascitur maxume circa vetera monimenta parietinasque et inculta itinerum; floret semper folio nasturti, caule cubitali, semine vix ut adspici possit; radici odor nasturti. Usus aestate efficacior et recenti tantum; tunditur difficulter. Coxendicibus et articulis omnibus cum axungia modica utilissima, viris plurumum quaternis horis, feminis minus dimidio adalligata, ut deinde in balineis descendatur in calidam et postea oleo ac vino perunguatur corpus diebusque vicenis interpositis idem fiat, si qua admonitio doloris supersit; hoc modo rheumatismos omnis sanat occultos; inponitur non in ipsa inflammatione sed inminuta. 87 88

50. Animalia quoque invenere herbas in primisque chelidoniam; hac enim hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum, ut quidam volunt, etiam erutis oculis. Genera eius duo: maior fruticosa caule, folio pastinacae erraticae ampliore, ipsa altitudine duum cubitorum, colos albicans, flos luteus; minori folia hederae rotundiora, minus candida; 89

§ 87. *Democrates*, Rad. *Democrites*, *θ*V. *Damocrates*, Barbar. — *iberida*, Rad. *hiberida*, V*β*. — *nomini inventione eius assignata*, Salmas. de hyle p. 16. a. G. partim e libris. *nomini inventioni eius adsignata*, Vd. *nomine inventioni eius adsignata*, R. *inventioni eius assignata*, *θ*. *nomine inventioni eius assignato*, a*βγ*. Quam recepimus Salmasii emendationem uno in nomine *inventione* ex sola coniectura factam, cum ceterae scripturae omnes codicibus debeantur, nititur ea verbis Galeni *περὶ φαρμάκων κατὰ τόπους* 10, 2. p. 635., ubi haec leguntur: *ἐν Ἰβηρίᾳ φησὶν ἰατρόν τινα φίλον ἑαυτοῦ γε θεραπευθῆναι διὰ τῆς βοτάνης, ἥν, ὡς ἔφη αὐτὸς Δαμοκράτης, Ἰβηρίδα καλεῖ μαθὼν μὲν αὐτοπτικῶς τὴν βοτάνην, ὄνομα δὲ οὐδὲν ἀκούσας αὐτῆς, ὅτι μηδ᾽ ὁ διδάσκων ἠπίστατο.* Salmasius vero ad emendationem suam adstruendam haec subiicit: „Invenit, inquit, Iberida herbam Damocrates, quamquam inventione eius ficto nomini assignata carmine. *Fictum nomen*, cui inventionem Iberidis carmine suo Damocrates assignavit, amicus ille est non nominatus Damocrati, a quo sibi monstratam Iberidem prodidit, qui ea sanatus. *Fictum nomen* appellat Plinius, quia fortasse finxisse eam sibi ab aliquo ostensam Damocratem credidit, cum ipse revera invenisset." — *carmine*, quo Democrates hanc herbam descripsit, servato a Galeno p. 636. — *paretinasque*, V. — *semine*, VRTd. *semine tam parvo*, a*βγ*. — *vix ut*, VRTad. *ut vix*, *βγ*. — *nasturci*, V. — *etate*, R. — *trecenti*, V. *recentis*, K.

§ 88. *quaternum horis*, a. *quaternum moris*, VRd. — *feminis*, VR. *seminis*, d. *feminas*, a. — *balineis*, R (codd. Gel.) *balneis*, ad. *bal///neis*, V (ubi *balnineis* fuisse videtur). — *et postea*, VRd. *et deinde et postea*, a. — *perunguatur corpus*, ad. *perungatur coryus*, R. *perungatur*, V. *corpus perungatur*, *βγ*. — *sanant*, V[2]. — *occultos — ipsa*. om. V. — *ipsa inflammatione*, Rd (codd. Gel.) *ipsas inflammationes*, a. *inflammatione*, V.

§ 89. *celidoniam*, V. Ceterum v. Dioscor. 2, 211. 212. — *irundines*, V. —

sucus croci mordax, semen papaveris. Florent adventu hi- 90
rundinum, discessu marcescunt. Sucus florentibus exprimitur
et in aereo vase cum melle Attico leniter cinere ferventi
decoquitur singulari remedio contra caligines oculorum. Utuntur et per se suco et in collyriis quae chelidonia appellantur ab ea.

51. Inveniunt et canes qua fastidium vincunt eamque in 91
nostro conspectu mandunt, sed ita ut numquam intellegatur quae sit; etenim depasta cernitur. Notata est haec eius malignitas in alia herba maior; percussus enim a serpente mederi quadam sibi dicitur, sed illam homine spectante non decerpit.

52. Simplicius cervae monstravere elaphoboscon, de qua
diximus, item helxinen a partu dictam; 53. ostendere, ut in- 92
dicavimus, dictamnum volneratae, pastu statim telis decidentibus. Non est alibi quam in Creta, ramis praetenue, puleio simile, fervens et acre gustu; foliis tantum utuntur. Flos nullus ei aut semen aut caulis, radix tenuis ac supervacua. Et in Creta autem non spatiosa nascitur mireque capris ex-

restituunt, Rd. *restidaiuntque*, V^1. *restituunt dantque*, V^2. *restituuntque in*, a. — *oculis*, delet Pint. — *fruticosa*, VTd. *fructicosa*, R. *fruticoso*, ar. — *caule*, *χαυλὸν ἀνίησι πηχυαῖον ἢ χαὶ μείζονα, ἰσχνόν, ἔχοντα παραφυάδας φύλλων μεστάς*, Dioscor. Omitt. VRTad. — *altitudine*, Va. *amplitudine*, Rd. — *color*, d.

§ 90. *arescunt*, VTd. — *Sucus florentibus*, V^2d. *Sucu florentibus*, V^1R. *Florentibus succus*, aβγ. — *et per*, a. *per*, VRd. — *et in*, Vad. *in*, Rβγ. — *cilidoniae*, VR. — *appellatur*, R.

§ 91. *Inveniunt*, θVRd. *Invenerunt*, aβγ. — *canes*, θVRd. *canas*, a. *canes canariam*, βγ. — *quae*, a. — *vincunt*, θVRTd. *dicunt*, a. *deducunt*, βγ. — *est haec*, VRad. *est et*, Pint. K^1. *est autem*, K^2. Pronomini *haec* subiiciunt *animalis* VRadβγ, quod substantivum Pintian. ut glossema recte delevit. *Eius* ad *canes* per usitatissimam synesim refertur, et nunc, ubi *eius* pro *huius* est restitutum, Pintiani emendatio prorsus necessaria facta est. — *eius*, V (ubi ante ipsam vocem tres fere litterae erasae) Rad. *huius*, βγ. — *percussis*, R. — *quadam sibi*, VR. *sibi quadam*, d. *sibi quā diu*, a. — *spectante*, VRd. *inspectante*, aβγ. — *herbae*, d. — *diximus* 22, 79. — *helxinen*, Salmas. exerc. p. 158. b. C. *helxine*, a (codd. Salmas.) *helsine*, θVRTd. *seseli enixae*, codd. Barbari, βγ. — *a partu dictam*, θVRTad. *a partu*, codd. Barbari, βγ.

§ 92. *ostendere*, θVRTad. *Dictamnum ostendere*, codd. Barbari, βγ. — *indicavimus* 8, 97. — *dictamnum vulneratae*, θVRTad. *vulneratae*, codd. Barbari, βγ. *caprae vulneratae*, Gesner. hist. anim. 1, 293. — *pastu*, VRTKd. *pastae*, aβ. *pasto*, Heins. advers. p. 321. — *telis decidentibus*, VRd. *decidentibus*, a. *decidentibus telis*, βγ. — *est*, omitt. Td. — *puleio*, Vad. *pulei*, R. *pulegio*, βγ. Ceterum v. Theophr. hist. plant. IX. 16, 1. — *et acre*, Ra. *acere*, V. *hederae*, Td. — *nullus*, VRTd (codd. Barbari). *nullum*, a. — *ei aut*; pro his vv. habet *erat* a, *ei est aut* codd. Barbari, *aut* VRTdγ. — *spatiosa*, θVRTd. *spatiose*, aβγ.

petitur. Pro eo est et pseudodictamnum multis in terris nascens, folio simile, ramulis minoribus, a quibusdam chondris vocatum; minoris effectus statim intellegitur; dictamnum enim minuma potione accendit os. Qui legere eas, in ferula 93
aut harundine condunt praeligantque ne potentia evanescat. Sunt qui dicant utramque nasci multifariam, sed deteriores in agris pinguibus, veram quidem dictamnum non nisi in asperis. Est et tertium genus dictamnum vocatum, sed neque facie neque effectu simile, folio sisymbri, ramis maioribus, praecedente persuasione illa, quidquid in Creta nascatur infinito praestare ceteris eiusdem generis alibi genitis, proxume quod in Parnaso; alioqui herbiferum esse et Pelium montem in Thessalia et Telethrium in Euboea et totam Arcadiam ac Laconicam tradunt. Arcades quidem non me- 94
dicaminibus uti sed lacte circa ver, quoniam tum maxume sucis herbae turgeant medicenturque ubera pascuis; bibunt autem vaccinum, quoniam boves omnivorae fere sunt in herbis. Potentia earum per quadripedes etiamnum duobus claris exemplis manifesta fit; circa Abderam et limitem qui Diomedis vocatur equi pasti inflammantur rabie, circa Potnias vero et asini.

54. Inter nobilissimas aristolochiae nomen dedisse gravidae 95

Pro eo, Dioscor. 3, 34. (38.) — *est et*, Ra. *est*, V. Om. d. — *in*, Ra. Omitt. Vd. — *terris* — *minoribus*, VRd. *terminoribus*, a. Ceterum in his verbis *simile* habent θVR, *simili* dβ. — *condris*, VR. — *statim*, VRad. *gustatum*, K. — *dictamnum enim minima*, Ra. *dictamnum enim nimia*, d. *dictam nomenenim minima*, V. — *accendit*, a. *accedit.*, VRd. — *hos*, d.

§ 93. *eas*, RTad. *eam*, Vβγ. *ea*, Dalec. — *ferula aut*, ita nos scripsimus. *ferulavia ut*, VR. *ferula hii aut*, d ex corr. eiusdem manus. *ferula vel*, aβγ. — *praeligatque*, VR. — *nec*, R. — *utraque*, Rd. — *multiforia*, VRd. — *pinguibus*, d. *pinguis*, VRa. — *quidem*, Rad. *quidam*, θV[1]. *que*, V[2]. — *Est et tertium*, VRa. ///////// *Est* (*tertium* suprascr.), d. — *facie*, a. *facile*, VRd. *caule*, r. — *sisimbri*, V. — *praecedente*, θVRad. *procedente*, β. Ceterum haec sunt desumpta ex Theophr. hist. plant. IX. 15, 4. — *nascatur*, Vd. *nascitur*, Raβγ. — *alioqui*, VRad. *alioquin*, β. — *esse*, a. *esset*, VRd. — *Pellum*, V. — *Teletrium*, VR.

§ 94. *non in medicaminibus*, θ. — *lacti*, R. — *circa ver*, VRd. *circauter*, a. — *tum*, Vad[2]. *tantum*, d[1]. *tunc*, Rβγ. — *uberes pascuae his*, codd. Barbari. — *bibant*, a. — *autem lac vaccinum*, r. — *omnivorae*, Barbar. *omnivofi*, VR. *omnibori*, a. *omnino si*, d. — *fere*, VRad. *ferae*, β. Om. Barbar. — *sunt*, Va. *sint*, Rd. — *manifestat*, V. — *Potniceas*, a. — *et asini*, VRTad. *masini*, θ. *asini*, β.

§ 95. *aristolociae*, VR. *aristolaciae*, d. Ceterum v. Dioscor. 3, 4. — *esset*, om. a. — *ἀρίστη λεχούσαις*, R. *aristelechuses*, codd. Barbari. *aristelecus aes*, V.

videntur, quoniam esset ἀρίστη λεχούσαις; nostri malum ter-
rae vocant et quattuor genera eius servant: unum tuberibus
radicis rotundis, foliis inter malvam et hederam, nigrioribus
mollioribusque; alterum masculae, radice longa quattuor di-
gitorum longitudine, baculi crassitudine; tertium longissimae 96
tenuitate vitis novellae, cuius sit praecipua vis, quae et cle-
matitis vocatur, ab aliis Cretica. Omnes colore buxeo, cau-
libus parvis, flore purpureo; ferunt baculas parvas ut cap-
pari; valent radice tantum. Est et quae plistolochia vocatur,
quarti generis, tenuior quam proxume dicta, densis radicis
capillamentis, iunci plenioris crassitudine; hanc quidam po-
lyrrizon cognominant. Odor omnium medicatus sed oblongae 97
radici tenuiorique gratior; carnosi enim est corticis, unguentis
quoque nardinis conveniens. Nascuntur pinguibus locis et
campestribus; effodere eas messibus tempestivom; ita des-
quamato terreno servantur. Maxume tamen laudatur Pontica
et in quocumque genere ponderosissima quaeque medicinis
aptior, rotunda contra serpentis, oblonga .....; in summa
tamen gloria est, si modo a conceptu admota volvis in carne
bubula maris figurat, ut traditur. Piscatores Campaniae ra- 98
dicem eam quae rotunda est venenum terrae vocant coram-

aristelecus, d. *aristhereos aes*, a. — *nostri*, Ra. *eynori*, d. *non*, V. — *observant*, Dalec. — *radicis*, θVRTad. *radicum*, β. — *mollioribusque*, VRad. *pinguioribusque*, T. — *alterum*, Dioscor. 3, 5. — *longitudine*, om. V. Et ut verum est Plinium vix scripsisse videri *radice longa longitudine*, ita non minus verum *radice longa quattuor digitorum* non nisi durissime dici posse, si in universum dici potest, neque dubito, quin Plinius scripserit *radice quattuor digitorum longitudine*, uti sexcenties locutus est, et casus etiam h. l. in vera scriptura servanda aut reiicienda sit dominatus.

§ 96. *tenuitate*, VRTd. *tenuitatis*, aβγ. — *vitis*, Rad. *vitiis*, V. *radicis vitis*, K. — *cuius*, θVRTadr. *cui*, β. — *quae et*, VRTad. *quae*, βγ. — *clematitis*, Hard. e Dioscor. *clematis*, VRTadβ. — *Cretica*, ad. *certica*, R. *cestica*, V. — *cappari*, θVRd. *capparis*, aβγ. — *parent*, a. — *radice*, Rad. *radicem*, V. — *qui*, V. — *plistolotia*, R. *plistocia*, Vad. *pistolochia*, β. — *dictam*, V. — *ac pillamentis*, V. — *quidem*, γ vitio operarum. — *pobryzon*, Rd.

§ 97. *ita*, VRd. Om. a. — *tesquamato*, a. *esquama*, VRd. — *terreno*, a. *terrena*, d. *terrenum*, R. *terrenus*, V (sed librarius inde *terrenis* facere voluisse videtur, cum statim postea *eruantur* neque *servantur* legatur). — *in summa tamen*, VRad. *tamen in summa*, Pint. βγ. At spreta hac interpolatione codicum scripturam reposui, ita ut post adiectivum *oblonga*, unde vulgo nova periodus incipit, nonnulla excidisse statuam, quibus iam deperditis summa eius radicis gloria addatur. Ceterum v. Theophr. hist. plant. IX. 13, 3. — *si*, ad. *et si*, θVRT. *etiam*, r. — *modo a*, VRd. *a modo*, a. — *vulpis*, V. — *mares figurat ut*, Rad. *maris figuratui*, V.

que nobis contunsam mixta calce in mare sparsere; advolant pisces cupiditate mira statimque exanimati fluitant. Quae polyrrizos cognominatur convolsis, contunsis, ex alto praecipitatis radice pota ex aqua utilissima esse traditur, semine pleuriticis et nervis, confirmare, excalfacere, eadem satyrion esse.

55. Verum et effectus ususque dicendi sunt ordiendum- 99
que e malorum omnium pessimo, e serpentium ictu. Medentur ergo Britannica herba, panacis omnium generum radix e vino, Chironii et flos et semen potum inlitumve ex vino et oleo, privatim quae cunila bubula appellatur, Polemonia vel
Philetaeris radicis drachmis quattuor in mero; Teucria, side- 100
ritis, scordotis ex vino, privatim ad anguis, pota et inlita sive suco sive folio sive decocto, centauri maioris radix drachma in vini albi cyathis tribus, Gentiana praecipue adversus anguis duabus drachmis cum pipere et ruta, vini cyathis sex sive viridis sive sicca; et Lysimachiae odorem
fugiunt. Datur ex vino percussis chelidonia; morsibus inpo- 101
nitur Vettonica praecipue cui vis tanta perhibetur ut inclusae circulo eius serpentes ipsae sese interimant flagellando; datur ad ictus semen eius denari pondere cum tribus cyathis vini vel farina drachmis tribus sextario aquae inponitur. Cantabrica, dictamnum, aristolochia radicis drachma in vini hemina sed saepius bibenda; prodest et inlita ex aceto, si-

§ 98. *nobis*, VRd. *ut*, a. — *mixta*, VRad. *immixta*, βγ. — *mare*, θVRTad. *mari*, β. — *exanimitati*, R. — *fluvitant*, V. — *pobryzos*, V. — *pleuriticis et nervis*, VRTadδϑρφ. *pleuriticos et nervos*, β. — *saurion*, K. — *esse*, VRa. *is*, d in rasura. *est*, β.

§ 99. *et*, Vad. Omitt. θRT. — *effectus*, θVRTad. *effectus earum*, βγ. — *e*, ita nos scripsimus. *a*, Vaβγ. Omitt. Rd. — *e*, ita nos scripsimus. ē, ad. *est*, V. *id est*, βγ. Nihil horum habet R. — *Brittanica*, V. — *panacis*, VRd. *panaces*, a. *panacisque*, βγ. — *omnium generum*, VRad. *generum omnium*, βγ. — *Chironi*, V. — *et flos et*, VRad. *flos et*, βγ. — *privatim quae*, ita nos scripsimus. *privatimque*, VRad. *privatimque quae*, βγ. — *cunicula*, ad. *conicula*, VR. *cornicula*, T. — *Philetaeris*, Gronov. ad. *Phileteris*, Rδϑρφ. *phifileteris*, V. *Philetaeria*, βγ. — *in mero*, VTad. *in numero*, R. *ex mero*, βγ.

§ 100. *Teucria*, VRd. *Teucrias*, a. *Teucrion*, K. — *cordatis*, V. — *ungues*, R. — *pota et inlita*, θVRTad. *potae et illitae*, βγ. — *radice*, VRad. — *drachma*, VRd. *alba*, a. — *quiatis*, R (etiam infra). — *Genciana*, V. Ceterum v. Dioscor. 3, 3. — *figiunt*, V.

§ 101. *chelidonia — inponitur*, omitt. VRd. — *Vettonica*, V. *Vectonica*, d. *Vetonica*, R. *Vettonice*, a. — *cui vis tanta perhibetur*, VRa. *cui tanta perhibetur vis*, Td. — *et*, a. — *inclusi*, d. — *ipsae sese*, VR. *ipsi sese*, a. *ipsi se*, Td. — *sextarios*, V[1]R. — *inponitur*; pro h. v. habent *farina et ponitur* VRa, *farina*

militer plistolochia; quin et omnino suspensa supra focum
fugat e domibus serpentis; IX. 56. argemonia quoque ra- 102
dice eius denari pondere in vini cyathis tribus pota. Plura
de ea convenit dici ceterisque, quoniam primum nominabuntur, in eo autem genere medendi primum nominari quamque, in quo maxume valebit. Folia habet qualia anemone, divisa api modo, caput in cauliculo papaveris silvestris, item radicem, sucum croci colore acrem et acutum; nascitur in arvis apud nos. Nostri tria genera eius faciunt et id demum probant cuius radix tus redoleat.

57. Agaricum ut fungus nascitur in arboribus circa Bos- 103
porum colore candido; dantur oboli quattuor contriti cum binis cyathis aceti mulsi. Id quod in Galatia nascitur infirmius habetur. Praeterea mas spissior amariorque; — hic et capitis dolores facit; — femina solutior; initio gustu dulcis mox in amaritudinem transit.

58. Echios utriusque generis, puleio similis, foliis carinata, 104
drachmis duabus ex vini cyathis quattuor; item altera quae lanugine distinguitur spinosa, cui et capitula viperae similia sunt, haec ex vino et aceto. Quidam echion personatam vocant, cuius folio nullum est latius, grandis lappas ferentem; huius radicem decoctam ex aceto dant potui. Hyoscyamum contunsum cum foliis ex vino datur peculiariter contra aspidas.

exponitur d. — *Cantabricae, dictamni, aristolochiae*, K. — *sed saepius*, θVRT. *saepius*, adβγ. — *pistolochia*, VR. — *quin et*, V. *quin*, Rad. — *demonibus*, R.

§ 102. *Radix*, K. Ceterum v. Dioscor. 2, 208. — *pota*, R. *poto*, V. *in poto*, a. *potus*, d. *potatur*, β. — *quoniam*, V. *qm̄*, Rd. *quo*, a. *quae*, βγ. — *primam quamque nominari*, Pint. — *qualia*, VRd. *et equalia*, a. — *anemona*, d. — *acre*, Vd. — *in arvis*, VRTad. *et in arvis*, βγ. — *nos*, VRd. Om. a. — *Nostri*, a. Omitt. θVRTd. — *tria*, VRd. *iā*, a.

§ 103. *Agaricum*, VRad. *Agaricon*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 3, 1. — *Bosphorum*, Rβ. — *dantur*, θVTad. *datur*, Rβγ. — *oboli* et *contriti*, θVRTad. *obolis* et *contritum*, βγ. — *Galatia*, Barbar. e Dioscor. *Gallia*, VRadβγ. Non huc referenda sunt verba Plinii 16, 33. — *multi*, R. — *infirmius*, Va. *infirmus*, R. *infirmum*, Td. — *Praeterea*, ad. *Propterea*, V. *Praeterea* — *facit* om. R. — *spissior amariorque*, d. *spissiora maiorque*, V. *spissior maiorque*, r. *maiorque spissiorque*, a. — *gustu*, ad. *gustus*, VR. — *amaritudine*, Rd.

§ 104. *Ethios*, VR. Ceterum v. Dioscor. 4, 27. — *puleio*, VRad. *pulegio*, βγ. — *carinata*, θ. *corinata*, V. *coronata*, Radβγ. *coronaria*, K. — *ex*, VRd. *et*, a. — *quattuor*, VRad. *quatuor datur*, βγ. — *spinoso*, VR. — *vipre*, R. — *aceto et vino*, d. — *echion*, θVRTad (omnes codd. Salmas. de hyle p. 51. a. E.) *arcion*, Barbar. β. — *folia*, VR. — *grandius*, V.

59. Nulla tamen Romanae nobilitatis plus habet quam hie- 105
rabotane; aliqui peristereon, nostri verbenacam vocant. Haec
est quam legatos ferre ad hostis indicavimus, hac Iovis mensa
verritur, domus purgantur lustranturque. Genera eius duo:
foliosa quam feminam putant, mas rarioribus foliis. Ramuli 106
utriusque plures, tenues, cubitales, angulosi, folia minora
quam quercus angustioraque, divisuris maioribus, flos glau-
cus, radix longa, tenuis. Nascitur ubique in planis aquosis.
Quidam non distingunt et unum omnino genus faciunt, quon-
iam utraque eosdem effectus habeat. Utraque sortiuntur Galli
et praecinunt responsa, sed magi utique circa hanc insa-
niunt; hac perunctos inpetrare quae velint, febris abigere,
amicitias conciliare nullique non morbo mederi; colligi de- 107
bere circa canis ortum ita ne luna aut sol conspiciat, favis
ante et melle terrae ad piamentum datis; circumscriptam
ferro effodi sinistra manu et in sublime tolli; siccari in um-
bra separatim folia, caulem, radicem. Aiunt, si aqua spar-
gatur triclinium, qua maduerit laetiores convictus fieri. Ad-
versus serpentis conteritur ex vino.

60. Est similis verbasco herba quae saepe fallit pro eo 108
capta, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo.
Haec abiecta blattas in se contrahit ideoque Romae blattaria
vocatur.

61. Lemonium sucum lacteum mittit concrescentem cum-
mis modo, umidis locis; datur denari pondus in vino.

§ 105. *peristereun*, V. *arisī eun*, R. *aristereon*, a d. *peristereona*, γ. Ceterum v. Dioscor. 4, 61. — *verbenecam*, V. — *ferme*, V R. — *indicavimus* 22, 5. — *Genera*, V a d. *quae genera*, R. — *duo*, V T d. *duo sunt*, R a β γ.

§ 106. *Ramulis*, V R. — *utrisque*, R. — *angulosas*, R. — *colos glaucus*, Barbar. — *et unum*, θ a d. *et vinum*, V. *sed unum*, R β γ. — *utraque*, T d. *utrasque*, V R a. Omitt. β γ. — *eosdemque*, a. — *rescyonsa*, V. — *magis*, R. — *conciliari*, d.

§ 107. *debere circa canis ortum*, V R a d. *circa c. o. debere*, β γ. — *ita ne*, V R a d. *ita ut ne*, β γ. — *faucibus*, V R a d. — *mel*, d. — *ad piamentum*, V R. *ad pavimentum*, d. *et* //////////, a. — *circumscripta*, R d. — *suvlimen*, V. — *caule*, V d. — *radix*, d. — *Aiunt*, V d. *Aiunt˜*, R. *Adlunt*, a. *Aiuntque*, β γ. — *lactiores*, V. — *convinctus*, R. — *contritus*, V.

§ 108. *pro eo*, Barbar. *pro ea*, V R a d β γ. Ceterum v. Dioscor. 4, 102. — *in se contrahit*, V R a. *in semen trahit*, T d. *in semet trahit*, Pint. — *blattaria vocatur*, θ R a. *blattariam vocatur*, V. *blattariam vocant*, d β. — *Lemonium*, a. *Molemonium*, V R d. *Leumonia*, K. De ipsa planta v. Dioscor. 4, 16. — *cummis*, R. *gummis*, V d. *gummi*, a β γ.

§ 109. *comedatur*, d. Ceterum v. Dioscor. 4, 42. — *Graeci*, V R a d. *Graeci vocant*, β γ. — *pentapetes — effoditur*, om. a. *pentapentes* vel *pentapeges*, codd.

62. Quinquefolium nulli ignotum est, cum etiam fraga gi- 109
gnendo conmendetur; Graeci pentapetes aut pentaphyllon
aut chamaezelon vocant. Cum effoditur, rubram habet radi-
cem; haec inarescens nigrescit et angulosa fit. Nomen a
numero foliorum; ipsa herba incipit et desinit cum vite; ad-
hibetur et purgandis domibus.

63. Adversus serpentis bibitur et eius radix quae sparga-
nion vocatur ex vino albo.

64. Dauci genera quattuor fecit Petronius Diodotus, quae 110
persequi nihil attinet, cum sint differentiae duae, probatis-
simi in Creta, mox in Achaia et ubicumque in siccis nati,
feniculi similitudine, candidioribus foliis et minoribus hirsu-
tisque, caule pedali recto, radice suavissimi gustus et odoris;
hoc in saxosis nascitur meridianis. Reliqua genera ubique 111
nascuntur terrenis collibus limitibusque nec nisi pingui solo,
foliis coriandri, caule cubitali, capitibus rotundis, saepe plu-
ribus quam ternis, radice lignosa et cum inaruit supervacua.
Semen huius cumino simile, prioris milio, album, acre, odo-
ratum omnibus et fervens. Secundum priore vehementius est
ideoque parce sumi debet. Si iam maxume tertium genus 112
facere libeat, est simile staphylino quod pastinacam errati-
cam appellant, semine oblongo, radice dulci. Omnia haec et
hieme et aestate sunt intacta quadripedi nisi post abor-
tus. Ex aliis usus seminis, ex Cretico radicis, et magis ad

Barbari. — *aut*, R. *sive*, V d β γ. — *aut chamaezelon vocant*, ita scribendum fuit e vestigiis codd. *aut cameleon vocant*, R. *aut camelen vocant*, θ d. In β verba *sive chamaezelon* omisso verbo *vocant*, quod post vocem *Graeci* ponitur, post v. *pentapetes* leguntur; at in indice huius libri legitur *pentapetes sive pentaphyllon sive chamaezelon*. Ceterum verba hoc loco a nobis restituta omitt. V γ. *chamaemelon*, K. — *inarescens nigrescit*, V R d. *inarescit*, a. Sumpta haec sunt ex Theophr. hist. plant. IX. 13, 5. — *fit — ipsa*, om. a. — *foliorum*, θ V R d. *foliorum habet*, β γ. — *ipsa*, ita nos scripsimus. *et ipsa*, V R d β γ. — *spargantо///no*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 21.

§ 110. *probatissimi*, V R T a d. *probatissimae*, β. *probatissimum*, K. Ceterum v. Dioscor. 3, 76. — *certa*, V R. — *ubicumque in siccis*, V R T a d. *in siccis ubicumque*, β γ. — *natum*, K. — *feniculis*, R. — *recto*, R a. *rectu*, V. *recta*, d. — *nascitur*, om. Hard. vitio operarum.

§ 111. *rotundis saepe pluribus*, a. Omitt. V R T d. — *quam ternis*, V R a. *quaternis*, T d. — *lignosa et*, θ V R T d. *ligno sed*, a^1. *lignosa sed*, a^2 β. — *acrem*, V R d. — *priorem*, V d. — *vehementius*, a. *vehementium*, V R d. — *est ideoque — tertium*, a. Omitt. V R d.

§ 112. *simili*, R. — *aestati*, V R. — *ex Cretico*, θ V R T d K. *ex Creta*, δ ϑ ρ φ (codd. Barbari) β. *ex ereti*, a. — *radicis*, θ V R T d (codd. Barbari). *et radicis et succi*, K. *ducis*, δ ρ. *dulcis*, a ϑ φ. *radicis dulcis*, β. — *et magis*, θ V R T a d δ ϑ ρ φ. *est; magis*, Gronov. γ.

serpentis; bibitur e vino drachma una, datur et quadripedibus percussis.

65. Therionarca alia quam magica et in nostro orbe na- 113
scitur fruticosa, foliis subviridibus, flore roseo, serpentis necat; cuicumque admota ferae et haec torporem adfert.

66. Persolata, quam nemo ignorat, Graeci arcion vocant, folia habet maiora etiam cucurbitis et hirsutiora nigrioraque et crassiora, radicem albam et grandem; haec ex vino bibi-
tur denariorum duum pondere; 67. item cyclamini radix 114
contra serpentis omnis. Folia habet minora quam hedera nigrioraque et tenuiora, sine angulis, in quibus albicant maculae; caule exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata ut
rapum videri possit, cortice nigro. Nascitur in umbrosis, a 115
nostris tuber terrae vocatur, in omnibus serenda domibus, si verum est ubi sata sit nihil nocere mala medicamenta; amuletum vocant narrantque et ebrietatem repraesentari addita in vinum. Radix eius siccata, scillae modo concisa reponitur; decoquitur eadem ad crassitudinem mellis; suum tamen venenum ei est, traduntque, si praegnans radicem eam transgrediatur, abortum fieri.

68. Est et altera cyclaminos cognomine cissanthemos, ge- 116
niculatis caulibus, supervacuis, a priore distans, circa arbores se volvens, acinis hederae sed mollibus, flore candido, specioso, radice supervacua. Acini tantum in usu, gustu acri sed lenti; siccantur in umbra tunsique dividuntur in pastillos.

serpentes, θ V R T d. *serpentes est*, a β. — *bibitur e vino*, om. a.

§ 113. *Therionarca*, Barbar. *Theroniarca*, d. *Thenrumarca*, V. *Thenroniarca*, R. *Theonurcsa*, a. — *alia quam*, a. *aliquam*, V R. *aliqua*, d. — *foliis subviridibus*, a. *sub folis viribus*, V R d. — *cuicumque admota ferae*, R a. *vicumque admota ferae*, V. *ubicumque admota ferae est*, T d. *cuicumque admota fuerit ferae*, codd. Gel. *cuicumque admota fuerit*, K[1]. *et cuicumque admota ferae torporem*, K[2]. — *haec*, T d (codd. Gel.) *hac*, V R. *huic*, K. *Et haec* uti therionarca magica 24, 163. — *Persolata*, a. *Persolidata*, V R d. *Persolatam*, K. Ceterum v. Dioscor. 4, 105. — *Graeci*, V R K a d. *Graeci vero*, β γ.

§ 114. *pentes*, R. Ceterum v. Dioscor. 2, 193. — *inani*, a. *inane*, V R d. — *purpureus*, R.

§ 115. *a nostris*, θ V R a d. *nostris*, β. — *amuleum*, V R d. — *narrantque*, V d. *narrant quae*, R. *narrant*, a r γ. — *eius*, ita nos scripsimus. *et*, V R T d. Omitt. a β γ. *Eius* scribebatur *ei'*, quod in *et* transiit. — *concissa*, d. — *inest ei*, r. — *praegnas*, V. — *eam*, θ V R T. Omitt. a d β γ.

§ 116. *spacioso*, R. Ceterum v. Dioscor. 2, 194. — *acre*, V R. — *sed lenti*, V R a[2] d. *seclenti*, a[1]. — *tū si*, R. — *chamaecisus*, a. *chamaechisos*, d. *camechisos*, V R. — *necabantur*, V R a. *necantur*, a β γ.

§ 117. *prima*, V R a d. Ceterum v. Dioscor. 3, 82. — *laudatissimum*, V. *lau-*

69. Mihi et tertia cyclaminos demonstrata est, cognomine chamaecissos, uno omnino folio, radice ramosa, qua pisces necabantur.

70. Sed inter primas celebratur peucedanum, laudatissi- 117
mum in Arcadia, mox Samothrace. Caulis ei tenuis, longus, feniculo similis, iuxta terram foliosus, radice nigra, crassa, gravi odore, sucosa; gignitur in montibus opacis, foditur exitu autumni. Placent tenerrimae et altissimae radices; hae conciduntur in quaternos digitos osseis cultellis funduntque sucum in umbra, capite prius et naribus rosaceo perunctis ne vertigo sentiatur. Et alius sucus invenitur caulibus ad- 118
haerens incisisque manat; probatur crassitudine mellea, colore rufo, odore suaviter gravi, fervens gustu; hic in usu et radix et decoctum eius plurumis medicamentis, suco tamen efficacissimo qui resolvitur amaris amygdalis aut ruta bibiturque contra serpentis et ex oleo perunctos tuetur.

X. 71. Ebuli quoque quam nemo ignorat fumo fugantur 119
serpentes.

72. Privatim adversatur scorpionibus polemoniae radix vel adalligata tantum, item phalangio ac ceteris minoribus venenatis; scorpionibus aristolochia, agaricum obolis quattuor in vini mixti cyathis totidem, verbenaca et phalangio cum vino aut posca, item quinquefolium, daucum.

73. Verbascum Graeci phlomon vocant. Genera habet 120
prima duo: album in quo mas intellegitur, alterum nigrum in quo femina; tertium genus non nisi in silvis invenitur.

datissima, Rad. — *Caulis ei*, Gronov. *Caulis et*, VRa. *Caulis est*, δϑρφ. *Caulis est ei*, β. *Caulis*, Td. — *longus*, VRa. *et longus*, Td. — *foliosum*, Dalec. — *gravio*, V. — *gignitur*, VRad. *colligitur*, r. — *exito*, VR. — *automni*, V. *aut omni*, d. — *radice*, R. — *haec*, V. — *conciduntur*, a. *concidantur*, VRd. — *osseis*, a. *offensis*, θVRTd. — *funduntque*; in hac voce desinit h. l. cod. a, cui antiqua manus haec adscripsit: „*abhinc subsequentia desunt. videlicet unius folii sententiae de hoc XXV. libro.*" Rursus incipit in verbis *quidem parte corporis* § 141. — *capit*, V.

§ 118. *incisique*, VRd. — *probatur e*, VTd. *probaturae*, R. — *hic*, VRTd. *et hic*, βγ. — *plurimis*, θVRTd. *pluribus*, β. — *contra serpentes*, V. Omitt. Rd. — *oleo*, Rd. *eo leo*, V.

§ 119. *quam*, VRd. *quem*, βγ. Non raro autem Plin. nomini alicuius herbae generis masculini vel neutrius apponit pronomen relativum generis feminini per syncsim nominis *herba*; v. 25, 124. 171. 27, 111. coll. Ian. obss. crit. p. 23. — *fungatur*, R. — *adversantur*, d. — *polimoniae*, Vd. Ceterum v. Dioscor. 4, 8. — *ac*, Vd. *a*, R. — *adalligata*, θVR. *alligata*, dβ.

§ 120. *philomon*, VRd. Ceterum v. Dioscor. 4, 102. — *tertius*, d.

Sunt folia brassicae latiora, pilosa, caulis erectus, cubitali amplior, semen nigrum inutile, radix una crassitudine digiti. Nascuntur et in campestribus. Silvestri folia elelisphaci, alta, ramis lignosis.

74. Sunt et phlomides duae hirsutae, rotundis foliis, hu- 121
miles; tertia lychnitis vocatur, ab aliis thryallis, foliis ternis aut cum plurumum quaternis, crassis pinguibusque, ad lucernarum lumina aptis. Aiunt in foliis eius quam feminam diximus ficus omnino non putrescere. Distingui genera haec paene supervacuum est, cum sint omnia eiusdem effectus. Contra scorpiones bibitur radix cum ruta ex aqua, magna amaritudine sed effectu pari.

75. Thelyphonon herba ab aliis scorpion vocatur propter 122
similitudinem radicis cuius tactu moriuntur scorpiones; itaque contra eorum ictus bibitur. Scorpionem mortuum si quis helleboro candido linat, revivescere aiunt. Thelyphonon omnem quadripedem necat inposita verendis radice, folio quidem intra eundem diem, quod est simile cyclamino. Ipsa geniculata nascitur in opacis. Scorpionibus adversatur et Vettonicae sucus ac plantaginis.

76. Sunt et ranis venena, rubetis maxume, vidimusque 123
Psyllos in certamine patinis candefactis admittentis, ociore etiam quam aspidum pernicie. Auxiliatur phrynion in vino pota, — aliqui neurada appellant, alii poterion, floribus par-

folio, T. — *et in*, R. *in*, Vd. — *alelisphacia*, VRd.

§ 121. *plomides*, VRd. — *hirsuti*, Rd. — *humilis*, R. — *lycnitis*, VR. — *griallis*, Vd. *grialis*, R. — *foliis*, d. *floris*, VR. — *crassi*, R. — *rute*, R. — *effectu pari*, R. *effectu parit*, V. *effectum parit*, Td.

§ 122. *Thelyphonon*; conversa haec sunt ex Theophr. hist. plant. IX. 18, 2. coll. Dioscor. 4, 77. *Theligonon*, d. *Helygonon*, V. *th&ygonon*, R. — *liniat*, d. — *revivescere*, Rd. *reviviscere*, Vβ. — *Thelygonos*, VRd. — *cyclamino radice geniculatu*, K. — *Vetonicae*, VR. *Vectoniae*, d.

§ 123. *rubetis*, Barbar. *rubetinis*, d. *rultimis*, R. *ultimis*, V. — *candefactis*, V^2. *candefactas*, V^1Rd$\beta\gamma$. — *ociore — pernicie*; apparet Plinium dicere velle morsum rubetarum perniciosiorem etiam esse quam aspidum. Iam vero quaeritur, cui? Psyllisne ipsis, de quibus locum esse intelligendum verba *in certamine admittentes* docent? At hoc adversatur iis, quae cum alii scriptores permulti, tum ipse Plinius passim de vi Psyllorum omnibus serpentibus pestifera tradiderunt. Locus igitur, quem iam Schneider. ad Nicand. alexiph. p. 277. se non intelligere professus est, satis magna corruptela ex lacuna orta laborare videtur. — *Auxiliatur*, VRTd. *Auxiliatur eis*, $\beta\gamma$. — *phrynion*, Barbar. Td. *phyrion*, θVR. — *neurada*, Dioscor. 3, 15. *neuram*, d. *natura*, VR. — *poterion*, codd. Barbari. *potireton*, VR. *potirecton*, d. — *folibus*, R. — *parvum*, θVRd. — *olentibus*, V. *olentium*, Rd.

vis, radicibus multis, nervosis, bene olentibus, — 77. item 124
alisma quam alii damasonion, alii lyron appellant. Folia erant plantaginis, nisi angustiora essent et magis laciniosa convexaque in terram, alias etiam venosa similiter, caule simplici et tenui, cubitali, capite thyrsi, radicibus densis, tenuibus ut veratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus; nascitur in aquosis. Alterum genus eiusdem in silvis, nigrius, 125
maioribus foliis. Usus in radice utriusque adversus ranas et lepores marinos drachmae pondere in vini potu; lepori marino adversatur et cyclaminos. Veneni vim canis quoque rabidi morsus habent, contra quos erit cynorrodon, de quo diximus. Plantago ad omnis bestiarum morsus pota atque inlita prodest, Vettonica ex mero vetere.

78. Peristereos vocatur caule alto, foliato, cacumine in 126
alios caulis se spargens, columbis admodum familiaris, unde et nomen; hanc habentis negant latrari a canibus.

79. Proxuma his malis venena sunt quae sibimetipsi ho- 127
mines excogitant. Contra haec omnia magicasque artis erit primum illud Homericum moly, dein Mithridatia et scordotis et centaurium. Potu omnia mala medicamenta exigit per alvom Vettonicae semen in mulso aut passo vel farinae drachma in vini veteris cyathis IV; vomere cogendi atque iterum bibere. Iis qui cotidie gustent eam nulla nocitura mala medi- 128
camenta tradunt. Poto veneno aristolochia subvenit eadem

§ 124. *alisma*, Dioscor. 3, 159. *alcima*, VRd. — *damasonion*, Dioscor. *damasion*, VRd. — *erant plantaginis*, codd. Gel. *foliae plantaginis*, θV. *folia ę plantaginis*, R. *folia e plantagine*, Td. *folia ei plantaginis*, K. Vulgata egregie defenditur simillimis Plinii locis: *nec deerat — si liberet* 29, 29., *idem erat — nisi distingueretur* 29, 86., *erat — ni oporteret* 37, 16., *erat nisi esset* 18, 96. 21, 95. 144. 27, 23., *erat — nisi essent* 8, 120., *erat, ni conveniret* 12, 51., *erat, ni cogeret* 16, 1., *erat, nisi haberet* 20, 59., *erat, si haberet* 22, 81., *si minora essent, vitium poterant videri* 12, 38. — *venosa*, Barbar. VR. *venenosa*, d. — *simplici et*, Barbar. *simpliciter*, VRTd. — *atribus*, R.

§ 125. *eius*, d. — *Usus*, d. *In usus*, VR. — *vini potu*, Rd. *vini potum*, V. *vino potum*, T. — *lepore*, V. — *cyclaminus*, d. — *canis*, om. R. — *cynorhodum*, V. — *diximus* § 17. 18. — *ad*, V. *et ad*, θRTd. — *adque*, V. — *prodest*, V. Omitt. Rd. — *Vetonica*, R. *Vectonica*, d. — *ex mero*, d. *xemero*, VR. — *vetere*, θVRTd. *veteri*, β.

§ 126. *Peristereos*, Dioscor. 4, 60. — *alios caules*, Rd. *alio caule*, V (sed littera *s* erasa). — *haec*, V. — *necant*, R.

§ 127. *his*, VRd. *ab his*, β. — *Mithridatia*, VRd. *Mithridation*, βγ. — *et scordotis*; pro his vv. habent *descordotis* VR, *descordotes* d. — *sentarium*, VRd. — *male*, VR. — *exigi*, VR. — *farina*, VRd.

§ 128. *Iis*, R. *His*, Vd. — *nullam nocituram*, V.

mensura qua contra serpentis, quinquefoli sucus, agaricum, postquam vomuerint, denari pondere ex aquae mulsae cyathis tribus.

80. Antirrinum vocatur sive anarrinon lychnis agria, si- 129
mile lino, radice nulla, flore hyacinthi, semine vituli narium;
ex hoc perunctos venustiores fieri nec ullo malo medicamento laedi posse aut veneno, si quis in bracchiali habeat,
arbitrantur magi; 81. similiter ea quam eucleam vocant tra- 130
duntque ea perunctos conmendatioris esse famae. Artemisiam quoque secum habentibus negant nocere mala medicamenta vel bestiam ullam, ne solem quidem. Bibitur et haec ex vino adversus opium; adligata privatim potens traditur potave adversus ranas.

82. Pericarpum bulbi genus est. Duae eius species: cor- 131
tice rubro alterum, alterum nigro papaveri simile, sed vis maior quam priori, utrique autem excalfaciendo; ideo contra cicutam datur, contra quam et tus et panaces, Chironium praecipue; hoc et contra fungos.

XI. 83. Verum et generatim membratimque singulis cor- 132
porum morbis remedia subtexemus orsi a capite. Alopecias emendat nymphaeae Heracliae radix, si una tritae inlinantur. Polythrix distat a callitriche, quod iuncos albos habet et folia plura maioraque; frutice quoque maior est; defluentem ca-

qua, V d. *q'*, R. — *agricum*, V R. — *vomuerint*, d. *vomerint*, R. *moverint*, V.

§ 129. *Antirrhinum*, V R d. *Antirrhinon*, *βγ*. — *anarrinon*, Barbar. ex Dioscor. 4, 131. *perarinon*, V d. *perari n̄*, R. — *lygnis*, V. *lignis*, R. *ignis*, d. *sive lychnis*, Barbar. *βγ*. — *acria*, d. — *simile*, V R d. *similis*, *βγ*. — *ex hoc*, R T d. *et hoc*, V *βγ*. — *veneno*, d. Omitt. V R. — *brachiali abeat*, V[2]. *brachia libeat*, V[1] R d[1]. *brachia habeat*, d[2].

§ 130. *eucleam*, Dalec., Salmas. de hyle prolegg. p. 25. et Schneider. ad Theophr. hist. plant. IX. 18, 2. *eupliam*, V R *γ*. *eupiliam*, T d. *eupleam*, *β*. Plin. ex verbis Theophrasti: *καὶ τὰ περὶ τῆς εὐκλείας δὲ καὶ εὐδοξίας ὁμοίως ἢ καὶ μᾶλλον· εὔκλειαν γάρ φασι ποιεῖν τὸ ἀντίρρινον καλούμενον*, ridiculo sane, sed non hoc tantum loco admisso errore plantam aliquam finxit. Ad Plinium defendendum multa moliuntur Hard. et Broter. — *vocant tradi; namque ea*, K. — *traduntque ea*, d. *traduntque eaque*, R. *tradunt eaque*, V K. — *perunctos*, V R T d. *perunctas*, *β*. — *vel bestiam*, V R. *bestiamve*, d *βγ*. — *solem*, V[1] d. *solam*, V[2] R. — *algam*, V R d. — *et raditur*, V. — *potave*, V R. *pota*, T d.

§ 131. *papaveri*, d. *papaveris*, V. *papavere*, R. — *excalfaciendo*, V R. *excalefaciendo*, d. *excalfaciendi*, *βγ*. — *datur*, V R d. *dantur*, *βγ*.

§ 132. *Verum et*, V d. *Et verum et*, R. — *nymphaeae Heracliae*, ita nos scripsimus ex indice libri 1. *nymphaeae lacitae*, *θ*. *nymphea elacitae*, V R. *nymphae lacite*, T d. *nymphaeae et cicutae*, *β*. *nymphaeae et Heracliae*, *γ*. — *si una*; pro his vv. habent *siveva* V[1] R d, *sive* V[2]. Quid hic lateat, non liquet; locum vero graviter esse corruptum verba quoque *tritae inlinantur* docent, quae de duobus

pillum confirmat et densat; 84. item lingulaca circa fontis 133
nascens cuius radix conbusta teritur cum adipe suis nigrae; id quoque excipitur ut eius sit suis quae numquam peperit; sol deinde plurumum confert inlitae. Similis usus est cyclamini radicis. Porriginem veratri radix tollit in oleo decocta
vel in aqua. Capitis dolori medetur panacis omnium gene- 134
rum radix in oleo contrita, aristolochia, iberis adalligata hora vel diutius, si pati possit, comitante balinei usu; medetur et daucum; purgat autem cyclaminos cum melle in naris addita et ulcera capitis sanat inlita; medetur et peristereos.

85. Cacalia sive leontice vocatur semen margaritis minutis 135
simile dependens inter folia grandia, in montibus fere; huius grana quindecim in oleo macerantur atque ita adverso capillo caput unguitur.

86. Fit et ex callitriche sternumentum; folia sunt lenticulae, caules iunci tenuis similes, radice minuma; nascitur opacis et umidis, gustatu fervens.

87. Hysopum in oleo contritum phthiriasi resistit, pruri- 136
gini in capite, est autem optumum Cilicium e Tauro monte, dein Pamphylium ac Zmyrnaeum, stomacho contrarium; purgat cum fico sumptum per inferna cum melle vomitionibus; putant et serpentium ictibus adversari tritum cum melle et sale et cumino.

remediis sibi iunctis agi ostendunt. Nihil iuvat Dioscor. 3, 138., qui haec habet: *ἀλωπεκίας τε σὺν πίσσῃ ἐπιτεθεῖσα ἰᾶται.* — *Polythrix*, Hard. e codd. *Polytria*, VRd (vet. cod. Salmas. exerc. p. 913. a. C.) *Polytricha*, *β*. *Polytriche*, Dalec. — *callitriche*, *θ*d. *callitrice*, R (cod. Salmas.) *callitricae*, V. *callitricha*, *β*.

§ 133. *lingulaca*, Va in indice libri 1. *ligulata*, Vd. *ligulatia*, R. — *radix*; post h. v. habent *admixta* VRd*βγ*, quod recte delet Pint. *cuius radix comb. ter. cum admisto adipe*, K. — *adipe*, d. *adipem*, V. *apem*, R. — *sit suis*; pro his vv. habent *suis* Td, *vis* VR. — *subinde*, K. — *Porriginem*, Rd. *p ̆rriginem*, V. — *oleum*, VRd.

§ 134. *hiberis*, VRd. *et iberis*, *βγ*. — *balnei*, d. — *usus*, VR. — *cyclamenos*, VR. *cyclamenus*, d. Ceterum v. Theophr. hist. plant. IX. 9, 3.

§ 135. *Cacalia*, Barbar. *Calcalla*, *θ*VR. *Calcala*, d. Ceterum v. Dioscor. 4, 121. — *leontice*, V (codd. Barbari). *leantice*, *θ*Rd. — *unguitur*, d. *ungitur*, VR*βγ*. — *sternumentum*, *θ*VRd. *sternutamentum*, *β*. — *lenticulae*, *θ*VTd. *lenticulae similia*, *β*. — *coles*, R. — *iunci tenuis similes*, Td. *iunci tenuissimis*, R. *iuncis tenuissimis*, V*β*. — *opacis*, VRd. *in opacis*, *βγ*; v. ad 33, 16.

§ 136. *Hysopum*, R. *Hyssopum*, Vd*βγ*. — *thyriasi*, VR. — *prurigini*, VRd. *et prurigini*, *βγ*. — *ac*, Vd. *a&*, R. — *Zmyrnaeum*, VR. *Smyrnaeum*, d*βγ*. — *stomaco*, VR (semper). — *per inferna*, *βιβρώσκεται δὲ καὶ μετὰ χλωρῶν σύκων λείων πρὸς ὑπαγωγὴν κοιλίας*, Dioscor. 3, 27. *per in farina*, VR. //// *in farina*, d. *in farina*, T. — *vomitionibus* — *melle*, omitt. VR.

88. Lonchitis non, ut plerique existumaverunt, eadem est 137
quae xiphion aut phasganion, quamquam cuspidi similis se-
mine; habet enim folia porri rubentia ad radicem et plura
quam in caule, capitula personis comicis similia parvam ex-
serentibus linguam, radicibus praelongis; nascitur in sitien-
tibus; 89. e diverso xiphion et phasganion in umidis; cum 138
primum exit, gladi praebet speciem, caule duum cubitorum,
radice ad nucis abellanae figuram fimbriata, quam effodi ante
messis oportet, siccari in umbra. Superior pars eius cum
ture trita, aequo pondere admixto vino, ossa fracta capite
extrahit aut quidquid in corpore suppurat vel si calcata sint
ossa serpentis, eadem contra venena efficax. Caput in dolore 139
veratro in oleo vel rosaceo decocto tritoque ungui convenit,
peucedano ex oleo vel rosaceo et aceto; tepidum hoc prodest
et doloribus qui plerumque ex dimidia parte capitis sentiun-
tur et vertigini. Perungunt et radice eius sudoris causa eli-
ciendi, quoniam caustica vis ei est.

90. Psyllion alii cynoides, alii crystallion, alii Sicelicon, 140
alii cynomyiam appellant, radice tenui, supervacua, sarmen-
tosum, fabae granis in cacuminibus, foliis canino capiti non
dissimilibus, semine autem pulici, unde et nomen; hoc in
bacis, ipsa herba in vineis invenitur. Vis ad refrigerandum

§ 137. *exiphio*, VR. *et xiphio*, d. Ceterum v. Dioscor. 3, 151. — *pasganion*, Rd. *sparganion*, θV. — *enim*, VRd. *autem*, K. — *caulum*, VRd. — *exherentibus*, V.

§ 138. *xiphion*, Vd. *exyphyion*, R. Ceterum v. Dioscor. 4, 20. — *pasganion*, d. *prasganion*, V. *parsganion*, R. — *exigit*, V. — *glaidi*, V^2. — *radice*, RTd. *radicis*, Vβγ. — *abellanae*, V. *avellanae*, Rdβγ. — *fimbriata*, Vd. *fimbriatae*, Rβγ. *fibratae*, K. — *messem*, Td. — *turae tritae quo pondere*, V. — *capite*, VR. *e capite*, dβγ. — *quicquid*, VRd. *si quid*, βγ. — *si*, d. *sic*, VR. — *sint*, VRd. *sunt*, βγ. — *ossa carpentis*, K^1, quod Dalec. recte praefert. *ossa. Serpentis eadem*, K^2.

§ 139. *in oleo*, VRTd. *vel oleo*, βγ. — *ex oleo*, Rd. *et oleo*, V.

§ 140. *Psyllion*, Dioscor. 4, 70. *Spyllion*, θVRd. — *ali*, V. — *cynoides*, V in indice libri 1. *cynoida*, θVRd. — *chrysalion*, θVRd. — *Sicelicon*, codd. Hard. *Sicilicon*, θVRd. *Sicelion*, β. — *cynomyiam*, codd. Barbari. *cynomia*, d. *cylomya*, R. *cylompa*, V. *cilom.pa*, θ. — *tenue*, R. — *sermentosum*, V. — *granis*, d. *grane*, V^{1}R. *grania*, V^2. — *floribus*, codd. Barbari. — *canino*, d. *caenino*, V. *cecino*, R. — *pulici*, Vd (codd. Barbari). *piluci*, R. — *Vis*, VRd. *Vis ei*, βγ. — *in capitis dolore*, K. — *et rosaceo*, VR. *aut rosaceo*, Td^2. Om. d^1. — *ad cetera inlinitur*; haec verba vulgo βγ ad sequentia referuntur, ita ut ab iis nova periodus incipiat. Nos scriptura verborum sequentium emendata illa ab iis seiunximus.

§ 141. *sextari*, V. *in sextario aquae*, Cornar. ad Dioscor. 4, 60. — *aquae maceratum*, K. — *densata*, VRd. *densat ac*, β. *densat se ac*, Cornar. γ. —

et discutiendum ingens. Semen in usu; fronti inponitur in
dolore et temporibus ex aceto et rosaceo aut posca; ad ce-
tera inlinitur. Acetabuli mensura sextario aquae densata con- 141
trahitur; tunc terere oportet et crassitudinem inlinere cui-
cumque dolori et collectioni inflammationique. Volneribus
capitis medetur aristolochia fracta extrahens ossa et in alia
quidem parte corporis sed maxume capite; similiter plisto-
lochia. Thryselinum est non dissimile apio; huius radix con-
manducata purgat capitis pituitas.

XII. 91. Oculorum aciem centaurio maiore putant adiu- 142
vari, si addita aqua foveantur, suco vero minoris cum melle
culices, nubeculas, obscuritates discuti, cicatrices extenuari,
albugines quidem etiam iumentorum sideritide; nam cheli-
donia supra dictis omnibus mire medetur. Panacis radicem
cum polenta epiphoris inponunt; hyoscyami semen bibunt
obolo, tantundem meconi adicientes vinumque ad epiphoras
inhibendas; inungunt et Gentianae sucum quem collyriis quo-
que acrioribus pro meconio miscent. Facit claritatem et eu- 143
phorbeum inunctis; instillatur plantaginis sucus lippitudini.
Caligines aristolochia discutit; iberis adalligata capiti cum
quinquefolio epiphoras et si qua in oculis vitia sunt emendat.

contrahitur, ita nos scripsimus. *contrahit*, VRdβγ. Subiectum verbi est *mensura*. *δεῖ δὲ ὀξυβάφου πλῆθος λειαίνοντας βρέχειν ἐν δυσὶν ὕδατος κοτύλαις καί, ὅταν παγῇ τὸ ὕδωρ, ἐπιπλάττειν*, Dioscor. — *terere oportet*, Vd. *terre oportet*, R. *terere*, βγ. — *inlinere*, V. *illinire*, Rd. *illinire oportet*, βγ. — *Vulneribus*, VRd. *Et vulneribus*, βγ. — *aristolochia*, VRd. *et aristolochia*, β. — *quidem parte corporis*; hinc rursus incipit cod. a. — *pistolochia*, β. — *Thryselinum*, Barbar. *Rhysellium*, V. *Rhisellium*, R. *Rhyssellium*, adγ. *Tiselium*, codd. Barbari. *Thysselium*, β. „Thryselinon aut simile aliquid scribendum, quia non dissimile est apio, quod Graeci selinon appellant; *θρύον* vero folium fici quidem maxime, sed et aliarum quoque stirpium quandoque", BARBAR. Haec cum in universum sint recte disputata, in eo tamen Harduin. verum vidisse videtur, quod de *θρύῳ* i. e. iunco cogitandum statuit.

§ 142. *iuvari*, d. — *addita aqua*, a. *addito aqua*, R. *addito aquae*, VTd. — *minoribus*, VRad. — *obscuritates*, T. *obscuritatis*, VRd. *obscuritati*, a. *obscuritatem*, βγ. — *sideritide*, θVRTd. *si detur rite*, ar. *sideriti*, βγ. — *nam*, θVRTad. *iam*, βγ. — *radicem* et *imponunt*, θTad. *radice* et *imponunt*, VR. *radix* et *imponitur*, βγ. — *bibunt*, a. *ebibunt*, d. *et bibunt*, VR. Ceterum v. Dioscor. 4, 69. — *meconia*, Vd. — *adiicientes*, ad. *adiacentes*, VR. — *inhibendas; inungunt*, Td. *inhibendas iniungunt*, a. *inhibenda sint ungunt*, VR. — *suco*, VR. — *quem*, VRa. *q*, d. *quoque*, T. — *colliris*, V. — *quoque*, θVR. Omitt. adβ. — *pro*, VRad. *cum*, K. At v. Dioscor. 3, 3.

§ 143. *euphorbeum*, Vd. *euphorbium*, Raβγ. — *lippitudinis*, d. *lippitudinem*, a. — *cum quinquefolio*; pro his vv. habent *quinquefoliorum* VR, *quinquefolium* ad.

Verbascum epiphoris inponitur, peristereos ex rosacco vel
aceto. Ad hypochysis et caliginem cyclaminon in pastillos
diluunt, peucedani sucum, ut diximus, ad claritatem et cali-
gines cum meconio et rosaceo. Psyllion inlitum fronti epi-
phoras suspendit.

XIII. 92. Anagallida aliqui corchoron vocant. Duo genera 144
eius: mas flore poeniceo, femina caeruleo, non altiores palmo,
frutice tenero, foliis pusillis, rotundis, in terra iacentibus;
nascuntur in hortis et aquosis; prior floret et caerulea. Utrius-
que sucus oculorum caliginem discutit cum melle et ex ictu
cruorem et argema rubens, magis cum Attico melle inunctis.
Pupillas dilatat et ideo hac inunguntur ante quibus para-
centesis fit. Iumentorum quoque oculis medentur. Sucus caput
purgat per naris infusus ita ut deinde vino conluatur; bibi-
tur et contra anguis suci drachma in vino. Mirum quod fe- 145
minam pecora vitant; at si decepta similitudine, — flore enim
tantum distant, — degustavere, statim eam quae asyla appel-
latur in remedia quaerunt; ea a nostris ferus oculus vocatur.
Praecipiunt aliqui effossuris ante solis ortum priusquam quic-
quam aliud loquantur salutare eam, sublatam exprimere; ita
praecipuas esse viris. De euphorbeae suco satis dictum est.

Hae codicum scripturae locum interpolatum esse docent, et vix dubito, quin Plinius *Caligines aristolochia discutit, item iberis adalligata capiti. Quinquefolium epiphoras* scripserit. — *epiphoris*, a. — *ex*, V a d. *et*, R. — *hypochysis*, a. *ypocisis*, V R d. *hypochysin*, β γ. Ceterum v. Dioscor. 3, 193. — *cyclamini pastillos*, V T d. *cyclamen in pastillos*, a. *cyclam̄ i pastillos*, R. *digestum in pastillos*, K. — *diximus* § 118. — *Spilion*, θ V R a. *Spyllion*, d. — *inlitum*, V d. *illinitum*, R a β γ. — *suspendat*, V[1].

§ 144. *Anagallida*, a. *Anacallida*, V R d. — *corchoron*, Dioscor. 2, 209. *acorum*, θ V R d. *acoron*, a. *acaron*, r. — *poeniceo*, V. *phoeniceo*, R a d β γ. — *fructice*, R. — *teneri*, V. — *pussillis*, V. — *in terra iacentibus*, V R a. *interiacentibus*, T d. *in terra iacentibus cauliculis*, r. — *floret et*, R. *floret*, V a d β γ. — *icto*, V R. — *cruorum*, V. — *rubentis*, K. — *inunctis*, V a d. *inuntis*, R. *inunctus*, K. — *hac*, θ V R d. *huc*, a. *hoc*, β γ. — *colluatur*, a d. *colatur*, V R. *colluantur*, K. — *dracuma*, R.

§ 145. *feminam pecora*, d. *femina pecora*, V R a. *pecora feminam*, β γ. — *vivant*, a. — *aut*, V R a d. — *decapta*, R. — *simílitudinem*, V R. — *marem degustavere*, K. — *eadem quae asyla*, a. *eademq; casula*, R. *eädem quae casula*, d. *moriunt eademque casula*, V (sed *moriunt* in fine lineae alia manus addidisse videtur). — *remedia*, V R T a d. *remedio*, β γ. — *ea*, V. Omitt. R a d. — *feris oculis*, V R a d. — *vocantur*, V R. — *loquantur*, V R a d. *agant*, r. *aiant*, Dalec. — *salutare*, V R a d. *ter salutare*, β γ. — *eum*, a. — *sublatam*, V R a d. *tum sublatam*, β γ. — *esse*, R a d. *has esse*, V. — *euphorbeae suco*, θ V R d. *euphorbae suco*, a. *euphorbii succo*, T γ. *euphorbio succo*, r. *euphorbio*, β. — *dictum est* § 78. — *Lippitudini*, θ V R T a d r. *cuius succus lippitudini*, β. — *tumor erit*, θ R T a d. *tumores*, V (sed duabus litteris post h. v. erasis). *tumor est*, *detur*, r. — *absin-*

Lippitudini, si tumor erit, apsinthium cum melle tritum, item Vettonicae farina conveniet.

93. Aegilopas sanat herba eodem nomine, quae in hordeo 146
nascitur, tritici folio, semine contrito cum farina permixta inpositaque vel suco; exprimitur hic e caule foliisque praegnantibus, dempta spica, et in trimestri farina digeritur in pastillos.

94. Aliqui et mandragora utebantur; postea abdicatus est 147
in hac curatione. Epiphoris, quod certum est, medetur et oculorum dolori radix tunsa cum rosaceo et vino; nam sucus multis oculorum medicamentis miscetur. Mandragoran alii Circeon vocant. Duo eius genera: candidus qui et mas, niger qui femina existumatur, angustioribus quam lactucae foliis, hirsutis et caulibus, radicibus binis ternisve nigris foris, intus albis, carnosis tenerisque, paene cubitalibus. Ferunt 148
mala abellanarum nucum magnitudine et in his semen ceu pirorum; hoc album alii arsena, alii morion, alii hippophlomon vocant. Huius folia alba, alterius latiora ut lapathi sativae. Effossuri cavent contrarium ventum et tribus circulis ante gladio circumscribunt; postea fodiunt ad occasum spectantes. Sucus fit et e malis et caule, deciso cacumine, et e

thium, θVRTad. *aut absinthium*, r. *item absinthium*, β. — *item*, a. *item cum*, θVRTd. *itemque*, β. — *Vetonicae*, VR. — *farinam*, VR. — *convenit*, r.

§ 146. *Aegilotas*, R. *Aegilota*, Vd. *Aegilata*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 137. — *permisto impositoque*, K. — *et cum trimestris*, K.

§ 147. *mandragora*, VRTad. *mandragorae*, β. Ceterum v. Dioscor. 4, 76. — *est in*, ad. *et in* VR. *in*, βγ. — *curatione*, VRad. *curatione est*, βγ. — *iusa*, VR. — *medicamentis miscetur*, ad. *medicetur*, V[1]R. *medicatur*, V[2]. — *Mandragoran*, a. *Mandragora*, d. *Mandragon*, VR. *Mandragoram*, βγ. — *Circeon*, Td. *Circeo*, VR. *Circaeo*, a. *Circeium*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 65. β. *Circaeum*, γ. *Circaeam*, Pint. — *candidis*, V[2]. — *qui femina*, θVRKad. *quae femina*, β. — *quam lactucae foliis*, VRad. *foliis quam lactucae*, βγ. — *et caulibus*, VRad. *aequalibus*, K. — *ternisve nigris foris*, Barbar. ex Dioscor. addicente Murbac. *ternisve rufulis*, Raβγ. *ternisve rofolis*, V. *ternis vero foliis*, d. *ternisque foliis*, codd. Barbari.

§ 148. *in his*, θVRd. *in iis*, K. *is*, a. *iis*, β. — *hoc album*, ita nos scripsimus. *hoc albo*, VRad. *album hoc*, βγ. Ceterum non diffiteor adiectivum *albo* vel *album* suppositicium mihi videri, repugnans usui Pliniano et ortum vel ex dittographia corrupta sequentis *alii* vel ex *alba* infra sequente. — *arsena*, a. *assena*, R. *assen*, V. *arsen*, dβ. — *morion*, a (Murbac.) *modrion*, Rd. *mdrion*, V. — *hippophlomon*, a. *hypophlomon*, Murbac. *hippoplomum*, VRd. *hipporomon*, r. — *alterius*, VRad. *quam alterius*, βγ. — *lappati*, VRd. — *Effossuri cavent*, VRd. *Et fossura cavent*, a. *Cavent effossuri*, βγ. — *gladio*, a. *gladios*, VRd. Ceterum haec sunt sumpta ex Theophr. hist. plant. IX. 8, 8. — *circumscribitur*, R. — *postea*, ad. *folia postea*, VR. — *caule deciso*, VRad. *foliis praeciso*, K. — *et e*, VRTd. *et*, aβγ.

radice punctis aperta aut decocta; utilis haec vel surculo,
concisa quoque in orbiculos servatur in vino. Sucus non ubi- 149
que invenitur sed, ubi potest, circa vindemias quaeritur;
odor gravis ei, sed radicis et mali gravior. Mala matura in
umbra siccantur; sucus ex his sole densatur, item radicis
tunsae vel in vino nigro ad tertias decoctae. Folia servantur
in muria efficacius, alias recentium sucus pestis est; sic quo-
que noxiae vires. Gravedinem adferunt etiam olfactu, quam- 150
quam mala in aliquis terris manduntur; nimio tamen odore
obmutescunt ignari, potu quidem largiore etiam moriuntur.
Vis somnifica pro viribus bibentium; media potio cyathi unius.
Bibitur et contra serpentis et ante sectiones punctionesque
ne sentiantur; ob haec satis est aliquis somnum odore quae-
sisse. Bibitur et pro helleboro duobus obolis in mulso; effi-
cacius helleborum ad vomitiones et ad bilem nigram extra-
hendam.

95. Cicuta quoque venenum est, publica Atheniensium 151
paena invisa, ad multa tamen usus non omittendi. Semen
habet noxium, caulis autem et viridis estur a plerisque et
in patinis; levis hic et geniculatus ut calami, nigricans, altior
saepe binis cubitis, in cacuminibus ramosus; folia coriandri
teneriora, gravi odoratu, semen aneso crassius, radix con-

vel surculo, Barbar. a. *velut surculo*, VRd. *velut succus*, r. — *in vino*, Theophr. hist. plant. IX. 9, 1. ἐν γλεύχει.

§ 149. *ei sed*, r. *eius et*, VRad. *eius sed*, β. — *Mala*, Murbac. *Et alvum mala*, VRd. *Ex albo mala*, aβγ. — *matura*, Vad. *tura*, R. — *his*, ad. *hys*, V. *iis*, Rβγ. — *radice tusa*, K. — *ad*, om. a. — *decoctae*, a (Murbac.) *decoctum*, VRTd. *decocta*, K. — *muria*, a. *muri*, VRd. — *alias recentium*, Barbar. *albus rore tantum*, VRad. *alias rorantium*, altera Barbari coniectura. Sed neutra Barbari suspicione locus insanabiliter corruptus restituitur; exspectandi sunt meliores codices. — *succus*, Barbar. a. *sucum*, VRd.

§ 150. *Gravidinem*, V. — *adferunt etiam*, Vad. *etiam adferunt*, Rγ. — *olfacto*, V[1]Rd. — *quam*, Vd. — *mola*, d. — *aliquis*, VRa. *aliquibus*, d (codd. Gel., Murbac.) βγ. — *manduntur*, θVRTad. *mandantur*, Murbac. β. — *ignari*, delet Pint. — *potu*, a. *poto*, d. *potae*, V. *pote*, R. — *ustionesque*, Pint. — *nec*, V[2]. — *sentiantur*, a. *satiantur*, VRd. — *aliquis*, VR. *aliquid*, d. *aliqui*, a. *aliquibus*, βγ. — *somnium*, VR. — *et pro*, VRd. *et contra serpentes et pro*, a (v. paulo supra). — *elleboro — efficacius*, Vad. Om. R. — *mulso*, *efficaciusque est quam elleborum*, K. — *ad bilem*, Vad. *bilem*, R.

§ 151. *estur a*, Vad (codd. Barbari). *est urat*, R. *caulis autem eius et viridis estur*, Barbar. Ceterum v. Dioscor. 4, 79. — *patinis*, VR. *pastinis*, d. *platanis*, a. — *geniculatus ut*, ad. *geniculatis et*, VR. — *nigricans altior*, a. *nigro tonsolatiore*, V. *nigro onsolatiore*, R. *nigriconsaltiore*, d. — *cacumine*, Td. — *folia coriandri*, Vad. *foliandri*, R. — *teneriora*, Ra. *teneriore*, V. *tenuiore*, d. — *gravidi*, R. —

cava, nullius usus. Semini et foliis refrigeratoria vis; sic et
necat; incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio 152
est; priusquam perveniat ad vitalia, vini natura excalfactoria;
sed in vino pota inremediabilis existit. Sucus exprimitur fo-
liis floribusque; tum enim maxume tempestivos est; semine
trito expressus et sole densatus in pastillos necat sanguinem
spissando; haec altera vis et ideo sic necatorum maculae in
corporibus adparent; ad dissolvenda medicamenta utuntur illo
pro aqua. Fit ex eo et ad refrigerandum stomachum ma- 153
lagma; praecipuus tamen est ad cohibendas epiphoras aesti-
vas oculorumque dolores sedandos circumlitus; miscetur col-
lyriis et alios omnis rheumatismos cohibet; folia quoque
tumorem omnem doloremque et epiphoras sedant. Anaxilaus 154
auctor est mammas a virginitate inlitas semper staturas; quod
certum est, lac puerperarum mammis inposita exstinguit ve-
neremque testibus circa pubertatem inlita; remedia quibus
bibenda censetur non equidem praeceperimus. Maxuma vis
natae Susis Parthorum, mox Laconicae, Creticae, Asiaticae,
in Graecia vero Megaricae, deinde Atticae.

96. Crethmos agrios gramias tollit oculorum inpositus, tu- 155
morem quoque polenta addita.

aneso, V. *aniso*, Radβ. — *candidius*, Pint. — *radice*, r. — *nulli*, d. — *sic et necat*, VRTd. *ci et necat*, a. *cito necat*, r. *quae si enecat*, β. *quae si necat*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 57. *quos enecat*, Pint. γ. — *algeri*, VRad.

§ 152. *perveniat ad vitalia*, θVr. *ad vitalia perveniat*, RTad. *perveniatur ad vitalia*, β. — *ruta*, VR. — *existit*, θVRTd (Murbac.) *existimatur*, a$\beta\gamma$. — *tum*, VRad. *tunc*, $\beta\gamma$. — *tempestivus est*, a. *tempestivus est melior*, θVRTd (Murbac.) — *pastillos*, d. *pastillo*, VRa. — *necad*, V. — *sanguinem*, VTdr. *sanguinē*, R. *sanguine*, a$\beta\gamma$. — *altera vis*, VRd. *alterius*, a. — *necaturo*, d. — *dissolvenda*, VRTadr. *resolvenda*, $\beta\gamma$. — *cum aqua*, K.

§ 153. *ex eo et*, VRTd. *ex eo ē*, a. — *ac*, θ. — *tamen est*, VR. *tamen*, ad$\beta\gamma$. — *aestuosas*, K. — *circumlitus*, a. *circumlitum*, VRd. — *alios* corruptum est et mutandum in *alias* i. e. praeterea; v. ad 13, 112. — *epiphoras*, a. *epiphoram*, V. *epiforā*, Rd. *epiphoran*, θ.

§ 154. *mammas auctor est*, a. — *in virginitate*, K. — *stare*, T. — *extinguit*, a. *extingunt*, VRd. — *venerem*, a. — *et circa pubem*, K. — *remedia*, VRd. *remedia libertate*, a. *remedia liberationi*, $\beta\gamma$. — *bibenda*, VRad. *mox bibenda*, β. — *vis*, omitt. VRad. At Plinius h. l. non loquitur de cicutae remediis, sed de ipsa cicuta, quod et tota loci ratio ostendit et Dioscoridis verba ἐνεργέστατον δέ ἐστι (τὸ κώνειον) comprobant. Ut tamen codicum scripturae suum reddatur, scribendum videtur *Vis maxuma*, voce *Vis* per ultimas litteras proximi verbi absorpta. — *nata*, d. — *Susis*, Theophr. hist. plant. IX. 15, 8. 16, 8. *suis*, VRad. *finibus*, Murbac. — *Asiaticae*, Rad. *Asiricae*, V. *Assyriacae*, T. *ac Cilissae*, Pint. — *Megaricae*, a. *negaticae*, VRd.

§ 155. *Cremnos*, Vad. *Crēnos*, R. — *agrion*, d. — *gramias*, Barbar. *gremias*, θVRad.

97. Nascitur volgo molybdaena id est plumbago etiam in arvo, folio lapathi, crassa radice, hispida; hac conmanducata si oculus subinde liniatur, plumbum, quod genus viti, ex oculo tollitur.

98. Capnos prima, quam pedes gallinacios vocant, nascens in parietinis et saepibus, ramis tenuissimis sparsisque, flore purpureo, viridis, suco caliginem discutit; itaque in medicamenta oculorum additur.

99. Similis et nomine et effectu sed alia est capnos fruti- 156
cosa, praetenera, foliis coriandri, cineracei coloris, flore purpureo; nascitur in hortis et segetibus hordeaciis. Claritatem facit inunctis oculis delacrimationemque ceu fumus, unde nomen; eadem evolsas palpebras renasci prohibet.

100. Acoron iridis folia habet, angustiora tantum et lon- 157
giore pediculo, radices nigras minusque venosas, cetero et has similis iridis, gustu acris, odore non ingratas, ructu facilis. Optumae Ponticae, dein Galaticae, mox Creticae, sed plurumae in Colchide iuxta Phasim amnem et ubicumque in

Nescitur, R. — *molybena*, VRad. — *in arvo*, a. *martio*, VRd. — *folio*, VRad. *folia*, β. — *radice*, omitt. VRTad. — *oculus*, Rad. *oculos*, V. *oculis*, r. — *liniatur*, codd. Gel. *lingatur*, VRTd. *elingatur*, aβγ. *religatur*, r. *illinatur* vel *alligetur*, Dalec. — *quod*, VR. *quod est*, adβγ. — *Capnostruna*, VR. *Capnostruma*, d. *Capnostrum a*, a. — *gallinacios*, Vd. *gallinatios*, R. *gallinaceos*, aβγ. — *saepibus*, VRd. *seminibus*, a. — *dicutit*, R.

§ 156. *Similis et*, ad. *Simili ē*, R. *Simile est*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 108. — *flore purpureo*, ad. *flores ei purpureo*, R. *flos ei purpureus*, V ex emendatione. — *segitibus*, VR. — *hordeacis*, VR. — *ceu*, a. *seu*, VRd. — *nomen accepit*, r.

§ 157. *Acoron*, θVRTad. *Acoros*, β. Ceterum v. Dioscor. 1, 2. — *iridis*, VR. *idis*, a. *viridis*, d. — *tantum et*, VRd. *et tantum*, a. *tamen et*, K. — *iridis*, a. *ederis*, θVRd. *heredis*, T. — *ruptu*, K[1]. *erutu*, K[2]. — *Ponticae, dein Galaticae*; pro his vv. habet *daspetiace. galacia* V, *daspetice galatię* d, *daepetiace galatia* R, *despe//ie galatia* a, *de specie galatia* cod. vetus ap. Salmas. de hyle p. 36. b. D. Verum quidem est statim infra Ponticas commemorari, item tamen intelligi vix potest, quomodo mirae illae codicum scripturae ex *Ponticae* oriri potuerint, quo et illud gravissimum accedit, quod in nullo codice *dein* invenitur et praeterea in plerisque iisque optimis *Galatia* neque *Galaticae* legitur. Iam Dioscorides ait: *τοιοῦτον δ' ἔστι τὸ ἐν Κολχίδι καὶ ἐν Γαλατίᾳ σπλήνιον λεγόμενον*, ubi Sprengel. ex codice optimo Constantinopolitano *σπλήνιον* recepit, cum in omnibus edd. vett. *ἀσπλέτιον* vel *ἀσπλήτιον* legatur. Haec scriptura cum a codicibus, potissimum Vd proxime absit, vix dubito, quin Plinius, qui in fontibus suis illam scripturam nunc a Sprengelio, nescio annon iure, reiectam invenerat, scripserit *optimae aspleticae e Galatia* ex nomine herbae nomen oppidi alicuius vel regionis fingens, quales ridiculos errores iam aliis locis apud Plinium deprehendimus; v. ad 12, 7. 21, 67. Ponticae vero infra commemoratae et de Colchicis et de Galaticis sunt intelligendae; Colchis quondam Mithridati paruit (Appian. Mithrid. 64.), de Galatia certe Iustin. XXXVII. 4, 6. id tradit. — *plurimae*, θVRd. *primae*, aβγ. — *Phasim*, d. *Phassim*, V. *Phasin*,

aquosis. Recentibus virus maius quam vetustis; Creticae candidiores Ponticis; siccantur utribus in umbra digitalibus frustis. Nec non inveniuntur qui oxymyrsinae radicem acoron 158
vocant, ideoque quidam hanc acorion vocare malunt. Vis ei ad calefaciendum extenuandumque efficax, contra subfusiones et caligines oculorum, suco eiusdem poto contra serpentis.

101. Cotyledon parvola herba est in cauliculo tenero pu- 159
sillo, folio pingui, concavo ut coxendices; nascitur in maritimis petrosisque viridis, radice olivae modo rotunda; oculis medetur suco. Est aliud genus eiusdem sordidis foliis, latioribus densioribusque circa radicem velut oculum cingentibus, asperrimi gustus, longiore caule sed pergracili; usus ad eadem quae iridi, aizoo; 102. duo genera eius: maius in ficti- 160
libus vasculis seritur, quod aliqui buphthalmon appellant, alii zoophthalmon, alii stergethron, quia amatoriis conveniat, alii hypogeson, quoniam in suggrundiis fere nascitur; sunt qui ambrosiam vocant et qui amerimnon, Italia sedum magnum aut oculum aut digitillum; alterum minusculum, quod eri-

Ra$\beta\gamma$. — *magis*, r. *vires magis*, Dalec. — *utris*, VRad. — *in umbra*, om. d. — *frusiris*, VR.

§ 158. *inveniantur*, V. — *acoron*, θVRTadr. *acaron*, β. — *vocatur*, R. — *acorion*, VRTd. *acoroi*, a. *acaron agrium*, β. *acoron agrium*, γ. — *calefaciendum*, VR. *calfaciendum*, ad$\beta\gamma$. — *extenuendumque*, R. — *poto contra*, Rad. *quae poto contra*, V. *poto contraque*, $\beta\gamma$.

§ 159. *herba est in*, VRd. *herbat in*, a. *herba*, $\beta\gamma$. — *folio pingui*, ita nos scripsimus. *pingui folio et*, Barbar. ex Dioscor. 4, 90. 91. *pingui*, θVRTad. Barbar. cum locum ipsum bene restituerit, nos substantivum transposuimus, quia hac ratione propter vicinitatem nominis *pusillo* melius explicari posse videtur, quomodo *folio* oblitterari potuerit, quam secundum rationem Barbari. — *ut coxendicis acetabulum*, K. — *p̄torrisque*, R. — *rotunde*, R. — *vel*, Vad. *l*, R. — *oculorum*, V. — *cingentibus*, ad. *concingentibus*, V. *ei; cingentibus*, R. — *gusto*, a. — *caule sed pergracili*, a. *caule sed pergraciles*, d. *caules*, VR. — *usus*, VRTad. *usus eius*, $\beta\gamma$. — *iridi*, VRTd. *inivi*, a. *iurius*, codd. Salmas. exerc. p. 496. b. G. *iridis*, r. *iris*, $\beta\gamma$. *quae maioris aizoi*. *Duo*, Salmas. De praepositione *ad* ante *quae* omissa v. ad 34, 157. — *aizoo*, ita nos scripsimus. *alzio*, VRd. *Aizoi*, a$\beta\gamma$, ita ut ab h. v. nova sectio incipiat. Sed nostram emendationem suasit cum optimorum codd. scriptura, tum testimonium Dioscoridis 4, 91: ποιεῖ δὲ (κοτυληδὼν) πρὸς ἃ καὶ τὸ ἀείζωον.

§ 160. *eius*, V. Omitt. Rad$\beta\gamma$. — *buphthalmon*, VRad. *buphthalmum*, $\beta\gamma$. — *appellant*, VR. *vocant*, ad$\beta\gamma$. — *zoobthalmon appellant*, V. — *stergethron*, Dioscor. 4, 88. *stergeton*, VRa. *histergeton*, d. — *quia*, Vd. *quod*, a$\beta\gamma$. Verba *quia* — *hypogeson* om. R. — *amatoris*, V. — *conveniat*, a. *conveniant*, Vd. — *hypogeson*; pro h. v. habent *stergeton* Va, nihil horum habet d. — *sugrundis*, VR. *subgrundiis*, ad$\beta\gamma$. — *nascitur stergeton*, d. — *vocant*, R. *potius vocant*, Vad$\beta\gamma$. — *et qui*, VRad. *sunt et qui*, T. — *amerium n̄*, d. — *Italia*, V (una littera post h. v. erasa) a. *Italias*, Rd. *Itali*, $\beta\gamma$. *id alii*, r. — *seddum*, V. — *oculum*, d. *oculorum*, θVRa. — *digitillum*, VRa. *digitellum*, d$\beta\gamma$.

thales vocant, alii trithales, quia ter floreat, alii chrysothales,
aliqui isoetes, sed aizoum utrumque, quoniam vireat semper.
Maius et cubiti altitudinem excedit, crassitudine plus quam 161
pollicari; folia in cacumine linguae similia, carnosa, pinguia,
larga suco, latitudine pollicari, alia in terram convexa, alia
stantia; ita ambitu effigiem imitantur oculi. Quod minus est
in muris parietinisque et tegulis nascitur, fruticosum a radice
et susum usque ad cacumen foliis angustis, mucronatis, su-
cosis, palmo alto caule; radix inutilis.

103. Huic similis est quam Graeci andrachlen agriam vo- 162
cant, Italia inlecebram, pusillis, latioribus foliis sed breviori
cacumine; nascitur in petris et colligitur cibi causa. Omnium
harum vis eadem refrigerare et adstringere. Medentur epi- 163
phoris folia inposita vel sucus inunctis; purgat enim ulcera
oculorum expletque et ad cicatricem perducit, palpebras de-
glutinat. Eaedem capitis doloribus medentur suco vel folio
temporibus inlitis; adversantur phalangiorum ictibus, aconito
vero maius aizoum praecipue; a scorpionibus quoque haben-
tem id feriri negant. Medentur et aurium dolori; item sucus 164

eritiles, VR. *ericles*, d. *eri//////des*, a. — *trichales*, a. *tricteles*, VRd. — *quia ter*, ad. *quater*, VR. — *chrysothales*, a. *erysithales*, θ. *erisistales*, Rd. *erysisthales*, V. — *isoetes, sed*; pro his vv. habet ^{h}*is et similia sedum sed qui* V, *is et similia sedū sed qui* R, *semitalia sedum qui* a, *ysetun alii sedum sed qui* d, *isoetes alii sedum* r. Ex quibus lectionum monstris quid sit eliciendum, difficile est dictu; id tamen ex indice libri primi, ubi prius nomen in codd. *issetes*, *issetis*, *ipsetis* exaratur, certum est, *sedum* restituendum esse, ut hoc discernatur a *sedo magno* supra commemorato; praeterea *Italia* sc. *vocat* nescio an iure restituatur. Tum cognomen illud aizoi minoris e vestigiis omnium codd. sane *isoetes* esse potuit; voces *sed qui* fortasse corruptae sunt ex *sed Graeci* sc. *vocant*, ut totus locus sit ita legendus: *aliqui isoetes, Italia sedum, sed Graeci aizoum utrumque* rell. — *atzoum*, VR. — *quoniam*, om. a. — *vireat*, Vadr. *virerat*, R. *viret*, βγ. — *semper*; huic voci subiiciunt *aliqui sempervivum* a^{2}βγ, omittunt VRa^{1}d.

§ 161. *et cubiti*, VRad. *cubiti*, βγ. — *altitudine*, VRd. — *policari*, V. — *alia*, VRad. — *in cacumine*, VRTKad. *cacumine*, βγ. — *larga*, θVRad. *largo*, β. — *stantia; ita*, ita nos scripsimus. *stanti ait*, R. *stantia ut*, V. *stantia ita ut*, adβγ. — *ambitus*, V^2. — *imitantur*, Va. *imitatur*, R. *imitentur*, dβγ. — *Quo*, a. — *muri*, VR. — *et tegulis nascitur*, VRd. *et tegulis innascitur*, a. *nascitur et tegulis*, βγ. — *fructicosum*, R. — *susum*, a. *sursum*, β. *foliosum*, θVRTdγ.

§ 162. *simile*, VRa. — *cregi*, V. — *andrachlen*, ita nos scripsimus ex indice libri 1. *andraciem*, VRd. *andrechien*, a. *andrachnen*, Barbar. βγ; at v. nos ad 13, 120. — *agriam*, Barbar. *agariam*, Vd. *agarian*, R. *enagrian*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 88. — *Italia inlecebram*, ita nos scripsimus. *Italia elecebrant*, V. *Itali aecelebrant*, R. *Italiae celebram*, d. *Italicę celebrant*, a. *Itali illecebram*, Barbar. βγ. — *pusillis*, ad (codd. Barbari). *pusillos*, VR. — *sed*, ita nos scripsimus. *et*, θRdr. Omitt. Vaβγ. — *breviori*, θa. *breviore*, V. *brevior*, Rd.

hyoscyami modicus, item Achilleae et centauri minoris et plantaginis, peucedani cum rosaceo et meconio, acori sucus cum rosa; omnis autem strigili calefactus infunditur, cotyledon etiam purulentis cum medulla cervina calefacta. Ebuli radicis tritae sucus linteo colatus, mox in sole densatus et cum opus sit rosaceo dilutus et calefactus parotidas, verbenaca, item plantago sanat, item sideritis cum axungia vetere.

104. Narium ozaenam emendat aristolochia' cum cypero. 165

105. Dentibus remedio sunt panacis radix conmanducata,
praecipue Chironiae, item sucus conlutibus, radix hyoscyami
ex aceto manducata, item Polemoniae. Conmanducatur et
plantaginis radix aut conluuntur in aceto decoctae suco; et
folia esse utilia, vel si sanguine gingivae putrescant vel si
sanguinis sit reiectio; semen eiusdem apostemata et colle-
ctiones gingivarum sanat. Et aristolochia gingivas dentisque 166
confirmat, verbenacae cum radice conmanducatae et decoctae
ex vino aut aceto sucus conlutus, item quinquefoli radicis
decoctae ad tertias vino aut aceto; prius quam decoquatur,

brevi, r. — *caule*, r. — *petrosis*, Td. — *Omnia*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 88. — *refrigerare*, θVRTd. *perfrigerare*, aβ.

§ 163. *inunctis*, VRa. *inunctus*, TKd. — *purgat*, θVRTd. *perungat*, a. *purgant*, β. — *etiam*, K. — *expletque*, θVRTd. *expersque*, a. *explentque*, β. — *perducit* et *deglutinat*, θVRTad. *perducunt* et *deglutinant*, β. — *Eadem*, Rd. — *capiti*, VR. — *falangiorum*, V. — *atzoum*, V[1]. *adzoum*, V[2]R. — *praecipuae*, V. — *fieri*, VR.

§ 164. *sucus*, θVRT. *succus inunctus*, adβγ. — *hyoscyami*, Ta. *hyoscyamos*, θVRd. — *modicus*, θVRTd. *modica*, a. *modice*, βγ. — *Achillae*, V. — *centauri minoris*, VRad. *minoris centaurii*, γ. *minoris centaurei*, β. — *meconiacori*, VR. — *prurulentis*, d. — *cum medulla*, VR. *et cum medulla*, adβγ. — *calfacta*, a. — *linteo*, θVRadr. *linteolo*, β. — *et cum opus sit*, θVRTad. *cum opus est*, β. — *parotidas*, VRad. *parotidas sanat*, βγ. — *verbenaca*, Vad. *verbenacae*, R. *verbenaca quoque*, βγ. — *sanat*, Rad. Omitt. Vβγ.

§ 165. *ozaenam*, ita nos scripsimus. *ozena*, VRd. *ozen*, a. *ozaenas*, βγ. — *panacis*, a. *panaci*, VRd. — *collutibus*, θVRd. *collutus*, K. *collutis*, aβγ. — *Polemiae*, d. — *Conmanducatur*, ita nos scripsimus. *Commanducantur*, VRadβγ. — *radix*, VRad. *radices*, βγ. — *coluntur*, VR. — *esse*, VRa. *ederae*, Td. *sunt*, βγ. — *utile*, VRd. *inutile*, a. — *vel si sanguine gingivae*, ad. *vel si sanguinem gingiva*, VR. *vel si sanguineae*, K[1]. *vel si gingivae* omisso *sanguine*, K[2]. — *vel si sanguinis sit reiectio*, K. *vel sanguinis sit reiectio*, β. Omitt. VRTadγ; at v. Dioscor. 2, 152: (*ὁ χυλὸς*) *καὶ πρὸς οὖλα αἱμασσόμενα καὶ πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς πινόμενος*. — *vel semen*, VRad. At particula *vel* remansit e verbis ab iisdem illis codd. omissis.

§ 166. *dentesque*, θVR. *dentesve*, adβ. — *verbenacae*, K. *verbenace*, a. *verbenaca*, VRdβγ. — *commanducatae et decoctae*, K. *commanducata et decocta*, θVRadγ. *manducata et decocta*, β. — *collutu*, K. — *radicis*, VRd. *radices*, aβγ. — *cum vino*, K. — *prius quam*, VRad. *prius vero quam*, βγ. — *decoquatur*, VRd. *decoquantur*, aβγ.

aqua marina aut salsa lavantur; decoctum diu tenendum in
ore. Quidam cinere quinquefoli fricare malunt. Et verbasci
radix decoquitur in vino ad conluendos dentis, et hysopo
conluuntur et peucedani suco cum meconio vel radicum ana-
gallidis magis feminae suco ab altera nare quam doleat infuso.
106. Erigeron a nostris vocatur senecio; hanc si ferro cir- 167
cumscriptam effodiat aliquis tangatque ea dentem et alternis
ter despuat ac reponat in eundem locum ita ut vivat herba,
aiunt dentem eum postea non doliturum. Herba est trixaginis
specie et mollitia, cauliculis subrubicundis; nascitur in tegulis
et in muris; hoc nomen Graeci dederunt, quia vere canescit.
Caput eius numerosa dividitur lanugine, qualis est spinae, 168
inter divisuras exeunte, quare Callimachus eam acanthida
appellavit, alii pappum. Nec deinde Graecis de ea constat;
alii erucae foliis esse dixerunt, alii roboris sed minoribus
multo, radice alii supervacua, alii nervis utili, alii potu stran-
gulante. E diverso quidam regio morbo cum vino dederunt
et contra omnia vesicae vitia, item cordis et iocineris; extra-
here renibus harenam dixere. Ischiadicis drachmam cum oxy- 169
melite ab ambulatione propinavere, torminibus quoque et in
passo utilissimam, praecordiis etiam cibo ex aceto eam prae-
dicantes serentesque in hortis. Nec defuere qui et alterum
genus facerent nec quale esset demonstrarent, contra ser-
pentis in aqua bibendam edendamque comitialibus dantes;

salsa lavantur, a. *salsa lavatur*, V d. *salsalsavatur*, R. — *diu*, om. a. — *mallunt*, V. — *hysipo*, V R. — *coluuntur*, V. — *peucedanis*, V R. — *anacallidis*, V R d. — *altero*, T.

§ 167. *Erigeron*, a d r. *Frigeron*, V R. Ceterum v. Dioscor. 4, 97. — *a nostris*, V R a d. *a Graecis quae a nostris*, r. — *vocatus*, V R. — *si*, a d. *sine*, V R. — *circumscripta*, V R. — *ea dentem et*, V R a. *eadem temet*, d. *ea ter dentem*, Cornar. ex Macro 1685. 86. — *et*, a d. *eta*, V. *eza*, R. — *desput*, R. — *ita ut vivat*, V. *itē ut vivat*, R. *item ut vivat*, d. *item ut bibat*, a. — *herbam*, V. — *trixagini*, V. — *specie, mollis*, K. — *cauculis*, V. — *nascitur in*, V R T a d r. *nascitur et in*, β. — *moris*, V R. — *hoc nomen*, V R. *nomen hoc*, a d β γ. — *canescit caput eius et numerosa*, Schneider. ad Theophr. hist. plant. VII. 7, 4. p. 602.

§ 168. *numerosa*, a. *numerose*, V R d. — *Callimachus eam*, a d. *Gallimachus eam*, R. *galliam chus eam*, V. *eam Callimachus*, β γ. — *appellavit*, V R a d. *appellat*, β γ. — *pappoden*, K. — *sed minoribus*; pro his vv. habent *minora* V R d, *minora aminora* a. Plin. *minoribus tamen multo* videtur scripsisse, quod cum exaratum fuisset *minorib; tam̄ multo*, postea in *minora multo* est corruptum. — *utili alii*, R a d. *utilia*, V, ubi *lii* erasum videtur. — *quidem*, a. — *extrahere renibus*, V R a d. *renibus extrahere*, β γ.

§ 169. *propriavere*, a. — *et in passo*, θ V R T. *in passo*, a d β γ. *Et* i. e. et quidem, v. ad 35, 32. — *serentesque*, a. *serentes*, d. *serpentes*, V. Om. R. — *quale esset*, a. *qualis esset*, d. *qualem essent*, V R. — *demonstrarent*, θ V R T a d.

nos eam Romanis experimentis per usus digeremus. Lanugo
eius cum croco et exiguo aquae frigidae trita inlinitur epi-
phoris, tosta cum mica salis strumis.

107. Ephemeron folia habet lili sed minora, caulem pa- 170
rem, florem caeruleum, semen supervacuum, radicem unam
digitali crassitudine, dentibus praecipuam concisam in aceto
decoctamque ut tepido conluantur; et ipsa etiam radix sistit,
in cavis, exesis inprimitur; chelidoniae radix ex aceto trita
continetur ore; erosis veratrum nigrum inprimitur; mobiles
utrolibet decocto in aceto firmantur.

108. Labrum Venereum vocant in flumine nascentem; est 171
ei vermiculus qui circa dentis necatur aut cavis dentium cera
includitur; cavendum ne avolsa herba terram tangat.

109. Ranunculum vocamus quam Graeci batrachion. Ge- 172
nera eius quattuor: unum pinguioribus quam coriandri foliis
et ad latitudinem malvae accedentibus, colore livido, caule
alto, gracili et radice alba; nascitur in limitibus umidis et
opacis; alterum foliosius, pluribus foliorum incisuris, altis
caulibus; tertium minumum est, gravi odore, flore aureo;
quartum simile huic, flore lacteo. Omnibus vis caustica, si 173
cruda folia inponantur, pusulasque ut ignis faciunt; ideo ad
lepras et psoras iis utuntur et ad tollenda stigmata causti-
cisque omnibus miscent; alopeciis inponunt celeriter remo-
ventes. Radix in dolore conmanducata diutius rumpit dentis,

demonstrarunt, β. — *medendamque*, VRd. — *tosta*, R. *tota*, VKad (Murbac. ap. Cornar. ad Macrum 1684.).

§ 170. *lilii*, a. *illis*, VRd. *Illis* i. e. lili cum littera *s* ex proxima voce repetita. — *digitalem*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 85. — *praecipuum*, R. — *coluantur*, V. — *radix*, VRad. *radix mobiles*, βγ. — *sistit, in cavis*, Td. *sistint cavis*, VR. *sistit cavis*, aβ. — *exesis*, ita nos scripsimus. *exesi*, VRTad. *et exesis*, βγ. — *nigrum inprimitur*, VRad. *nigrum imponitur*, βγ. — *utrolibet decocto*, θVRT. *utralibet decocta*, adβγ.

§ 171. *venenarium*, VRad. — *in*, Rad. *ut*, V. — *nascens*, K. — *vermiculum*, VR. — *dentes ligatur*, K[1]. *dentes volsatur*, K[2]. — *cum cera*, K. — *avulsa*, R. *vulsa*, Vad. — *tangant*, VR.

§ 172. *quam*, d. *qua*, VR. *quem*, aβγ. — *batracium*, VR. — *alto*, Dalec. hist. plant. 1, 1027. ex Dioscor. 2, 206. *alio*, VRd. *albo*, aβγ. — *in*, VRa. *et in*, d. — *foliosis*, a. — *alitus caulibus*, VR. *altius*, ad. — *gravi odore*, Vad. *graviore*, R. — *lacteo*, Ruell. de natura stirpium 2, 106. ex Dioscor. et Apul. medic. 9. *luteo*, VRadβ.

§ 173. *caustica. Si cruda fol. imponantur, pustulas ut ignes*, K. — *ignis*, ad. *igni*, V. *igi*, R. — *psoras iis*, ita nos scripsimus. *sporasis*, VRa. *psoras*, d. *psoras eis*, βγ. — *causticisque*, ad. *causticis urie*, V. *causticis virie*, R. — *omnibus*, VRad. *medicaminibus*, K. — *removentes*, a. *emoventes*, VRT. *evomentes*, d. — *cum manducata*, V.

at eadem sicca concisa sternumentum est. Nostri herbarii 174
strumum eam vocant, quoniam medetur strumis et panis parte in fumo suspensa, creduntque ea rursus sata rebellare quae curata fuerint vitia, quo scelere et plantagine utuntur. Oris ulcera intus sucus plantaginis emendat et folia radicesque conmanducatae, vel si rheumatismo laboret os, ulcera faetoremque quinquefolium, ulcera psyllium.

110. Composita quoque contra faetores, vel maxume pu- 175
dendum vitium, trademus. Ergo folia myrti et lentisci pari pondere, gallae Syriacae dimidium pondus simul terere et vino vetusto sparsa mandere matutino ex usu est vel hederae bacas cum casia et murra pari pondere ex vino. Naribus utilissimum est dracontii semen contritum ex melle, etiamsi carcinomata in his sint; suggillata hysopo emendantur; stigmata in facie mandragoras inlinitus delet.

at eadem, ita nos scripsimus. *ad eadem*, R. *eadem*, Vadβγ. — *sternumentum*, θV^1R. *sternutamentum*, V^2adβγ. — *ciet*, K^1. *facit*, K^2.

§ 174. *strumum eam*, θVRTd. *strumeam*, aβγ. — *parte*, VRad. *postea*, K. — *curata fuerint*, K. *curaverint*, VRadβγ. — *et in plantagine*, Dalec. — *commanducatę*, d. *commanducate*, VR. *commanducata*, aβγ. — *laboret*, a. *habet*, VRd. — *psyllum*, a. *pusillum*, VRd.

§ 175. *contra fetores*, θVRTad. *ad faetorem*, βγ. — *pudendum*, a. *pudentium*, VRd. — *vitium*, ad. *vitulum*, VR. — *ex usu*, θVRTd. *et usus*, a. *opus*, r. *optimum*, β. — *cassia*, Vd. — *murra*, V. *myrrha*, Radβγ. — *sint*, a. *sit*, VRd. — *suggillata*, Dioscor. 3, 27. — *stagmata*, R. — *in*, R. Omitt. Vad. — *mandragoras inlinitus*, VR. *mandragora illinitus*, θ. *mandragoras illitus*, Tadγ. *mandragora illita*, β.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXVI.

CAP. I. SECT. 1. Sensit facies hominum novos omnique aevo priore incognitos non Italiae modo verum etiam universae prope Europae morbos, tunc quoque non tota Italia nec per Illyricum Galliasve aut Hispanias magno opere vagatos aut alibi quam Romae circaque, sine dolore quidem illos ac sine pernicie vitae sed tanta foeditate ut quaecumque mors praeferenda esset. § 1

2. Gravissimum ex his lichenas appellavere Graeco nomine, Latine, quoniam a mento fere oriebatur, ioculari primum lascivia, ut est procax multorum natura in alienis miseriis, mox et usurpato vocabulo mentagram occupantem multis et intus totos utique voltus, oculis tantum inmunibus, descendentem vero et in colla pectusque ac manus foedo cutis furfure. 2

Ad hunc librum toti sunt excussi VR (§ 1—132.) a (in quo exciderunt § 64—84.) d.

§ 1. *Sensit*, VRad. *Sensit et*, $\beta\gamma$. — *novos*, V. *et novos*, Rad. — *non tota*, θVRTad. *nec tota*, β. — *nec*, VRd. *ne*, a. — *magno opere*, θV. *magnopere*, Rad$\beta\gamma$. — *ac*, VRd. *aut*, a. — *tante*, a[1]. — *petenda*, d.

§ 2. *ex his*, VRd. *ex in*, a. — *Latini*, V[2]. — *multorum natura*, VRad. *natura multorum*, $\beta\gamma$. — *aliena*, R[1]. *alienas*, R[2]. — *miseris*, a. — *usurpate*, R[1]. — *occupantem*, Td. *occupante*, VRa. — *multis*, VRTad. *in multis*, $\beta\gamma$. — *et intus*, θV[1]R[1]Td. *et intuitus*, V[2]R[2]ar. Nihil horum habent $\beta\gamma$. — *totos*, θRTad. *totus*, V. *totosque*, r. — *immunibus*, VRd. *manibus*, a. — *descendente*, a.

3. Non fuerat haec lues apud maiores patresque nostros 3
et primum Tiberi Claudi Caesaris principatu medio inrepsit
in Italiam, quodam Perusino equite Romano quaestorio scriba,
cum in Asia adparuisset, inde contagionem eius inportante;
nec sensere id malum feminae aut servitia plebesque hu-
milis aut media, sed proceres veloci transitu osculi maxume,
foediore multorum qui perpeti medicinam toleraverant cica-
trice quam morbo; causticis namque curabatur, ni usque ad
ossa corpus exustum esset, rebellante taedio, adveneruntque
ex Aegypto genetrice talium vitiorum medici hanc solam ope-
ram adferentes magna sua praeda. Siquidem certum est Ma- 4
nilium Cornutum e praetoriis, legatum Aquitanicae provin-
ciae, HS. CC elocasse in eo morbo curandum sese; acciditque
saepius ut nova contra genera morborum gregatim sentiren-
tur. Quo mirabilius quid potest reperiri aliqua gigni repente
vitia terrarum in parte certa membrisque hominum certis vel
aetatibus aut etiam fortunis, tamquam malo eligente, haec in
pueris grassari, illa in adultis, haec proceres sentire, illa
pauperes?

4. L. Paulo Q. Marcio censoribus primum in Italiam car- 5
bunculum venisse annalibus notatum est, peculiare Narbo-
nensis provinciae malum, quo duo consulares obiere con-
dentibus haec nobis eodem anno, Iulius Rufus et Q. Lecanius
Bassus, ille medicorum inscitia sectus, hic vero pollici laevae

§ 3. *Tiberii*, d. *titi*, a. *ti*^{ti}, VR. *Tiberii Titi*, Ambr. I. — *Perusino*, Vad. *Persino*, R (codd. Rezz.) β. — *equiti*, VRa. — *in*, om. d. — *aperuisset*, Vd. — *et inde*, d. — *inportantem*, V. — *humili*, a. — *ni usque*, Rad (codd. Gel.) *piusque*, V^1. *priusque*, V^2. — *ad*, θTd. *in*, VR (in rasura) a (codd. Gel.) βγ. — *se bellante*, d. — *operam*, R (ad marg. *al. operā*) a. *orem*, Td. *morem*, VR. *opem*, Pint.

§ 4. *e*, θVRTd. *et*, a. *ex*, β. — *HS.* $\overline{CC}$, Hard. *sestertiis ducentis*, Budae. de asse p. 247. — *sese*, R^{1}d. *esse*, R^{2}a. *s//se* (e supra), V. — *contra*, VR^{2}ad. Omitt. R^{1}T. — *morborum*; post h. v. repetit *curandum sese acciditque saepius* R, *acciditque saepius* V. — *repperiri*, Va. — *certa*, Ra. *creta*, d. *cretam*, V. — *furtinis*, V. — *mala eligant*, r. — *crassari*, V^{1}d. — *adulteris*, a.

§ 5. *Paulo*, Ra. *Paullo*, Vdβγ. — *Martio*, V. — *Italia*, VRa. — *notatum*, θVRTd. *constitutum*, a. *conscriptum*, βγ. — *obire*, a. — *anno*, Rad. *manne*, V. — *et Q.*, Ra. *atque*, Vd. De hoc viro v. Ryck. ad Tacit. annal. 15, 33. — *illesi*, a. — *inscitia*, R ad margin. *inscitiam*, a. *inscientia*, θVRdγ. — *secutus*, V^{2}a. — *pollici*, VRTadr. *pollice*, β. — *leve*, a. — *evulso*, Rd. *evulsu*, V. *evulsa*, ar. *divulso*, K. *impulsa*, Dalec. — *parvo*, VRTad. *parvo vulnere*, βγ. — *possit*, Va.

§ 6. *ocultissimis*, V. — *duricia*, V. — *vari*, Pint. *varii*, VR^{1}Td. *variis*,

manus evolso acu ab semetipso tam parvo ut vix cerni posset. Nascitur in occultissimis corporum partibus et plerumque sub 6 lingua, duritia rubens vari modo sed capite nigricans, alias livida, corpus intendens neque intumescens, sine dolore, sine pruritu, sine alio quam somni indicio, quo gravatos in triduo aufert, aliquando et horrorem adferens circaque pusulas parvas, rarius febrem, stomachum faucisque cum invasit ocissime exanimans.

5. Diximus elephantiasim ante Pompei Magni aetatem non 7 accidisse in Italia, et ipsam a facie saepius incipientem, in nare prima veluti lenticula mox inarescente per totum corpus, maculosa, variis coloribus et inaequali cute, alibi crassa, alibi tenui, dura alibi ceu scabie aspera, ad postremum vero nigrescente et ad ossa carnis adprimente, intumescentibus digitis in pedibus manibusque. Aegypti peculiare hoc malum 8 et cum in reges incidisset populis funebre; quippe in balineis solia temperabantur humano sanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus celeriter in Italia restinctus est sicut et ille quem gemursam appellavere prisci inter digitos pedum nascentem, etiam nomine oblitterato.

6. Id ipsum mirabile alios desinere in nobis, alios durare 9 sicuti colum. Tiberi Caesaris principatu inrepsit id malum nec quisquam id prior inperatore ipso sensit magna civitatis ambage, cum in edicto eius excusantis valetudinem legeret

R[2]a. *varicis*, codd. Gel. β. — *capite nigricans*, VRd. *capite nigrans*, a. *nigricans capite*, βγ. — *alia*, VR[1]. — *in livida*, a. — *corpus intendens*; pro his vv. habent *in corpus intendens* VRa, *in corpus tendens*, d. *aut varicis modo nigricans capite, sed et alias lividum corpus intendens neque valde intum.*, Dalec. ex r. Multa transponit et mutat Pint. — *alio quam*, Rad. *aliquam*, V. — *qua*, V. — *gravatos in*, VR. *gravato sint*, d. *gravato in*, a. — *orrorem*, V. — *auferens*, a. — *faucesque*, VRd. *paucisque*, R (ad marg.) a. — *cum*, d. Omitt. VRa. — *invassit*, V. — *exanimans*, Rd. *examinans*, V. *exinani*, a.

§ 7. *Diximus* 20, 144. — *elefantiasim*, VRad. *elephantiasin*, βγ. — *occidisse*, a. — *Italiā*, R. — *primum*, K. — *inarescente*, VRTadϑφ. *invalescente*, β. *invalescentem*, K. — *dura alibi*, θVRTad. *dura*, β. — *ceu*, VRad. *seu*, β. — *et ad*, R[2]ad. *ad*, VR[1].

§ 8. *in reges*, VR[2]d. *reges*, R[1]. *in greges*, a. — *balneis*, R[1]a. — *solia*, VRad. *folia*, β. — *temperabuntur*, a. — *humani*, V. — *restinctus*, Vad. *rest//ictus*, R. *restrictus*, θ. — *est*, omitt. VR[1]. — *gemursam*, Ra. *gemursa*, θVd. — *nascenti*, VRad. — *oblitera*, R[1].

§ 9. *alias durare*, V. — *Tiberii*, Vd. *p̄ti*, R. *pti*, a. — *id prior*, θVRTd. *prior*, aβ. — *ambige*, R. — *cum in*, Td. *cum*, VRaβγ. — *excusantes*, a. — *valitudinem*, R[1]. — *legeret*, VRad. *legeretur*, βγ.

nomen incognitum. Quid hoc esse dicamus aut quas deorum iras? Parum erant enim homini certa morborum genera, cum supra ccc essent, nisi etiam nova timerentur? Neque ipsi autem homines pauciora sibi opera sua negotia inportant.
Haec apud priscos erant quae memoramus remedia, medi- 10
cinam ipsa quodammodo rerum natura faciente, et diu fuere. II. Hippocratis certe qui primus medendi praecepta clarissime condidit referta herbarum mentione invenimus volumina, nec minus Diocli Carystii qui secundus aetate famaque exstitit, item Praxagorae et Chrysippi ac deinde Erasistrati
Coi; Herophilo quidem quamquam subtilioris sectae condi- 11
tori ante omnis celebrante etiamtum rationem eam, paulatim usu efficacissimo rerum omnium magistro, peculiariter utique medicinae, ad verba garrulitatemque descendente; sedere namque in scholis auditioni operatos gratius erat quam ire per solitudines et quaerere herbas alias aliis diebus anni.

III. 7. Durabat tamen antiquitas firma magnasque con- 12
fessae rei vindicabat reliquias, donec Asclepiades aetate Magni Pompei orandi magister nec satis in arte ea quaestuosus, ut

Qui, V R[1]. — *iras. Parum*, V R d. *inasperum* (a *superscript*), a. *minas. Parum*, r. — *erant enim*, V R d. *enim erant*, a $\beta\gamma$. — *certam*, V. — *autem*, V R d (codd. Gel.) *ãt*, a. — *opere suo*, r.

§ 10. *memoramus*, a (*s* in rasura). — *remedia*, d. *et media*, V R. *media*, a (*m* in rasura). — *medicina*, V R a d. — *ipso quonam modo*, V. — *ferta*, R[1]. — *Diocli*, V R a $\vartheta\rho\varphi$. *Diodi*, δ. *Dioclis*, $\beta\gamma$. — *Carysti*, a. *ciaristi*, V R. — *famaque*, V R d. *namque*, R (ad marg.) a. — *Praxagora*, a. — *ac*, V R (ex corr.) a. c, d. — *Erasistrati Coi*, ita nos scripsimus. *Erasistratico*, V R T d. *crassistratico*, a. *Erasistrati*, $\beta\gamma$. *Erasistrati Cei*, Pint. coll. Strabon. X. 5, 6. p. 486. At Plinius eosdem cum Stephano Byz. s. v. *Κῶς* fontes est secutus: *Οὕτω γὰρ ἐχρηματιζον Ἱπποχράτης καὶ Ἐρασίστρατος ἰατροί*, sc. *Κῶοι*.

§ 11. *celebrante etiamtum*, ita nos scripsimus. *celebratum*, a. *celebratam*, V R d $\beta\gamma$. De ratione emendationis nostrae v. quae infra ad v. *descendente* diximus. — *rationis*, R. — *descendente*, hanc scripturam ex β revocavimus eaque in V a m. pr. fuisse videtur. *descendentem*, T d. *defendente*, V γ. *defendentem*, a. *defendentē*, R. Vulgata (γ) huius loci scriptura tam iusta verborum iunctura quam ipso sensu caret. Quid enim est *Herophilo celebratam rationem eam ad verba garrulitatemque defendente*? Tum ineptissime *defendente* ab subiecto suo *Herophilo* per parenthesim separatur, quae potius arctissime cum verbis seqq. *sedere namque* cohaeret; et quomodo quis credat Plinium de Herophilo, quem laudaturus erat, dicturum fuisse eum defendisse celebratam illam rationem usque ad garrulitatem, etiamsi largiri velimus *ad* ita dici posse. Plinius potius dicit Herophilum, quamquam subtilioris sectae conditorem, tamen rationem Hippocratis eiusque discipulorum ante omnes celebravisse, paulatim usum (τὴν ἐμπειρίαν) ad verba garrulitatemque descendisse, semper tamen (§ 12.) antiquitatem firmam duravisse, donec Asclepiades totam medicinam mutaverit. Hinc *celebrante etiamtum* scribendum fuit, quod, uti in locis similibus

ad alia quam forum sagacis ingeni, huc se repente convertit
atque, ut necesse erat homini qui nec id egisset nec remedia
nosset oculis usuque percipienda, torrenti ac meditata cotidie
oratione blandiens omnia abdicavit totamque medicinam ad
causas revocando coniecturae fecit; quinque res maxume con- 13
munium auxiliorum professus, abstinentiam cibi, alias vini,
fricationem corporis, ambulationem, gestationes, quae cum
unusquisque semetipsum sibi praestare posse intellegeret, fa-
ventibus cunctis, ut essent vera quae facillima erant, uni-
versum prope humanum genus circumegit in se non alio
modo quam si caelo demissus advenisset.

8. Trahebat praeterea mentis artificio mirabili, iam vina 14
promittendo aegris dandoque tempestive, iam frigidam aquam,
et quoniam causas morborum scrutari prius Herophilus in-
stituerat, vini rationem inlustraverat Cleophantus apud pri-
scos, ipse cognomen ab aegris frigida danda praeferens, ut
auctor est M. Varro, alia quoque blandimenta excogitabat,
iam suspendendo lectulos quorum iactatura aut morbos ex-
tenuaret aut somnos adliceret, iam balneas avidissima ho-

sexcentis factum est, primum in *celebratum* coaluit; inde per librarios *celebratam* est interpolatum. *Herophilique quamquam — conditoris, ante omnes celebrata rationali ei*, Pint. — *seddere namque*, R (ad marg.) a. *s; fere namque*, d. *sed frenā q̄*, R. *sed frena que*, V (post litteram *a* duabus tribusve litteris erasis). — *in*, VRTd. *in his*, aγ. *his in*, β. — *aut ditioni*, d. — *operatos*, VRd (codd. Gel.) *operatus*, a. *occupatum*, r. — *gravius*, R^1.

§ 12. *firmas*, VR. — *conferrae*, V. — *reliquias donec*, Rd. *reliqu//as donec*, V (littera *i* erasa). *donec reliquas*, a. — *aetates*, a. — *orandi*, VRd (codd. Gel.) *orandę*, a. *rhetorices*, r. — *arte ea*, VRd. *arte eas*, a. *ea parte*, T. *non satis arte ea quaestuosa*, K. — *vir ad*, K. — *quam forum*, θVRTd. *eorum*, R (ad marg.) a. Om. β. — *huc*, R^{2}ad. *hoc*, VR^1. — *homi*, V. — *usuque*, Rad. *usque*, θV. — *torrentia*, a. — *cottidie*, a. — *causas*, θVRTd. *causam*, aβγ. *casum*, r. — *coniecturae*, θVRTK^{1}d. *coniectura*, a. *coniecturam*, β. *coniecturalem*, K^2.

§ 13. *aliquando vini*, Dalec. Ceterum Pint. et Muret. var. lect. 15, 16. verba *alias vini* nulla addita ratione ut subditicia delent. At ubi tum manet numerus quinarius? Refragatur illis etiam Hand. Tursell. 1, 222. — *gestationes*, d (codd. Gel.) *gestationis*, VRa. — *praestaret*, a. — *posset*, Ra. — *intellegeret*, a (codd. Gel.) *intellegerent*, VRd. — *facillime*, V. — *circumegit in se*, Ra. *circumegit se*, V. *circumegisse*, d. — *demissus*, T. *dimissus*, d. *dimisus*, V. *admissus*, a. *emissus*, Rβγ.

§ 14. *mirabili, iam*, ita nos scripsimus. *animalia*, VRa. *mirabili*, dβγ. Uti h. l. *iam — iam* fere idem est, quod *nunc — nunc*, ita statim infra eodem sensu legitur. — *vina*, V. *vino*, ar. *vinum*, Rdβγ. — *iam*, θVR^{1}Td. *tam*, R^{2}a. *tum*, βγ. — *scritari*, a. — *cognomen ab aegris*, Gronov. ad 23, 1. *cognominaveris e*, VR. *cognominari se*, adβγ. — *frigidam dando*, r. — *ut*, VRd. *aut*, a. — *lectulo*, d. — *iactatura*, θVd^2. *iactura*, R^{1}d^1. *iactatu*, R^{2}aβγ. — *morbi*, V. — *balneas*, VRad. *balineas*, βγ.

*

minum cupidine instituendo et alia multa dictu grata atque
iucunda; magna auctoritate nec minore fama, cum occur- 15
risset ignoto funeri, relato homine ab rogo atque servato,
ne quis levibus momentis tantam conversionem factam ex-
istumet. Id solum possumus indignari unum hominem e
levissima gente, sine opibus ullis orsum, vectigalis sui causa
repente leges salutis humano generi dedisse, quas tamen postea
abrogavere multi. Asclepiaden adiuvere multa in antiquorum 16
cura nimis anxia et rudia, ut obruendi aegros veste sudo-
resque omni modo ciendi, nunc corpora ad ignis torrendi
solesve adsiduo quaerendi in urbe nimbosa, immo vero tota
Italia inperatrice, tum primum pensili balinearum usu ad in-
finitum blandientem. Praeterea in quibusdam morbis medendi 17
cruciatus detraxit, ut in anginis quas curabant in faucis or-
gano demisso; damnavit merito et vomitiones tunc supra mo-
dum frequentis, arguit et medicamentorum potus stomacho
inimicos, quod est magna ex parte verum; itaque nos in
primis quae sunt stomacho utilia signamus.

IV. 9. Super omnia adiuvere eum magicae vanitates in 18
tantum evectae ut abrogare herbis fidem cunctis possent:

cupidine, R^{2}ad. *cupidinem*, V. *cupiditatem*, R^1. — *et alia*, VR^{2}a. *alia*, R^{1}d, — *dicta*, VR^1. — *gravia*, R^{2}a.

§ 15. *hominem ab rogo*, a. — *e levissima*, d. *flevissima*, VRa. — *gentes in eo pipus*, a. — *leges*, Rd. *legis*, V. Om. a. — *generis*, a. *genereri*, V. — *adrogavere*, V. — *multa*, a.

§ 16. *Asclepiaden adiuvere*, V. *Asclepiadem adiuvare*, a. *Asclepiadem adiuvere*, Rβγ. *Asclepiades invenit*, T. *Asclepiades adinvenit*, d. — *multi*, δρφ. — *in antiquorum*, VRTd. *quorum*, aδρφβ. — *nimis*, VRadδρφ. *mimis*, T. — *anxia et rudia ut*, VRTδρφ. *anxia et rudi aut*, a. *anxie trudi aut*, d. *anxia et rudis*, β. — *obrudiendi*, a. — *torrendo* et *quaerendo*, K. — *adsiduo*, VRa. *assidue*, Td. — *urbem*, V. — *nimbosa*, θVRTadr. *umbrosa*, β. — *tota*, VRa. *tanta*, Td. *tanta et alias imper.*, Pint. *impertito*, Gesner. chrestom. p. 669. Et hoc quidem Gesner. recte vidit, nomen *imperatrice* sine ullo sensu hic addi; ipsam tamen coniecturam suam, quam ipse audaciorem dicit, vix cuiquam probaverit. Plinius scripsit *nimborum altrice*, quod, cum a vulgata scriptura proxime absit, gradatio orationis *immo vero* paene necessario flagitat. Rem conficiunt verba ipsius Plinii 2, 136: *qua ratione crebra in Italia* (fulmina), *quia mobilior aer mitiore hieme et aestate nimbosa semper quodammodo vernat vel autumnat.* Uti vero h. l. Italia nimborum altrix, ita *Europa* dicitur *altrix victoris omnium gentium populi* 3, 5. — *pensilium*, K. — *balnearum*, ad. — *blandientem*, VRa. *blandiente*, Kd.

§ 17. *morbi*, V. — *potu*, a. — *verum*, VR^{1}TKd. *vetitum*, R^{2}aβγ. — *ut alia*, VR^1. — *signemus*, K.

§ 18. *Supra*, R^1. — *evectae ut*, VRd. *evacuet et*, a. — *abrogaret*, a. — *fide*, V. — *Aethiope*, R^1. *Aethiopidis herbae*, K. — *condiendis*, VRTd. *con-*

Aethiopide herba amnis ac stagna siccari, condiendis tactu
clausa omnia aperiri, Achaemenide coniecta in aciem hostium
trepidare agmina ac terga verti, latacen dari solitam a Per-
sarum rege legatis, ut quocumque venissent omnium rerum
copia abundarent, ac multa similia. Ubinam istae fuere, cum
Cimbri Teutonique terribili Marte ulularent aut cum Lu-
cullus tot reges magorum paucis legionibus sterneret, curve
Romani duces primam semper in bellis conmerciorum ha-
buere curam? Cur Caesaris miles ad Pharsaliam famem sen- 19
sit, si abundantia omnis contingere unius herbae felicitate
poterat? Non satius fuit Aemilianum Scipionem Carthaginis
portas herba patefacere quam machinis claustra per tot annos
quatere? Siccentur hodie Meroide Pomptinae paludes tan-
tumque agri suburbanae reddatur Italiae. Nam quae apud
eundem Democritum invenitur compositio medicamenti quo
pulchri bonique et fortunati gignantur liberi, cui umquam
Persarum regi talis dedit? Mirum esset profecto hucusque 20
profectam credulitatem antiquorum saluberrimis ortam initiis,
si in ulla re modum humana ingenia novissent atque non
hanc ipsam medicinam ab Asclepiade repertam probaturi suo

dendis, a. *coniectu*, βγ. Per scripturam receptam nomen herbae alicuius ignotae repraesentari vidit Pintian.; num omni corruptela vacet, nemo iam dixerit. — *verti*, Dalec. VRa. *vertere*, dβγ. — *solita*, Vd. — *rege legatis*, Ra. *relegatis*, VTd. — *Ubinam istae*, d. *Ubinimiste*, VRa. — *fere*, V^1R^1. — *Teutonesque*, K. — *prima*, V. — *commeatuum*, K. At v. Casaub. ad Polyb. 1, 18. p. 183. ed. Gron. et Oudend. ad Frontin. II. 5, 14. — *habere*, R^1. — *curat*, a.

§ 19. *Cur Caesaris*, VRTd. *curę*, a. *Cur Hercule Caesaris*, β. — *Karthaginis*, a. — *quateres iactentur*, a. — *Meroide*, VRTadδϑρφ. *merodie*, θ. *metodie*, Ambr. II. *Aethiopide*, codd. Gel. β. Ceterum totum hoc nomen, de quo v. 24, 163., hoc loco librariis debetur per dittographiam vocis *hodie* ortum, id quod potissimum θ demonstrat; ex superioribus *Aethiopide* supplendum, uti ad historiam de Caesare narratam suppletur latace, uti ad Scipionem item Aethiopis referenda. Cur eadem herba tam parvo spatio sine ulla causa duplici suo nomine dicatur? — *Pomptinae*, θVRTd. *Pontinae*, aβ. — *agri*, V. *agris*, Rad. — *reddantur*, R^2a. — *apud eum Democriti*, Pint. — *gignantur*, omitt. R^1d. — *libere*, V. — *cui umquam*, θVRTadϑ. *cui nunquam*, δρφ. *cur numquam*, codd. Gel. β. — *tales*, VRTad (codd. Gel.) *talis est*, rδϑρφ. — *dedit*, V (codd. Gel.) *dedita*, RTadrδϑρφ, unde Dalec. *data* coniicit. Mihi vero ex vestigiis codicum Plinius scripsisse videtur *tale exstitit. Ac mirum* rell., quam ad suspicionem eo potissimum adducor, quod in optimis codd. non *talis* legitur, quomodo certe legeretur, si accusativus pluralis esset, sed *tales*. Tum etiam haec verba melius de medicamento quam de ipso Democrito dicuntur, qui minus bene regi alicui Persarum tales liberos non dedisse dicitur.

§ 20. *esse*, a. — *re modum*, ad. *remorum*, VR. — *atque non*, VR^2ad. *atque in*, R^1. *atqui nos*, K. — *probaturi suo loco*, VRad. *suo loco probaturi*, βγ. *probaturi sumus*, K. Ceterum v. 29, 6 seqq.

loco essemus evectam ultra magos etiam. Haec est in omni re animorum condicio ut a necessariis orsa primo cuncta pervenerint ad nimium; igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus reddemus adicientes ut quasque ratio dictabit.

10. Sed in lichenis remediis atque tam foedo malo plura 21
undique acervabimus quamquam non paucis iam demonstratis. Medetur ergo plantago trita, quinquefolium, radix albuci ex aceto, ficulni caules aceto decocti, hibisci radix cum glutino et aceto acri decocta ad quartas; defricantur etiam pumice, ut rumicis radix trita ex aceto inlinatur et flos visci cum calce subactus; laudatur et tithymali cum resina decoctum. Lichen vero herba omnibus his praefertur, inde nomine in- 22
vento; nascitur in saxis, folio uno ad radicem lato, caule uno longo, parvis foliis dependentibus; haec delet et stigmata, teritur cum melle. Est aliud genus lichenis petras totum adhaerens ut muscus qui et ipse inlinitur; hic et sanguinem sistit volneribus instillatus et collectiones inlitus; morbum quoque regium cum melle sanat ore inlito et lingua. Qui ita curentur aqua salsa lavari iubentur, ungui oleo amygdalino, hortensiis abstinere. Ad lichenas et thapsiae radice utuntur trita cum melle.

11. Anginae argemonia medetur sumpta ex vino, hysopum 23

Haec, VRad. *Sed haec*, βγ. — *in omni*, V. *omni in*, Radβγ. — *primum, auctu*, r. — *pervenerit*, a. — *demonstratarum*, ad. *demonstratum*, V. *demonstra[r]tum*, R. — *adiicientes*, θVR[1]T. *adiciemus*, ad (codd. Gel.) βγ. *adiiciemusque*, r. — *ut quasque*, VRa. *quasque ut*, Td[2]. *quasque*, d[1]. *quas*, r. — *dictabit*, θVRTd. *dictavit*, a. *dictaverit*, βγ.

§ 21. *acervavimus*, VRa. — *non paucis iam non*, a. — *albugi*, a. — *ficulni*, θVRTad. *ficulnei*, β. — *bibisci*, R[1]. — *glutino lupino*, Plin. Valer. 2, 56. *lupino*, Marcell. Empir. 19. — *quartas*, Va. *quartanas*, θRd. — *defricantur*, V. *defricant*, Rad. — *et rumicis*, K. — *illinitur et flos hibisci*, K. — *et*, om. d. — *tithymalli*, VR[1]. *tithymallii*, R[2]a. *thimalli*, d. *tithymalum*, r.

§ 22. *in*, Rad. *et*, V. — *saxis*, VRTad. *saxosis*, βγ. — *foliis imis ad radicem latis*, K. — *caule uno longo parvis*, θVR[1]Td. *caule uno parvo longis*, R[2]aβγ. — *aliut*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 53. — *petras*, VR[1]Td. *petris*, R[2]aβγ. — *totum*, θVRTad (codd. Gel.) *tantum*, r. *in totum*, K. — *adhaerens*, θVRTar. *inhaerens*, Kdβγ. — *sanatore. Inlito*, a. — *curentur*, VRad. *curantur*, βγ. — *aqua*, omitt. Harduin. γ vitio operarum. — *hortensibus*, K. — *Ad lichenas*, Rad. *Alichenas*, V. — *thapsi ac radice*, Vd.

§ 23. *argemone*, K. — *fico*, θTd. *vino*, VR (ex corr.) aβγ. *συνάγχοις δὲ ἀναγαργάρισμα μετὰ σύκων ἀφεψήματος ἄριστον*, Dioscor. 3, 27. Spretam lectionem commendat Plin. Valer. 1, 52. — *coaculo*, V. — *proserpinaca*, Bar-

cum fico decoctum et gargarizatum, peucedanum cum coa-
gulo vituli marini aequis partibus, proserpinaca cum muria
ex menis et oleo trita vel sub lingua habita, item sucus de
quinquefolio potus cyathis tribus. Hic et omnibus faucium
vitiis medetur gargarizatus, verbascum privatim tonsillis in
aqua potum; V. 12. strumis plantago, chelidonia cum melle 24
et axungia, quinquefolium, radix persolatae item cum axun-
gia, — operitur folio suo inposita, — item artemisia, radix
mandragorae ex aqua. Sideritis latifolia clavo sinistra manu
confissa adalligatur, custodienda sanatis ne rusus sata diro
herbariorum scelere, ut in quibusdam diximus, rebellet, quod
et in his quos artemisia sanaverit praedici reperio, item in
his quos plantago. Damasonion, quae et alcea vocatur, sub 25
solstitio collecta inponitur ex aqua caelesti, folium tritum vel
radix tunsa cum axungia ita ut inposita folio suo operia-
tur; sic et ad omnis cervicis dolores tumoresque quacumque
in parte.

13. Bellis in pratis nascitur, flore albo, aliquatenus rubente; 26
hanc cum artemisia inlitam efficaciorem esse produnt.

14. Condurdum quoque herba solstitialis flore rubro sus-
pensa in collo conprimere dicitur strumas, item verbenaca
cum plantagine. Digitorum vitiis omnibus et privatim ptery-
giis quinquefolium medetur.

bar. V^{1}Rd. *Proserpina*, V^{2}a. — *ex maenis*, VRd (codd. Gel.) *et menis*, a. — *et oleo*, Rad (codd. Gel.) *sed oleo*, V. — *deniq; folio*, a. — *potis*, R^1. — *medetur. Gargarizatur*, r. — *verba sicut*, a.

§ 24. *cum*, VRad. Om. T. — *melle et axungia — item cum*, omitt. VR^{1}d. *et ab axungia, quinquefolium, radix persolatae item cum*, a. *quinquefolium, radix persolatae item cum*, R ad marg. *melle* om. etiam T. — *imposito*, d. — *artemisiae*, V. — *latifolia*, θVRTKd. *lata folia*, aβ. — *confissa*, ita nos scripsimus ex d, qui *circum confissa* ex dittographia habet. *circumfusa*, VR^1. *circumfossa*, R^2 (ad marg.) aβγ. — *adalligatur*, θVRKad. *adalligantur*, β. — *sanitatis*, R^1. — *ne*, om. R^1. — *rusus*, V. *rursus*, Radβγ. — *die*, R^{2}a. Omitt. VTR^{1}d. — *quibusdam morbus*, K. — *diximus*, θVR (ubi tamen huic voci puncta sunt supposita) Td. Omitt. aβγ. Ceterum v. 21, 144. 25, 174. — *revellet*, R^{1}a. — *quod et in*, Vad. *quod in*, Rγ. — *edici*, Dalec. — *repperio*, a.

§ 25. *Damasonium*, Barbar. K. *Damasione*, VR^1. *Damisionem*, R^{2}a. *Damasionem*, d. *Damasconem*, codd. Barbari. — *quae et*, VRad. *quod*, K (codd. Barbari). — *alcea*, Dioscor. 3, 159. *alcam*, Vd (codd. Barbari). *alcanam*, a. *alia*, R^1. *alianam*, R^2. *alisma*, Barbar. K. — *vocant*, K (codd. Barbari). — *nempe folium*, K^1. *folio trito vel radice*, K^2. — *tusa cum axungia*, Vd. *tusa cum absungia*, a. *cum axungia tusa*, Rβγ. — *filio*, V. — *cervices*, V.

§ 26. *flore*, R^{2}a. Omitt. VR^{1}d. — *rubentem*, V. — *hanc*, VRd. *ac*, a. — *quoque*, θVTd. Omitt. Ra (codd. Gel.) βγ. — *item*, omitt. codd. Gel.

15. In pectoris vitiis vel gravissimum est tussis; huic me- 27
detur panacis radix in vino dulci, sucus hyoscyami etiam
sanguinem exscreantibus, nidor quoque accensi tussientibus,
item scordotis mixto nasturtio et resina cum melle tunsa
arida; facit et per se facilis exscreationes, item centaurium
maius vel sanguinem reicientibus, cui vitio et plantaginis
sucus medetur. Et Vettonica obolis tribus in aqua contra 28
purulentas contraque cruentas exscreationes, persolatae radix
drachmae pondere cum pineis nucleis undecim, peucedani
sucus. Pectoris doloribus acorum subvenit, et ideo antidotis
miscetur; tussi daucum, item Scythica herba; ea demum
omnibus pectoris vitiis, tussi et purulenta exscreantibus obo-
lis tribus in passi totidem, verbascum cuius flos aureus.
VI. Huic tanta vis ut iumentis etiam non tussientibus modo 29
sed ilia quoque trahentibus auxilietur potu, quod et de gen-
tiana reperio. Radix cacaliae conmanducata et in vino ma-
defacta non tussi tantum sed et faucibus prodest; hysopi
quinque rami cum duobus rutae et ficis tribus decocti tho-
racem purgant, tussim sedant.
16. Bechion tussilago dicitur; duo eius genera. Silvestris 30
ubi nascitur, subesse aquas credunt et hoc habent signum
aquileges; folia sunt maiuscula quam hederae quinque aut

§ 27. *pectoribus*, VR^1. — *gravissima*, T. — *panaces*, VR^1. — *dulce*, VR^1. — *sanguine*, VR. — *excreantibus*, a ubique hanc scribendi rationem servans. — *accensus tussitientibus*, V. — *scordicis*, R^1. Ceterum v. Dioscor. 3, 115. — *nasturcio*, a. — *cum melle*, VR^2a. *et melle*, θR^1Td. *et cum melle*, K. — *centaureum*, β. — *vel*, VRad. *et*, r.

§ 28. *Vetonica*, VR^1. — *in aqua*, om. R^1. — *purulentis*, a. — *persolilatae*, Va. — *drachma*, VRd. *diadima*, a. *didrachmae*, r. — *pondere*, Hard. tacite. *ponderis*, VRadβ. Ceterum v. Dioscor. 4, 105. — *peucedani sucus*; hinc βγ novam periodum incipiunt. Nos haec verba ad superiora retulimus propter mutatam statim infra e codd. lectionem. — *acorum*, Rad. *aquorum*, V. *et acorum*, βγ. *ut et acorum*, K. — *ea demum omnibus*, R^2ad. *ea demum ex omnibus*, V. *ex omnibus*, R^1. Nulla h. l. est causa, cur vis salutiferae illius herbae per *demum* intendatur, neque dubito, quin Plinius *eadem omnibus* scripserit. Litterae *om* statim sequentes causa fuerunt corruptelae. — *pectoribus*, V. — *obolis tribus*, omitt. R^1d. — *in passi totidem*, VR. *in pasti totidem*, a. *im possi totidem*, d. *in passo. Totidem*, βγ. *totidem obolis bibitur*, r. Certissimum vero videtur Plinium *totidem, item verb.* scripsisse. — *cuius flos*; hanc scripturam ex β revocavi. *cuius est flos*, θVRTdγ. *cuius flos est*, a.

§ 29. *Huic tanta vis*, VRTadr. *Tanta huic vis est*, βγ. — *notusientibus*, V. — *ilia*, Rad. *illa*, V. *alia*, β. — *repperio*, a. — *cacaliae*, Vd (codd. Barbari). *caccaliae*, Ra. *cacaliae quae et leontice vocatur*, K. *chamaeleuces quae tussilago dicitur*, r. — *et vino*, T. — *quinque*, VRTad. *quoque quinque*, β. — *ficis*, VRd.

septem, subalbida a terra, superne pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui; quidam eandem esse arcion et alio nomine chamaeleucen putant. Huius aridae cum radice fumus per harundinem haustus et devoratus veterem sanare dicitur tussim, sed in singulos haustus passum gustandum est.

17. Altera a quibusdam salvia appellatur, similis verbasco; 31
conteritur et colata calfit atque ita ad tussim laterisque dolores bibitur, contra scorpiones eadem et dracones marinos efficax; contra serpentis quoque ex oleo perungui ea prodest. Hysopi fasciculus cum quadrante mellis decoquitur ad tussim, VII. 18. lateris, pectoris dolores, verbascum cum ruta 32
ex aqua; Vettonicae farina bibitur ex aqua calida. Stomachum conroborat scordotis sucus, centaurium, gentiana ex aqua pota, plantago aut per se in cibo sumpta aut cum lente alicaeve sorbitione. Vettonica alias gravis stomacho vitia tamen sanat pota vel foliis conmanducata, item aristolochia pota, agaricum manducatum siccum ut ex intervallo merum sorbeatur, nymphaea heraclia inlita, peucedani sucus. Psyllion ardoribus inponitur vel cotyledon trita cum polenta vel aizoum.

19. Molon scapo est striato, foliis mollibus, parvis, radice 33
IV' digitorum, in qua extrema ali caput est; vocatur a qui-

fecis, a. *fici*, T. *ficubus*, K. — *purgat*, a. — *tussim sedant*, VRTad. *Tussim sedat*, $\beta\gamma$ ad sequentia referentes.

§ 30. *Bechion*, VRTad. *bechion quae et*, $\beta\gamma$. Ceterum v. Dioscor. 3, 116. — *tussilago*, R. *tusilago*, a. *tusselago*, d. *tusselego*, V. — *genera*, om. R[1]. — *Silvestri subnascitur*, a. — *quas*, a. — *folia sunt*, Rad. *sunt folia*, V. — *aut septem*, Ra. *autem septem*, V. *autem*, d. — *ad terra*, V. — *supernae calida*, a. — *radice*, R[2]a. *sine radice*, VR[1]Td. — *eundem*, a. — *arcion*, θVTr. *artion*, Rd. *archion*, a (codd. Salmas. de hyle p. 53. a. F.) *bechion*, $\beta\gamma$. — *chamaeleucin*, R[1]. *chamaeleuchen*, R[2]a. — *radice*, d. *radices*, VRa. — *devocatus*, a. — *veterum*, a. — *singulis*, a.

§ 31. *a*, R[2]a. Omitt. VR[1]d. — *conteritur*, VRad. *conteritur ea*, $\beta\gamma$. — *calfit*, R[2]a. *calfacit*, θVR[1]d. *calefit*, $\beta\gamma$. — *doloris*, VR. — *eandem*, R. — *dracone marinus*, a. — *prodeẽ*, R. — *fasciculus*, Td. *fasciculis*, VRa. — *cum*, Ra. *et cum*, θVTd. — *ad tussim*, om. R[1].

§ 32. *lateris*, VR[2]Tad. *Lateris et*, $\beta\gamma$ novam hinc periodum incipientes. Ceterum verba *lateris — calida* om. R[1]. *Ad lateris et*, K. — *dolores*, VTd. *doloris*, Ra. *doloribus*, Hard. γ. — *cum ruta*, R. *cum cum ruta*, V. *ruta*, Tad. — *Vettonicae*, R[2]Td. *Vettonica*, a. *Vetonica*, VR[1]. — *conroborat*, a. *corroborat*, VR[2]. *roborat*, R[1]Td. — *sucus*, R. *suco*, Vad. — *centaurum*, V. — *pota*, V. *potae*, Rad$\beta\gamma$. — *in cibo sumpta*, Va. *in cibos sumpta*, R. *in cibo sumptę*, d. *sumta in cibo*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *commanducata*, Rad. *cum manducata*, V. — *Pillio*, a. — *cum polenta*, VRa. *polenta*, d. — *aizoum*, R[2]a. *azoum*, VR[1]d.

§ 33. *capo*, VRad. — *stricto*, K. — *qua*, Ra (codd. Barbari). *aqua*, Rd. — *alii caput est*, V. *alica potest*, a. *allii caput est*, Rd (codd. Barbari) $\beta\gamma$.

busdam syron. Ex vino stomacho et dyspnoeae medetur, centaurium maius ecligmate, plantago suco vel cibo, Vettonicae tunsae pondo libra, mellis Attici semuncia ex aqua calida cotidie bibentibus, aristolochia vel agaricum obolis ternis ex aqua calida aut lacte asinino potum. Cissanthemos ad ortho- 34
pnoeas bibitur, item hysopum et asthmaticis, peucedani sucus in iocineris doloribus et pectoris laterisque, si febres non sint. Sanguinem quoque exspuentibus subvenit agaricum victoriati pondere tritum et in mulsi quinque cyathis datum; idem et amomon facit. Iocineri privatim Teucria bibitur re- 35
cens drachmis IV in poscae hemina, Vettonicae drachma una in aquae calidae cyathis tribus, ad cordis vitia in frigidae cyathis duobus. Quinquefoli sucus iocineris et pulmonis vitiis sanguinemque reicientibus et cuicumque vitio sanguinis intus occurrit; iocineri anagallides mire prosunt. Capnon herbam qui edere bilem per urinam reddunt. Acoron iocineri medetur, thoraci et praecordiis daucum.

20. Ephedra ab aliis anabasis vocata nascitur ventoso fere 36
tractu, scandens arborem et ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosa qui sint iunci geniculati, radice pallida. Datur ex vino nigro austero trita ad tussim, suspiria, tormina et sorbitione facta in quam vinum addi convenit; item gentiana madefacta pridie contrita denari pondere in cyathis vini tribus.

syron, d. *siron*, a. *syro*, R¹. *siro*, V. *sinon*, R². — *et*, Rd. Omitt. Va. — *dispnoea*, Ra. *difnoea*, Vd. — *elygmate*, VR. — *Vettonica*, R¹d. — *tusa*, d. — *pondo cum libra*, K. — *semuncia*, R²a. *semiuncia*, R¹d. *seminuncia*, V. *hemina*, r. — *bibentibus*; „post h. v. in R sequuntur *exprimitur sucus aqua madefactae* rell. (§ 58.). Quae ad nostrum locum pertinent: *aristolochia* rell., post tria folia et dimidium leguntur, ut videtur, a manu seriore addita, quippe cum atramentum cetero multo nigrius sit et characteres quoque non sint iidem; in margine adscriptum est vetere manu: *hic abest ala*, quod in illo folio eadem, ut videtur, manu adscriptum est: *hic ab& sala*". IAN. — *agaricum*, VRad. *agaricon*, βγ. — *calida*, Ra. *calida cotidie bibentibus*, VTd ex superioribus male repetentes. — *asinino*, T. *asini*, VRadβγ. — *potum*, VTd. *potam*, a. *pota*, Rβγ.

§ 34. *astumaatis*, Vd. *artumanticis*, R. *hastumanticis*, a. — *peucedani sucus*, VRd. *peucedanis fucus*, a. — *febries*, R. — *sunt*, d. — *et in mulsi* — *datum*, omitt. Rd. — *amomon*, Ra. *amonon*, V. *amenon*, d.

§ 35. *Teucria*, Ra. *Terebia*, Vd. *Teucrion*, K. — *heminam*, Vd. — *drachma una*, Ra. *drachmae*, Vd. — *aquae calidae*, TKd. *aqua calidae*, R. *aqua calida*, Vaβγ. — *vitii*, V. — *frigidae*, VRTKad. *frigida*, β. — *reiicientibus et cuicumque*, omitt. Ra. — *vitio sanguinis*, VRad. *sanguinis vitio*, βγ. — *reddunt*, VRad (codd. Gel.) *trahunt*, r. — *Acoron*, V. *Achoron*, a. *Achonon*, R. *Aceon*, d. — *thoraci*, VRad. *thoraci quoque*, βγ. — *daucum*, Ian. obss. crit. p. 27. et

21. Geum radiculas tenuis habet, nigras, bene olentis; 37
medetur non modo pectoris doloribus aut lateris sed et cruditates discutit iucundo sapore; verbenaca vero omnibus visceribus medetur, lateribus, pulmonibus, iocineribus, thoraci; peculiariter autem pulmonibus et quos ab his phthisis 38
temptet radix herbae consiliginis quam nuper inventam diximus; suum quidem et pecoris omnis remedium praesens est pulmonum vitio vel traiecta tantum in auricula; bibi debet ex aqua haberique in ore adsidue sub lingua. Superficies eius herbae an sit in aliquo usu adhuc incertum est. Renibus prodest plantaginis cibus, Vettonicae potus, agaricum potum ut in tussi.

22. Tripolion in maritimis nascitur saxis, ubi adludit unda, 39
neque in mari neque in sicco, folio isatis crassiore, caule palmum alto, in mucrone diviso, radice alba, odorata, crassa, calidi gustus; datur hepaticis in farre cocta. Haec herba eadem videtur quibusdam quae polium, de qua suo loco diximus.

23. Gromphaena alternis viridibus roseisque per caulem 40
foliis in posca sanguinem reicientibus medetur, 24. iocineri autem herba malundrum nascens in segete ac pratis, flore albo odorata; eius cauliculus conteritur ex vino vetere;

edd. vett., quibus Barbarus usus est. *caucum*, VTd. *caucem*, Ra. *caucen*, codd. Salmas. de hyle p. 48. a. G. *caucum quae et*, P. *Caucon quae et*, β novam hinc periodum incipiens. Nihil horum habet r.

§ 36. *anabasis*, Dioscor. 4, 46. *amabasis*, Vd. *abambasis*, Ra. Om. P. — *vocatur*, K. — *feret nactus candens*, R. — *qui*, Vd. *que*, Ra. — *sint*, VRa. *sunt*, dβγ. — *iungi*, V. — *contrito*, V. — *cyathis vini*, Vd. *vini cyathis*, Raβγ.

§ 37. *Gaeum*, Va. — *modo*, Vad. *nudo*, R. — *sed et*, Ra. *sed*, Vd.

§ 38. *ab is*, a. — *pthyisis*, V. *pithys*, a. — *temptet*, VRad. *tentat*, βγ. — *radix herbae*, ita interpunxit Hard. *Radix herbae*, β ad sequentia referens; at v. 25, 86. — *pecoris omnis*, RTad (codd. Gel.) *coris sumnis*, V. — *traiecta tantum*, Rad. *traiectatam tum*, V. — *oricula*, Va. — *ut in*, Ra. *in*, Vd.

§ 39. *Tripolion*, Ra. *Tripholion*, θVd. *Tripolium*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 4, 133. — *maritimo*, d. — *alludit*, Rd. *abludit*, θVa. *allidit*, r, quod probat Gesner. ad Columell. IV. 20, 2. *alliditur*, K[1]. *asludit*, K[2]. — *mare*, a. — *isatis*, Barbar. coll. Dioscoride: *φύλλα δὲ ἔχει ἰσάτῃ παραπλήσια*. *satis*, VRad. — *caule palmum alto*, ita nos scripsimus praeeunte Barbaro, qui inverso tamen ordine contra Plinii usum *palmum alto caule* coniecerat. *palmo alto*, VRadβγ. *καυλὸν (ἔχει) σπιθαμιαῖον, ἄνωθεν ἐπεσχισμένον*, Dioscor. — *cocta*, θVRad. *decocta*, βγ. — *pollium*, V. — *diximus* 21, 44. 145—147.

§ 40. *Gromphaena*, VTd. *Cronphaena*, Ra. *Cyonphena*, a ad marg. manus recentior. *Symphonia vel gromphaena*, β. — *alternatim*, K. — *viridibus*, a. *viribus*, VRd. — *medetur*, om. d. — *malundrum*, Vd. *malandrum*, Ra. *melandryum*, β.

25. item herba chalcetum e vinaceis contrita inponitur. Fa-
cilis praestat vomitiones radix Vettonicae hellebori modo IV
drachmis in passo aut mulso, hysopum tritum cum melle,
utilius praesumpto nasturtio aut irione, molemonium denari
pondere, et sillybi; iis lacteus sucus qui densatus in cum-
mim sumitur cum melle supra dicto pondere praecipueque
bilem trahit. Rursus sistunt vomitionem cuminum silvestre, 41
Vettonicae farina, sumuntur ex aqua; abstergent fastidia cru-
ditatesque digerunt daucum, Vettonicae farina ex aqua mulsa,
plantago decocta caulium modo. Singultus hemionium sedat,
item aristolochia, suspiria clymenus. Pleuriticis et peripneu-
monicis centaurium maius, item hysopum bibitur, pleuriticis
peucedani sucus.

26. Halus autem, quam Galli sil vocant, Veneti cotoneam, 42
medetur lateri, item renibus convolsisque et ruptis; similis
est cunilae bubulae, cacuminibus thymo, dulcis et sitim se-
dans, radicis alibi albae, alibi nigrae.

27. Eosdem effectus in lateris doloribus habet chamaerops myrteis circa caulis geminis foliis, capitibus Graeculae rosae, ex vino pota. Ischiadicos dolores et spinae levat agaricum potum ut in tussi, item stoechadis aut Vettonicae farina ex aqua mulsa.

chalcetum, d. *calcetum*, Va. *carcetum*, R. — *vinaceis*, ita nos scripsimus. *vineis*, VRadβγ. — *mulsos*, V. — *nasturcio*, a. — *molemonium*, Ra. *molium*, θV. *mollium*, d. *moleum*, K[1]. *polemonium*, K[2]. *lemonium*, Hard. — *pondere*, om. d. — *et sillybi; iis*, ita nos scripsimus. *et sillibus*, Va. *et sillib;*, Rd. *Est et silybo*, βγ novam hinc periodum incipientes. — *densatus*, d. *densatur*, VRa. Ceterum v. Dioscor. 4, 156. — *cummim*, ita nos scripsimus. *gumim*, V. *commin*, Ra. *gummi*, dβγ. — *trahit. Rursus*, Rad. *trahitur*, V nonnullis litteris post hanc vocem erasis.

§ 41. *Vettonica*, ad. — *abstergent*, Vad. *abstengent*, R. *abstergunt*, βγ. — *farinae*, a. — *hemionium*, Barbar., Pint. et Gesner. hist. anim. 1, 49. *hermionium*, R. *hermionum*, a. *hermonium*, θVTd. — *climenus*, VRad. *clymenos*, βγ. — *Pleureticis*, Vd. — *peripleumonicis*, Va. — *centaurium*, θVRTad. *centaureum*, β. — *pleureticis*, d.

§ 42. *sil*, Schneider. ad Veget. p. 109. *sic*, VRadβγ. — *cotoneam*, Ra. *cotoniam*, V. *cotonia*, d. — *lateri*, Ra. *ea terri*, V. *aterri*, d. — *cuniculae*, Ra. — *bubulae*, om. V. — *dulcis*, Ra (codd. Gel.) *dulci*, Vd. — *sedans*, Vd (codd. Gel.) *sedant*, RTa. — *radicis*, VTd. *radiradicis*, a. *radii radicis*, R. *rarae radicis*, β. — *alibi albae alibi*, Rad. *albi albae albi*, V, sed per priores duas voces lineola traducta. — *effectus in*, θVTd. *effec*, R. *effectus*, aβ. — *chamaerops*, Vd. *chameropis*, Ra. — *myrteis*, d. *myrtei*, VRa. — *caulis*, VRa. *caules*, d. *caulem*, Barbar. βγ. — *geminis*, Barbar. R. *geminos*, Vad. — *potus*, Ra. — *sciadicos*, Rad. — *stoechadis*, Barbar. *theocadis*, Vad. *thoecadis*, R.

§ 43. *humano generi*, r. — *albus*, a. — *alius enim*, Vd. — *cibus*, d. — *con-*

VIII. 28. Plurumum tamen homini negoti alvos exhibet, 43
cuius causa maior pars mortalium vivit; alias enim cibos non transmittit, alias non continet, alias non capit, alias non conficit, eoque mores venere ut homo maxume cibo pereat. Pessimum corporum vas instat ut creditor et saepius die appellat. Huius gratia praecipue avaritia expetit, huic luxuria condit, huic navigatur ad Phasim, huic profundi vada exquiruntur, et nemo vilitatem eius aestumat consummationis foeditate; ergo numerosissima est circa hanc medicinae opera. Sistit 44
eam scordotis recens drachma cum vino trita vel decocta potu. Polemonia quoque dysintericis ex vino datur, verbasci radix pota ex aqua duorum digitorum magnitudine, nymphaeae heracliae semen cum vino potum, radix superior e xiphio drachmae pondere ex aceto, semen plantaginis in vino tritum vel ipsa ex aceto cocta aut alica ex suco eius sumpta, item cum lenticula cocta vel aridae farina inspersa potioni cum papavere tosto et trito vel sucus infusus aut potus, Vettonica in vino ferro calefacto. Eadem coeliacis in vino austero 45
datur, his et iberis inponitur, uti dictum est. Tenesmo radix nymphaeae heracliae e vino bibitur, psyllium in aqua, acori radicis decoctum. Aizoi sucus alvom sistit et dysinterias et taenias rotundas pellit; symphyti radix pota in vino alvom et dysinteriam sistit, item dauci. Aizoum foliis contritis ex

ficit, Ra. *concipiat*, d. *capiat*, V. — *instant*, a. — *creditur*, ad. — *expetit*, Gronov. *expetitur*, VRadβ. — *huic*, V. *huc*, Rad. — *luxoria*, V. — *condit*, Gronov. *conditur*, VRad$\beta\gamma$. — *Phasim*, VRd. *Phasin*, a$\beta\gamma$. — *profunda*, K. — *vilitatem*, Vd. *utilitatem*, Raβ. — *operam*, d.

§ 44. *recens*, θVRTad. *recentis*, β. — *potu*, Ra. *potui*, θVTd. At mihi neutra harum lectionum sincera videtur, cum *potu* post vinum commemoratum otiosissime addatur, *potui* vero a *decocta* pendens contra omnem Plinii usum dicatur. Sed haec ipsa scriptura corruptelam huius loci arguere videtur et Plinium *vel decocta potius* scripsisse arbitror. — *quoque*; pro h. v. habent *que* Rad, *quae* V. Post illam vero particulam proxime in VRad$\beta\gamma$ legitur *et*, quam particulam ut prorsus otiosam et interpolationi debitam delevimus. — *velbasci*, R. — *aqua*, Rad. *qua*, V. — *nymphae*, a. — *plantaginis*, Ra. *plantatinis*, V. *plantati nisi*, d. — *aut alica*, Rad. *athalica*, V. — *aridiae*, V. — *tosto*, VRd. *toto*, a. — *aut potus*, VTKd. *aut succus*, Ra$\beta\gamma$. — *Vettonica*, VRad. *et Vettonicae*, K. *Vettonicae*, $\beta\gamma$.

§ 45. *hiberis*, V. *hibiberis*, a. — *uti*, Vd. *ut*, Ra$\beta\gamma$. — *dictum est*; nusquam huius iberidis usus mentio a Plinio iniecta invenitur, unde aut 25, 88. nonnulla excidisse probabile est, aut h. l. post vocem *inponitur* nomen alicuius plantae salutaris. — *psylium*, Vd. — *cori*, Va. — *tenias*, θ. *teneas*, Ra. *eneas*, d. *tineas*, V$\beta\gamma$. — *rutundas*, a. — *pellat*, a. — *sympiti*, a. *sympitys*, R. — *pota in vino alvum et*, θVTd. Omitt. Ra$\beta\gamma$. — *dysinteriam*, θVTd. *dysinteria*, Ra. *dysenterias*, γ.

vino torminibus resistit, alceae siccae farina torminibus pota cum vino.

29. Astragalus folia habet longa incisuris multis, obliqua 46
circa radicem, caulis tris aut quattuor foliorum plenos, florem hyacinthi, radices villosas, inplicatas, rubras, praeduras; nascitur in petrosis, apricis et iisdem nivalibus, sicut Pheneo Arcadiae. Vis ei ad spissanda corpora. Alvom sistit radix in vino pota, quo fit ut moveat urinam repercusso liquore, sicut pleraque quae alvom sistunt; sanat et dysintericos in vino rubro tunsa, difficile autem tunditur; eadem gingivarum suppurationi utilissima est fotu. Colligitur exitu autumni cum folia amisit; siccatur in umbra.

30. Et ladano sistitur alvos utroque, quod in segetibus 47
nascitur contunso et cribrato; bibitur ex aqua mulsa, item nobili e vino. Ledon appellatur herba ex qua fit in Cypro barbis caprarum adhaerescens, nobilius in Arabia. Fit iam et in Syria atque Africa quod toxicum vocant; nervos enim in arcu circumdatos lanis trahunt adhaerescente roscida lanugine; plura de eo diximus inter unguenta. Hoc gravissi- 48
mum odore est durissimumque tactu; plurumum enim terrae colligit, cum probetur maxume purum, odoratum, molle, viride, resinosum. Natura ei molliendi, siccandi, concoquendi, somnum adliciendi; capillum fluentem cohibet nigritiamque custodit, auribus cum hydromelite aut rosaceo infunditur,

resistit — *pota*, omitt. Vd. — *alcmae*, Ra. Quaeri potest, annon *alcimae* legi possit coll. §. 128. — *cum vitio*, V.

§ 46. *obliqua circa*, R. *obliquis circa*, ad. *obliqui scire*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 62. — *radicem*, VRKad. *radices*, βγ. — *flore*, Vd. — *pillosas*, θV. — *inplicata*, a. — *heneo*, Vd. — *pissando*, V. — *molleat*, Ra. — *pleraque quae*, VRd. *plenaque q;*, a. — *sistit*, Ra. — *tunditur; eadem*, omitt. Vd. — *suppuratione*, Va. — *Collitur*, V. — *autumni*, d. *autem ni*, V. *aut cumini*, Ra.

§ 47. *laudario*, Vd. Ceterum v. Dioscor. 1, 128. — *sistit ut*, Ra. — *vitroque*, Scaliger epist. p. 110. 124. ex 35, 46. At v. 12, 75. 76. coll. Salmas. exerc. p. 259. b. B. — *nobili e*, Rad. *nobiliae*, V. *ad bilem e*, Dalec. *melitite*, Scaliger. — *Ledon*, θVRTadr. *Lada*, β. — *ex qua*, Vd. *quod ex aqua*, Ra. *ex qua ladanum*, βγ. — *pobilius*, Vd. — *Sit*, a. — *iam*, VRa. *etiam*, Td. — *toxicum*, Ra. *taxicum*, Vd. *toxicon*, βγ. — *arcum*, r. — *ranis*, Ra. — *trahuntur*, VRad. — *diximus* 12, 73 seqq.

§. 48. *odore est*, Td. *odorem*, V. *honorem*, Ra. *onere est*, r. — *plurimam*, Ra. — *Natura ei*, Rad. *Naturae*, V una littera post h. v. erasa. — *somnum*, Vd. *omnium*, Ra. — *adliciendi*, d. *adlicendi*, VRa. — *nigriciamque*, a. — *ulcera*, Rad. *aut cera*, V. — *storace*, VRad. — *efficacissimum*, om. V.

§. 49. *sistit et* — *in umbra sistit alvum* om. hoc loco V, at habet infra extrema paragrapho; ceterum v. Dioscor, 1, 127. — *chondris*, d. *condrys*, a. *condry*, R.

furfures cutis et manantia ulcera sale addito sanat, tussim
veterem cum styrace sumptum, efficacissimum ad ructus.
31. Alvom sistit et chondris sive pseudodictamnum. Hy- 49
pocisthis, orobethron quibusdam dicta, malo granato inma-
turo similis nascitur, ut diximus, sub cistho, unde nomen;
haec arefacta in umbra sistit alvom ex vino nigro austero
utraque; duo enim genera eius, candida et rufa. Usus in
suco; spissat, siccat, et rufa magis stomachi rheumatismos
emendat, pota tribus obolis sanguinis exscreationes cum amylo,
dysinterias pota et infusa; item verbenaca ex aqua data aut
carentibus febri ex vino Amineo, coclearibus quinque additis
in cyathos tris vini.
32. Laver quoque nascens in rivis condita et cocta tor- 50
minibus medetur, 33. potamogiton vero ex vino dysintericis
etiam et coeliacis, similis betae foliis, minor tantum hirsu-
tiorque, paulum semper eminens extra aquam. Usus in fo-
liis: refrigerant, spissant, peculiariter cruribus vitiosis utilia
et contra ulcerum nomas cum melle vel aceto. Castor hanc 51
aliter noverat, tenui folio velut equinis saetis, thyrso longo
et levi, in aquosis nascentem; radice sanabat strumas et du-
ritias. Potamogiton adversatur crocodilis; itaque secum ha-
bent eam qui venantur eos. Alvom sistit et Achillea; eosdem
effectus praestat et statice septem caulibus veluti rosae capita
sustinens.

condris, V. — *Hypocisthis*, d. *Hypocistis*, R. *Hypociss*, a. — *orobethron*, θ. *oborothron*, Vd. *orobotron*, Ra. *orobathion*, β. *pseudodictamnum*, *orobathion quibusdam dicta. Hypocisthis malo gran. imm. similis nascitur*, Scaliger epistol. p. 123. — *dicta malo*, d. *dictam malo*, a. *dictam nam lon*, R. — *diximus* 24, 81. — *cisto*, VRa. — *nigro austero*, VRad. *austero nigroque*, βγ. — *utroque*, Ra. — *suco spissat*, Rd. *sucos spissa*, a. *sucus spissa*, V. — *exscreationes cum amylo*, ita interpunxit Harduin. *exscreationes. Cum amylo*, β. — *amylon*, Ra. — *dysinteria*, d. — *ex verbenaca*, d. — *febri*, Vad. *febrie*, R. *febre*, βγ. — *amineo*, Va. *amminneo*, R. *ammineo*, dβ. In V post verba *ex vino* sequuntur ea, quae supra partim exciderunt, hoc initio et fine: *efficacissimum ad ructus alvum* — *febri ex vino*. Varietas scripturae in verbis repetitis eadem quae in supra positis. — *quoque*, V. — *cyathos*, VRd (codd. Gel.) *cyathis*, a.

§ 50. *Laves*, V. — *potamogiton*, VRad. *Potamogeton*, βγ. Ceterum v, Dioscor. 4, 99. — *minor*, θVTd. *minori*, Ra. *minoribus*, βγ. — *hirsutiorque*, θVRTad. *hirsutioribusque*, βγ. — *paulum*, θVRar. *paululum*, Td. *paulatim*, β. — *semper eminens*, θVTa. *supereminens*, Rdβγ. — *aqua*, V. — *Usus in foliis* — *peculiariter cruribus*, VRTad. *peculiariter refrigerat, spissat. Usus in foliis, cruribus*, β. *Refrigerant spissant cruribus*, r. — *utilibus*, K. — *nonas*, a.

§ 51. *adversatur*, Rr. *adversantur*, V. *adversatur et*, adβγ. — *crocodillis*, a, — *habet*, a. — *venatur*, R. — *eos*, θV. *illos*, β. Omitt. Radrγ. — *aehillae*, V. *Achilles*, d.

34. Ceratia uno folio, radice nodosa et magna, in cibo 52
coeliacis et dysintericis medetur. Leontopodion alii leuceoron,
alii doripetron, alii thorybethron vocant, cuius radix alvom
sistit purgatque bilem, in aquam mulsam addito pondere
denariorum duorum. Nascitur in campestri et gracili solo;
semen eius potum lymphatica somnia facere dicitur. Lago- 53
pus sistit alvom e vino pota aut in febri ex aqua; eadem
inguini adalligatur in tumore; nascitur in segetibus. Multi
super omnia laudant ad deploratos dysintericos quinquefolium
decoctis in lacte radicibus potis et aristolochiam victoriati
pondere in cyathis vini tribus. Quae ex supra dictis calida
sumentur, haec candente ferro temperari aptius erit. E di- 54
verso purgat alvom sucus centaurii minoris drachma in he-
mina aquae cum exiguo salis et aceti bilemque detrahit;
maiore tormina discutiuntur. Vettonica alvom solvit drachmis
quattuor in hydromelitis cyathis novem, item euphorbeum
vel agaricum drachmis duabus cum sale modico potum ex
aqua aut in mulso obolis tribus. Solvit et cyclaminos ex
aqua pota aut balanis subditis, item chamaecissi balanus.
Hysopi manipulus decoctus ad tertias cum sale et pituitas

§ 52. *Geratia*, d. — *et magna*, VRa. *magna*, dβγ. — *leuceoron*, Dioscor. 3, 100. ex scriptura vulgata, ubi nunc λεύχηθρον legitur. *licheoron*, VRd. *lecheoron*, a. *letheoron*, r. — *doripetron*, d. *dorypetron*, VRa. — *thorybethron*, Dioscor. *thorybetron*, V. *thoribethron*, d. *thoribethoron*, a. *thoribenthron*, R. — *aqua mulsa*, d. — *duorum*, θVRad. *duum*, β. — *omnia*, d. — *dicatur*, Ra.

§ 53. *ciet*, K. Ceterum v. Dioscor. 4, 17. — *tumori*, Va. — *laudant*, Dioscor. 4, 42. — *deplorandos*, d. — *et in aristholociam*, a. — *sumentur*, Rad. *sumentum*, V. *sumuntur*, r. — *candentes*, V. — *temptari*, d.

§ 54. *centaurei*, β. — *emina*, V. — *aqua*, Vd. — *maiora*, a. — *Vettonicae*, Va. — *in*, omitt. Vd. — *euphorbeum*, VRad. *euphorbium*, βγ. — *modicum*, Ra. — *cyclaminus*, d. — *Hysopi manipulus*, omitt. Vd. — *sale et*, Vd. *sale*, βγ. Verba *sale* — *inlitus* omitt. Ra. — *pituitam*, K. — *inlitus*, om. V. — *tritum cum*, Ra. *tritum in*, Vd. *contritus cum*, βγ. His ex lectionibus inter se iunctis locum emendavi.

§ 55. *purgant anagallides*, θVTd. *purgat anagallides*, a. *purgat anagallis*, Rβγ. — *epithymum*, VRad. *epithymon*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 4, 176. — *id flos est e thymo*, Dalec. — *similis*, T. — *helvaceus*, Salmas. exerc. p. 909. a. E. *quod hoc herbaceum est, alterum vero thymum album*, Dalec. — *quidam*, Rd. *quidem*, a. *quid*, V. — *hippopheon*, d (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 157.) *hyppopheon*, V. *hippopleon*, R. *hipopleon*, a. *hypopheon*, Hard. — *minus utilis*, Rd. *minus utiles*, a. *utilis*, V. *inutilis*, Murbac. *inutiles*, T. — *movet*, VRTa (Murbac.) *minus movet*, dβγ. — *sedat*, r. — *inflationes*, d. *inflammationes*, VRa. — *ecligmate*, d. *eligmate*, VR. *elicmate*, a. *eclegmate*, Murbac. — *utilia*, R.

§ 56. *melle et exiguo salis atque aceti*, θVT (Murbac.) *melle exiguo salisque atque aceti*, R. *mellis exiguo salis atque aceti*, a. *mellis exiguo salisque et aceti*,

trahit inlitus vel tritus cum oxymelite et sale pellitque ventris animalia; pituitam et bilem detrahit peucedani radix.

35. Alvom purgant anagallides ex aqua mulsa, item epi- 55
thymum, qui est flos e thymo satureiae simili; differentia quod hic herbacius est, alterius thymi albus; quidam hippopheon vocant; stomacho minus utilis vomitiones movet sed tormina et inflationes discutit; sumitur et ecligmate ad pectoris vitia cum melle et aliquando iride; alvom solvit a 56
quattuor drachmis ad sex cum melle et exiguo salis atque aceti. Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci, tenue, similitudine pallioli, rubens, siccari in umbra, bibi ex aqua acetabuli parte dimidia, detrahere pituitam bilemque alvo leniter soluta. Et nymphaea in vino austero 36. solvit 57
et pycnocomon erucae foliis crassioribus et acrioribus, radice rotunda, lutei coloris, terram olente, caule quadriangulo, modico, tenui, flore ocimi; invenitur in saxosis. Radix eius in aqua mulsa X II pondere et alvom et bilem et pituitam exinanit; semen somnia tumultuosa facit una drachma in vino potum; et capnos per urinam detrahit bilem.

37. Polypodi, quam nostri feliculam vocant, similis felici 58
radix in usu, pilosa, coloris intus herbacii, crassitudine digiti

d*βγ*. — *Quidam aliter tradunt, epithymum sine*, T. — *tenue*, K. *tenui*, VRad*β*. — *pallioli*, VRad (libri meliores ap. Salmas.) *paliuri*, alii libri ap. eundem. *pili*, K. *caprioli* vel *capilli*, Ruell. de natura stirpium 3, 151. — *parte*, VRad. *mensura*, r. — *alvo* et *soluta*, *θ*VRTad. *alvum* et *solvit*, *βγ*. — *Et nymphaea*, V. *et nymphaea*, Rad*βγ*. Haec vero verba, uti superioribus verbis emendatis aliter fieri non potuit, initium novae periodi fecimus, cum hucusque priorem clauderent.

§ 57. *pycnocomon*, d. *picnosomon*, V. *pygmocomon*, R. *pigmocomon*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 173. — *acrioribus*, VRad. *rarioribus*, *β*. — *quadriangulo*, *θ*VRad. *quadrangulo*, *βγ*. — *saxosis*, VTd. *saxosis locis*, Ra*β*. — *per alvum*, Dalec. — *cum multuosa*, V. — *et capnos per urinām detrahit bilem*, ita nos scripsimus ex maxima parte secuti Ianum; v. infra. *et capnos strumam detrahit bilem*, V. *et capnos strunā detrahit bilem*, d. *et carnostru detrahit bilem*, Ra. *et capnos strumam discutit. Detrahit bilem*, *β*. *et panos discutit. Detrahit bilem*, Hard. *γ*. *ut capnos per urinam* (vel, quod magis probare videtur, *urina*) *detrahit bilem polypodion*, Ian. obss. crit. p. 28. Ac primum quidem scriptura codd. Vd magis commendare videbatur *per urinam* quam *urina*, uti etiam illud saepius quam hoc apud Plinium legitur. Deinde tota horum verborum conformatio, qualem eam dedit Ian., convincitur verbis primis sequentis paragraphi prorsus immutatis, ut taceam particulam *ut* ita, uti Ian. eam ponere vult, positam a Plinio prorsus esse alienam.

§ 58. *Polypodi*, VRa. *polypodion*, d*βγ*. Genetivus iam pendet a nomine *radix*, quod hucusque *βγ* novam periodum incipiebat; ceterum v. Dioscor. 4, 185. — *feliculam*, ita nos scripsimus. *filiculam*, Ra*βγ*. *filiciolam*, *θ*Vd. — *similis*, VRad. *similis enim est*, *βγ*. — *felici*, V. *filici*, d*βγ*. *filicis*, R. *felicis*, a.

minumi, acetabulis cavernosa ceu polyporum cirri, subdulcis, in petris nascens aut sub arboribus vetustis. Exprimitur sucus aqua madefactae, et ipsa minute concisa inspergitur oleri vel betae vel malvae vel salsamento aut cum pulticula coquitur ad alvom vel in febri leniter solvendam; detrahit bilem et pituitam, stomachum offendit; aridae farina indita naribus polypum consumit. Florem et semen non fert.

38. Scammonium quoque dissolutionem stomachi facit, bi- 59
lem detrahit, alvom solvit praeterquam si adiciantur aloes drachmae duae obolis eius duobus, est autem sucus herbae ab radice ramosae pinguibus foliis, triangulis, albis, radice crassa, madida, nausiosa; nascitur pingui et albo solo. Radix 60
circa canis ortum excavatur ut in ipsam confluat sucus qui sóle siccatus digeritur in pastillos; siccatur et ipsa vel cortex. Laudatur natione Colophonium, Mysium, Prienense, specie autem nitidum et quam simillimum taurino glutini, fungosum tenuissimis fistulis, cito liquescens, virus redolens, cumminosum, linguae tactu lactescens, quam levissimum, cum diluatur albescens; hoc evenit et adulterino quod fit ervi farina et tithymali marini suco fere in Iudaea, quod etiam strangulat sumptum. Deprehenditur gustu; tithymalus enim 61
linguam excalfacit. Usus bimo, nec ante nec postea utili. Dedere et per se ex aqua mulsa et sale quaternis obolis,

ceu, omitt. Vd. — *cirri*, Ra. *carri*, Vd. Ceterum v. Theophr. hist. plant. IX. 13, 6. — *madefactae*, VRTa^{2}d. *madefacta*, a^1*δϑρφβ*. — *et ipsa*, *θ*VRTa. *ipsa*, d*βγ*. — *minute*, Gronov. RT. *minuta*, *θ*Vd. Omitt. a*β*; *minutim* vel *minutatim* aliae Gronovii coniecturae. — *aut cum*, *θ*VRTd. *vel cum*, a*β*. — *leviter*, *θ*VRad. — *offendit*, VR^{1}d. *ostendit*, R^2 (ad marg.) a. — *Florem et*, Rr. *Floret*, VTad. *Floret et*, *β*. *Nec floret nec semen fert*, K. — *infert*, a.

§ 59. *Scamonium*, Va. Graece dicitur et *σχαμμώνιον* et *σχαμώνιον* prima syllaba correpta; ceterum v. Dioscor. 4, 168. — *dissolutionem*, R^{2}a (codd. Gel., Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 150.) *dissolutiones*, *θ*VR^{1}d. — *facit*, omitt. VRad. — *praeterquam* — *duobus*; haec vv. post *facit* collocat K. — *aloes*, R^{2}ad. *alae*, R^1. *aloae*, V. — *trigulis*, a. — *pingue*, a.

§ 60. *in ipsam*, *θ*VRTK^{1}ad. *ex ipsa*, K^2. *in ipsa*, *β*. — *conflat*, V. — *Prienese*, Va. — *tenuissimi*, V. — *liquescit*, *θ*. — *cumminosum*, Hard. R. *cummino sub*, a. *cumino sub*, *δϑ*. *summinosum*, Vd. *gumminosum*, *θγ*. *gummosum*, codd. Gel. *β*. Om. r. — *tactu*, om. a. *sub lingua elactescens*, r. — *diluatur*, *θ*VRad. *diluitur*. *βγ*. — *adluiterino*, a. *adviterino*, V. — *erbi*, V. *herbi*, a. — *farinae*, V. — *et*, om. a. — *titymalli*, VRa. — *fere in Iudaea*, VRad. *in Iudaea fere*, *βγ*.

§ 61. *excalefacit*, V^{2}R^{2}a. — *Usus bimo nec ante*, RTd. *Usus bimone nec ante*, *θ*. *Usus bimone et cante*, V. *uus bimone et cante*, a. *Bimatu nec ante* K^1. *Bimo usus nec ante*, K^2. *bulbi more nec ante*, *β*. — *utili*, Gronov. *utile*,

sed utilissime cum aloe ita ut incipiente purgatione mulsum bibatur. Fit et decoctum radicis in aceto ad crassitudinem mellis, quo leprae inlinuntur et caput unguitur in dolore cum oleo.

39. Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alii lactu- 62
cam caprinam, narrantque lacte eius inscripto corpore, cum
inaruerit, si cinis inspargatur, adparere litteras et ita quidam
adulteras adloqui maluere quam codicillis. Genera eius multa:
primus cognominatur characias qui et masculus existumatur,
ramis digitali crassitudine, rubris, sucosis quinque aut sex,
cubitali longitudine, a radice foliis paene oleae, in cacumi-
nibus coma iunci. Nascitur in asperis maritimis, legitur se- 63
men autumno cum coma, siccatum sole tunditur et reponitur;
sucus vero incipiente pomorum lanugine, defractis ramis,
excipitur farina ervi aut ficis ut cum iis arescat; quinas au-
tem guttas singulis excipi satis est, traduntque totiens pur-
gari hydropicos fico sumpta quot guttas lactis exceperit. Su- 64
cus cum colligitur, ne attingat oculos cavendum est; fit et
e foliis tunsis priore minus efficax; fit et decoctum e ramis.
Est et semen in usu cum melle decoctum ad catapotia sol-
vendae alvi gratia. Semen et dentium cavis cera includitur;
conluuntur et radicis decocto e vino aut oleo. Inlinunt et
lichenas suco bibuntque eum ut purget vomitione et alvo

VRTKadβ. — *mulsa*, R. *vel mulsa*, θVKd. *et mulsa*, a. *vel mulso*, T. — *ex sale*, a. — *aloae*, V. — *inliniuntur*, a. — *inunguitur*, d. — *oleo*, VRa. *mullo*, d.

§ 62. *Tithymallum*, Va. — *alii*, om. a. — *caprinam. Narrant lacte*, K. — *ei*, a. — *inspargatur*, R^{2}. *spargatur*, VR^{1}. *inspergatur*, adβγ. — *primis*, a. — *characias*, Dioscor. 4, 162. *charachias*, R^{2}a. *chazarias*, R^{1}d. *zacharias*, V. — *malculus*, V. — *sucosis*, θVRTd. *rugosis*, aβ. — *radice*, a. *radicis*, VRd. — *paene oleae*, Dalec. R. *paenuleae*, θ. *peneleae*, VTd. *penele*, a. *pendulis*, codd. Gel. β.

§ 63. *legitimis*, R^{2}a. — *siccatur*, R^{1}. — *incipientes*, a^{1}. — *ramis*, θVR^{1}d. *ramulis*, R^{2}aβγ. — *ficis*, codd. Gel. *fici*, VRd. *fic*, a (reliquis abscissis). — *his*, a. — *ecrescat*, θ. — *autem*, Rad. *aut e*, V. — *singuli*, R. — *totiens*, VR^{1}d. *etiam totiens*, R^{2}aβγ. — *quod*, a. — *lactis*, d. *ex lactis*, VRa. — *exceperint*, d.

§ 64. *colligitur*, VRd. *collig*, a. Post has syllabas in codice a exciderunt verba usque ad § 84. *chamepillo similis*, quibus vetus eaque aequalis manus adscripsit: „*hoc ÷ de XXVI. libro p̃senti.*" — *et e*, VR^{2} (codd. Gel.) *et*, R^{1}d. — *minus*, VR^{1}d. *domus*, R^{2}. — *Est et*, R. *Est*, Vdγ. — *usu cum*, R^{2}d. *sucum*, VR^{1}. — *decoctum*, V. *decocto*, θRd. — *coluuntur*, V. — *radicis*, d. *radices*, VR (codd. Gel.) — *e vino*, R^{2} (codd. Gel.) *vino*, VR^{1}d. — *purget*, Rdr. *purgent*, Vβγ. — *vomitiones*, VRd.

*

soluta, alias stomacho inutilem. Trahit pituitam sale addito 65
in potu, bilem aphronitro; si per alvom purgari libeat, in
posca, si vomitione, in passo aut aqua mulsa; media potio
tribus obolis datur. Ficos a cibo sumpsisse melius est. Faucis urit leniter; est enim tam ferventis naturae ut per se extra corpori inpositum pusulas ignium modo faciat et pro caustico in usu sit.

40. Alterum genus tithymali myrtiten vocant, alii caryiten, 66
foliis myrti acutis et pungentibus sed mollioribus, et ipsum in asperis nascens. Colliguntur comae eius hordeo turgescente siccataeque in umbra diebus novem in sole inarescunt. Fructus non pariter maturescit sed pars anno sequente, et
nux vocatur; inde cognomen Graeci dedere. Demetitur cum 67
messium maturitate lavatumque deinde siccatur et datur cum papaveris nigri duabus partibus ita ut sit totum acetabuli modus, minus hic vomitionibus quam superior, ceteri item. Aliqui sic et folium eius dedere, nucem vero ipsam in mulso aut passo vel cum sesima. Trahit pituitam et bilem per alvom, oris ulcera sanat; ad nomas oris folium cum melle estur.

41. Tertium genus tithymali paralium vocatur sive tithy- 68
malis folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo quod colligitur incipiente uva et siccatum teritur sumiturque acetabuli mensura ad purgationes.

42. Quartum genus helioscopion appellant, foliis porcilla- 69
cae, ramulis stantibus a radice quattuor aut quinque, ruben-

alia, Vd.

§ 65. *addito*, θVRTd. *adiecto*, βγ. — *vomitionem*, VR. — *sumisse*, VR^1. — *meli*, V. — *est et alias tam*, K. — *ut*, Rd. *et*, V. — *extra*, Rd. *ea*, V (erasis fere duabus litteris). — *pustulas*, β. — *faciat*, d. *facit*, VR.

§ 66. *myrtiten*, Tr. *myrtitem*, d. *myrtitē*, R. *myrsiten*, θ. *mystitem*, V. *myrsiniten*, βγ, quod praefert Schneider. ad Theophr. hist. plant. IX. 11, 9. — *caryiten*, Barbar. *caro et in*, VR^1d. *carosetin*, R^2. — *pinguentibus*, V.

§ 67. *Demetitur*, d. *Demittitur*, VR. — *lavatumque*, θVTd. *lavaturque*, Rβγ. *lotum*, r. — *deinde*, θVRTdr. *dein*, βγ. — *modo; minus hic non vomit. aptus quam*, r. — *idem*, V. — *sesima*, R^2. *resima*, V. *resina*, R^1. *sesama*, dβγ. — *pituitam et bilem*, VRd. *bilem et pituitam*, βγ. — *aestur*, R.

§ 68. *paralium*, θVRTd. *paralius*, β. — *titymaillis*, V. — *semine*, d. *semen*, VR.

§ 69. *helioscopion*, Dioscor. *heliocopion*, Vd. *eliocopion*, R. — *porcillacae*, θVRTd. *portulacae*, β. — *Hic*, V. *Hoc*, Rdβγ. — *gratissimo quod colligitur incipiente uva*, VRdβ. Sed recte damnarunt verba *quod — uva* Dalec., Hard. et Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836. no. 167. ut repetita e § 68. — *accepit*, V. *accipit*, RKdγ. — *inferna*, R^2. *interna*, VR^1d.

§ 70. *Quinto quod*; ita nos scripsimus propter verba sequentia e codd. partim

tibus, semipedali altitudine, suci plenis. Hic circa oppida nascitur semine albo columbis gratissimo; nomen accepit, quoniam capita cum sole circumagit. Trahit bilem per inferna in oxymelite dimidio acetabulo, ceteri usus qui characiae.

43. Quinto quod cyparissian vocant propter foliorum simi- 70
litudinem, caule gemino aut triplici, nascenti in campestribus, eadem vis quae helioscopio aut characiae.

44. Sextum platyphyllon vocant, alii corymbiten, alii amygdaliten a similitudine, nec ullius latiora sunt folia; piscis necat, alvom solvit radice vel foliis vel suco in mulso aut aqua mulsa drachmis quattuor; detrahit privatim aquas.

45. Septumum dendroides cognominant, alii cobion, alii 71
leptophyllon, in petris nascens, comosissimum ex omnibus maxume, cauliculis rubentibus et semine copiosissimum, eiusdem effectus cuius characias.

46. Apios ischas sive raphanos agria iuncos duos tris spar- 72
git in terra rubentis, foliis rutae; radix cepae sed amplior,
quare quidam raphanum silvestrem vocant; intus habet mammam candidam, extra cortices nigros; nascitur in montuosis
asperis, aliquando et herbosis. Effoditur vere tunsaque in 73
fictili mergitur deiectoque quod supernatat relicus sucus purgat utraque parte sesquiobolo in aqua mulsa; sic et hydropicis datur acetabuli mensura; inspargitur et aridae radicis farina potioni. Aiunt superiorem partem eius vomitione bilis extrahere, inferiorem per alvom.

emendata. — *Quintumque*, VR. *Quintum*, d$\beta\gamma$. — *cyparittian*, R[2]. *syparittian*, R[1]. *siparittian*, V. *sippeutiam*, d. — *nascenti*, ita nos scripsimus. *nascente*, VRd. *nascentem*, $\beta\gamma$. — *eadem*, VRTd. *cui eadem*, $\beta\gamma$. — *Sextum dendroides*, Pint. ex Dioscoride. — *vocant*, d. *vocant appellant*, VR. — *corymbiten*, d. *corimbiten*, R[2]. *coribiten*, VR[1].

§ 71. *dendroides*, R. *dendro id est*, V. *dendroiden*, dγ. *platyphyllon*, Pint. ex Dioscoride. — *cobion*, R[2]d (codd. Barbari). *cubion*, θ (a m. sec.) VR[1]. — *cumosissimum*, V. — *maxime*, R[2]. *maximis*, θVR[1]dr. — *carachia*, VRd.

§ 72. *Apios ischas*, Barbar. *Napios ischas*, R. *Napios ischa*, d. *Napiosis cha*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 174. — *agaria*, VR[1]. — *tres*, VRd. *sive tres*, $\beta\gamma$. — *mammam*, VRd. *carnem*, K. — *montuosis*, R. *montosis*, Vdβ. — *herbosis*, VRd. *in herbosis*, β.

§ 73. *tusaque*, R. *tusati*, V. *tusa*, Td. — *reliqus*, V. *relictus succus colligitur purgat*, K. — *utraque*, VR[2]d. *itaque*, R[1]. — *inspargitur*, V. *inspergitur*, Rd$\beta\gamma$. — *Aiunt*, VRTd. *aiuntque*, $\beta\gamma$. Ceterum v. Theophr. hist. plant. IX. 9, 6. — *bilem*, T. — *per alvom*; hanc lectionem ex β revocavi. *per alvum a*, R. *per alvum aqua*, θVTd. *per alvum aquas*, Hard. γ. At de aquis nihil habet Diosco-

47. Tormina discutit quodcumque panaces, Vettonica prae- 74
terquam a cruditate, peucedani sucus et inflationes, ructus gignens, item acori radix daucumve si lactucae modo sumatur. Ladanum Cyprium potum interaneorum vitiis occurrit, gentianae farina ex aqua tepida fabae magnitudine, plantago mane sumpta duabus lingulis et tertia papaveris in vini cyathis quattuor non veteris; datur et in somnum euntibus addito nitro vel polenta, si multo post cibum detur; colo infunditur hemina suci vel in febri.

48. Agaricum potum obolis tribus in vini veteris cyatho 75
uno lieni medetur, e panace omnium generum radix in mulso, sed Teucria praecipue pota arida et decocta quantum manus capiat in aceti heminis tribus; ad volnus inlinitur eadem ex aceto aut, si tolerari non possit, ex fico vel aqua. Polemonia bibitur ex vino, Vettonica drachma in oxymelitis cyathis tribus, aristolochia ut contra serpentis. Argemonia septem 76
diebus in cibo sumpta lienem consumere dicitur, agaricum in aceto mulso obolis duobus; nymphaeae heracliae radix in vino pota et ipsa consumit. Cissanthemus drachma bis die sumpta in vini albi cyathis duobus per dies XL lienem dicitur paulatim emittere per urinam. Prodest et hysopum cum fico decoctum, lonchitidis radix decocta priusquam semen demittat, peucedani quoque radix decocta et lieni et renibus.

rides ita scribens: *ταύτης τὸ μὲν ἄνωθεν μέρος τῆς ῥίζης ληφθὲν δι' ἐμετῶν ἄγει χολὴν καὶ φλέγμα, τὸ δὲ πρὸς τῇ ῥίζῃ κάτω καθαίρει.* Veram ad scripturam ducere videtur R, unde opinor Plinium *per alvum. At tormina discutit* scripsisse.

§ 74. *Vettonica*, d. *et tonica*, V. *et Vettonica*, R$\beta\gamma$. — *praetereaque cruditatem*, K. — *et*, omitt. codd. Gel. — *item*, R. Omitt. Vd. — *daucum vel*, VRd. — *gentianae*, VRTd. *item gentianae*, $\beta\gamma$. — *magnitudinem*, V. — *submota*, V. — *a duabus*, Td. — *lingulis*, θVRTd. *linguis*, β. *linguis seu cochlearibus*, r. — *cyathis quattuor non veteris*, VRd. *non veteris cyathis quatuor*, β. *cyathis quatuor*, θ. — *si multo*, R (codd. Gel.) *simulque*, V. *simul*, d.

§ 75. *tribus*, Rd. *auribus*, V. — *liene*, V. — *e panace*, VRT. *et panace*, d. *et panacis*, $\beta\gamma$. — *in aceto mulso*, K. — *decocta*, d. *decocto*, VR. — *heminam*, θVRd (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 3, 99.) — *vulnera*, K. — *ex aceto*, VRTd. *cum aceto*, $\beta\gamma$. — *possint*, V. — *fico*, Rd. *ficu*, V$\beta\gamma$. — *ut contra serpentes* 25, 101.

§ 76. *Argemone*, K. — *septem*, R[2]d. *vel* (i. e. VII), VR[1]. — *in vino*, θVRTd. *e vino*, $\beta\gamma$. — *Cissanthemus*, d. *Cessanthemus*, V. *Cessenthemus*, R[1]. *Chissanthemus*, R[2]. — *lonchitidis*, d. *loncythidis*, R[2]. *lincythidis*, R[1]. *colo* (littera erasa) *chithidis* (n supra), V. — *demittat*, θVRTd. *emittat*, $\beta\gamma$.

§ 77. *Lienis*, VR[1]d. *alienis*, R[2]. — *acori potu*, Rd. *acori poto*, V. *acoro*

Lien acori potu consumitur, praecordiis et ilibus utilissimae 77
radices, clymeni semen potum diebus triginta pondere denari
in vino albo, Vettonicae farina ex melle et aceto scillite pota,
radix lonchitidis in aqua; Teucrium inlinitur, item scordium
cum cera, agaricum cum farina e feno Graeco.

49. Vesicae malis contraque calculos gravissimis crucia- 78
tibus, ut diximus, auxilio est Polemonia ex vino pota, item
agaricum, plantago foliis vel radice potis ex passo, Vetto-
nica, ut in iocinere diximus, item ramici pota atque inlita,
eadem ad strangurias efficacissima. Ad calculos quidam Vet-
tonicam et verbenacam et millefolium aequis portionibus ex
aqua pro singulari remedio bibere suadent. Strangurias dis- 79
cuti et dictamno certum est, item quinquefolio decocto ad
tertias in vino; hoc et enterocelicis dari atque inlini utilissi-
mum est. Xiphi quoque radix superior urinam ciet infanti-
bus, enterocelicis datur ex aqua et inlinitur vesicae vitiis;
peucedani sucus infantium ramici et umbilicis eminentibus
psyllion inlinitur. Urinam cient anagallides, acori radicis 80
decoctum vel ipsa trita potaque, et omnia vesicae vitia, cal-
culos et herba et radix cotyledonis itemque genitalium in-
flammationem omnem pari pondere et caulis et seminis et
murrae. Ebulum teneris cum foliis tritum ex vino potum
calculos pellit, inpositum testis sanat. Erigeron quoque cum 81

poto, r. — *scillite*, Rd. *scillito*, θVT. — *Teucrium*, VRd. *et Teucrium*, βγ ad superiora referentes. — *farina e*, ita nos scripsimus. *farinae*, VRd. *farina*, βγ. — *foeno Graeco*, VRd. *foeni Graeci*, βγ.

§ 78. *Vesicae malis*, ita recte interpunxit Hard., cum vulgo β haec referrentur ad superiora. — *in gravissimis*, K. — *diximus* 25, 23. — *foliis vel radice*, VRd. *radice vel foliis*, βγ. — *Vettonica*, VRd. *et Vettonica*, β. — *diximus* § 35. — *ramiti*, VRd. — *inlinita*, V. — *Ad calculos quidam*, R. *quidem ad calculos*, Vd. — *millifolium*, V.

§ 79. *discutit*, VR[1]. — *et dictamno*, VR. *e dictamno*, Td. — *hoc et*, Rd. *hoc est*, V. *hoc in vino*, codd. Gel. — *interocelicis*, VR. — *Exsiphi*, R[2]. *Siphi*, VR[1]d. Ceterum v. Dioscor. 4, 20. — *enterocelicis*, Vd. *interocelicis*, R. *ictericis*, r. — *infantium*, R[2]d. *infantibus*, θVR[1]. — *ramiti*, VRd. — *psyllion*, R[2]. *pyllion*, VR[1]d.

§ 80. *anacallides*, VR. — *acori*, VRd. *acorique*, βγ. — *potaque etiam vesicae*, r. — *vitia*, VRd. *vitia sanat*, βγ. At etiam alibi Plin. verbum *sanare* per zeugma omittit: *carnes eius* — *coxendicum dolores* (sanant) 20, 15., *iris rufa* — *tussim, tormina, inflationes pota, lienes ex aceto* (sanat) 21, 140. — *calculos et*, ita nos scripsimus partim ex R. *calculose et*, VR[1]d. *de calculos et*, R[2]. *et calculos*, βγ. — *omnem*, VR[2]. Omitt. R[1]Tdr. — *et caulis et seminis*, VR. *caulis et seminis*, dβγ. *seminis caulis*, K. — *teneris*, R[2]. *tenerum*, θVR[1]Td.

§ 81. *Frigeron*, V.

farina turis et vino dulci testium inflammationes sanat; symphyti radix inlita enterocelas cohibet, genitalium nomas hypocisthis alba. Artemisia quoque datur contra calculos ex vino dulci et ad stranguriam; dolores vesicae sedat ex vino radix nymphaeae heracliae.

50. Eadem vis crethmo ab Hippocrate admodum laudato; 82
est autem inter eas quae eduntur silvestrium herbarum, —
hanc certe apud Callimachum adponit rustica illa Hecale, —
speciesque batis hortensiae. Caulis unum palmum altus, semen fervens, odoratum ceu libanotidis, rotundum; siccatum rumpitur, habet intus nucleum candidum quem aliqui cachrym vocant. Folia pinguia albicant veluti olivae, crassiora et salsa gustu, radices digiti crassitudine tres aut quattuor; nascitur
in maritimis, petrosis. Estur crudum coctumve cum olere, 83
odorati saporis et iucundi; servatur etiam in muria praecipui usus ad stranguriam folio vel caule vel radice ex vino; colorem quoque corporis gratiorem facit, verum aequo largior inflationes; alvom solvit decocto, urinam et a renibus umorem trahit, sicut alceae siccae farina in vino pota stranguriam tollit, efficacius addito dauco; lieni quoque utilis ad-

symphyti, d (codd. Gel.) *sympiti*, VR[1]. *sympicae*, R[2]. — *inlita*, V[2]Rd. *inlitet*, V[1]. — *interocelas*, V. — *hypocistis*, R. — *cauculos*, V. — *sedat*, VRd. *sanat*, T. — *radix nymphaeae heracliae*, VR. *nymphaeae heracliae*, d. *nymphaeae heracliae radix*, *βγ*.

§ 82. *chretmo*, V. *cretamon*, d. *cetmio*, R[1]. *cetno*, R[2]. Ceterum v. Dioscor. 2, 156. — *laudato*, Dalec. *laudata*, VRd*β*. *laudatae*, Hard. *γ*; at v. § 83. — *duntur*, V[1]. *dicuntur*, V[2]. — *speciesque*, R[2]Td. *spiciesque*, R[1]. *spicis quae*, V. *speciesque est*, Barbar. *βγ*. — *batis*, Barbar. *elatae*, VRTd. Haec scriptura cum nullo modo vera esse possit, Barbari quidem coniecturam retinui, quamquam eam valde dubiam, cum nemo veterum scriptorum aliquid de hac re dixerit. — *hortensiae*, *θ*VRTd. *hortensis*, *β*. — *unum*, VRTd. *unus*, *βγ*. — *fervens*, R[2]d. *ferveas*, VR[1]. *ferens*, Hard. tacite, *γ*. — *libanotidis*, Dioscor. *balotidis*, Vd. *balathidis*, R. — *cacrȳ*, R[1]. *cacry*, Vd. *cacrys*, R[2]. *cachryn*, *βγ*. — *Folio pingui albicante*, *θ*VRTdr*γ*; at nos revocavimus scripturam vulgatam *β*, quae adstruitur adiectivis *crassiora* et *salsa*, cum per scripturam ab Harduino et *γ* e codd. receptam omnis structura huius loci tollatur, quia ablativus neque ad superiora neque ad sequentia quadrat. Scriptura vero illorum codicum eo est orta, quod littera ultima nominis *folia* a proxima voce est absorpta. — *crassiora et salsa*, VRd. *crassiore et salso*, r*γ*. — *grassitudine*, V. — *et petrosis*, Dalec.

§ 83. *odoratum saporisque*, K. — *etiam*, om. T. — *praecipui usus*, codd. Gel. *praecipue usus*, d. *praecipue usque*, VR. *praecipuusque usus eius*, K. — *strangyria*, VR. — *aequo largior*, codd. Gel. *largior*, VR[1]Tdr. *quoque largior*, R[2]. *largior quoque*, K. — *inflationes alvi solvit. Decocta*, r. — *urinam*, VRr. *urinamque*, d*βγ*. — *sicut*, VRd. *Sic et*, *βγ*. — *alceae*, Brot. *alce*, R[2]. *alme*, R[1]. *almae*, Vd.

versus serpentis bibitur, iumentis quoque in pituita aut stranguria hordeo inspersa succurrit.

51. Anthyllion est lenti simillima quae in vino pota vesicas 84
vitiis liberat, sanguinem sistit; altera est anthyllis chamaepityos similis, flore purpureo, odore gravi, radice intubi.

52. Vel magis medetur cepaea, similis porcillacae, nigriore radice sed inutili, nascens in litoribus harenosis, gustu amara; in vino cum asparagi radice vesicae plurumum prodest.

53. Eadem praestat hypericon quam alii chamaepytin, alii 85
corissum appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutae, odore acri, semine in siliqua nigro maturescente cum hordeo; natura semini spissandi, alvom sistit, urinam ciet, vesicae cum vino bibitur.

54. Est aliud hypericon quod aliqui caros appellant, folio 86
tamaricis, et sub ea nascitur sed pinguioribus foliis et minus rubentibus, odoratum, palmo altius, suave, leniter acutum. Vis semini excalfactoria et ideo inflationem facit, sed stomacho non inutile, praecipuum ad stranguriam, si exulcerata
non sit vesica; medetur et pleuriticis ex vino potum, 55. ve- 87

althaeae, *β*. — *farina in*, R^2. *farina e*, d. *farinas*, VR^1. — *stranguria*, d. *strangyria*, V. — *tollit*, omitt. VRd.

§ 84. *Canthyllion*, VRd. Ceterum v. Dioscor. 3, 143. — *vesiccas*, V. — *est anthyllis*; pro his vv. habent *canthyllis* (i. e. ē anthyllis) VRd. — *chamepillo*, Va (qui hic rursus incipit) d. *camepillo*, R. — *odori*, a. — *Vel magis*, VRad. *Vesicae malis*, K (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 3, 151.) *Sed id magis*, Dalec. — *medetur*, *θ*VRTad (Murbac.) Omitt. codd. Barbari, *β*. — *cepaea*, codices Barbari, Murbac. et index libri 1. *cepe ea*, V. *caepe*, a. *cepaeae*, *θ*Rd. Ceterum v. Dioscor. 3, 158. — *porcilacae*, VRad. *portulacae*, *β*. — *nigriore radice*, a. *nigriore radices*, VR. *nigriores radices*, d. — *inutilis*, a.

§ 85. *quam*, Rd. Omitt. VTa. Ceterum v. Dioscor. 3, 161. — *corissum*, *θ*VRTd (codd. Salmas. exerc. p. 420. a. D.) *corisu*, a (alii codd. Salmas.) *corion*, *βγ*. *corision*, Salmas. Cum recepta scriptura plus minusve concinunt codd. indicis libri primi. — *surculaceo*, K. — *natura*, ad. *nata*, V. *nata ē*, R. — *semini*, ad. *seminis*, VR. Om. r. — *vesicae*, *θ*VRTad. *ad calculos vesicae*, *β*.

§ 86. *aliqui*, VRd. *alii qui*, a. *alii*, *βγ*. — *caros*, codd. Salmas. *caro*, *θ*VRTad (alii codd. Salmas.) *corin*, Barbar. ex Dioscoride 3, 164. *βγ*. — *folia*, R^1. — *tamaricae*, Barbar. — *et minoribus ac rubentibus*, K. — *suave leniter*, VRTd. *suave leviter*, codd. Barbari. *suave*, r. *sua*, a. *leniter suave*, *β*. Verba *leniter acutum* — *excalfactoria* omitt. ar (codd. Salmas.) — *acutum*, Gronov. RTd. *aculum*, V. *aculeatum*, codd. Barbari, *β*. — *semine excalfacturia*, V. — *inflationem*, VK^2ad. *inflammationem*, R. *ad inflationem*, K^1. — *facit*, $VRTK^1$adr (codd. Salmas.) *facit enterocelis*, *β*. *facit, sanat in enterocelis*, K^2. — *sed*, VRTad (codd. Salmas.) *et*, r. — *non*, Rar. *cum*, d^1. *num*, d^2. Om. V. — *stranguria*, VR. — *exulcera*, R. — *pleureticis*, R.

sicae autem callithrix trita simul cum cumino et data ex vino albo. Verbenaca quoque foliis decocta ad tertias vel radix eius e mulso calido calculos eicit, item perpressa quae Arreti et in Illyrico nascitur in aqua decocta ex tribus heminis ad unam pota, trifolium ex vino sùmptum et chrysanthemum. Anthemis quoque calculos eicit, parvis a radice foliis quinis, caulibus longis duobus, flore roseo; radices tritae per se ceu laver crudum.

56. Silaus nascitur glareosis et perennibus rivis, cubitalis 88
api similitudine; coquitur ut olus acidum magna utilitate vesicae, quae, si scabiem sentiat, panacis radice sanatur aliter inutilis vesicis. Calculos pellit malum erraticum radicis libra in vini congio decocta ad dimidias, — inde heminae sumuntur per triduum, relicum ex vino cum sio, — et urtica marina et daucum et plantaginis semen ex vino.

57. Et herba Fulviana trita ex vino, — et haec nomen inventoris habet nota tractantibus, — urinas ciet.

58. Scordion testium tumores sedat; hyoscyamum genita- 89
libus medetur, peucedani sucus ex melle et semen stranguriae, agaricum obolis tribus in vini veteris cyatho uno, trifoli radix drachmis duabus in vino, dauci una drachma vel seminis. Ischiadici semine et foliis erythrodani tritis sanantur, panace poto et infricata polemonia, aristolochiae decocto
foli. Agarico quidem et nervos qui platys appellatur et ume- 90

§ 87. *callithrix*, ad. *callitrix*, θVRT. *callitriche*, K. *callitrichon*, β. — *cum*, om. a. — *foliis*, VRad. *cum foliis*, θKγ. — *ad tertias*, VRd. *adtritas*, a. — *caldo*, θ. — *perpressa*, Ra. *perpraessa*, V. *perpessa*, d. — *Arreti*, R^{2}ad. *Apreti*, R^{1}. *Apraeti*, V. *Aretii*, βγ. — *ex tribus*, Vad. *e tribus*, Rβγ. — *ad unam*, R. *ad unum*, Va. *ad vinum*, d. — *pota*, VR^{2}ad. *patra*, R^{1}. *et pota*, βγ. — *chrysanthemum*, θVRTd. *chrysanthemum potum*, K. *chrysanthemum primum*, aβ. — *Anthemis*, Td. *Antemys*, V. *Antemii*, θ. *Anthemum*, Raβγ. — *rosaceo*, R^{1}. — *per sae*, V. — *cei*, Va.

§ 88. *Silaux*, codd. Barbari. *Laver*, Barbar. — *glariosis*, a. *glabriosis*, VTd. *glabriolis*, θ. *glabiosis*, R^{1}. *gloriosis*, R^{2}. — *olus atrum*, Barbar. K. — *inutilis*, VRad. *inutile*, βγ. *inutili*, Barbar. r. — *vesicis. Calculos*, VRad. *Vesicae calculos*, r. — *vini*, d. Omitt. VRa. — *eminae*, a uti plerumque. — *cum cio*, VRa. *conicio*, d. *sicut et sion*, K^{1}. *cum conyza*, Barbar. K^{2}. — *et urtica*, ad. *et ortica*, VR. *urtica*, γ. — *trita ex vino et*, VR^{2}a. *trita et*, d. *trita ex*, R^{1}.

§ 89. *et*, omitt. VRad. — *semen*, VRa. Omitt. Td. — *strangyriae*, V. — *vino dulci una drachma*, r. *vino dulci vel una drachma seminis*, K. — *Isciadici*, R. *Insciadici*, V. *Sciadici*, d. *Schadici*, a. — *semine*, VRad. *et semine*, βγ. — *poto*, VRadr. *pota*, β. — *infricato*, VRad.

§ 90. *platys*, d. *platus*, θVRa. — *potis*, K. — *Quinquifolium*, Ra. — *schiadicis*, a. *sciadicis*, VRd. — *scammonio*, ad. *scamonio*, VR. — *et cum*,

rorum dolor sanatur obolis tribus in vini veteris cyatho uno
poto. Quinquefolium ischiadicis et bibitur et inponitur, item
scammonia decocta et cum hordei farina; semen hyperici
utriusque bibitur ex vino. Sedis vitia et attritus celerrime
sanat plantago, condylomata quinquefolium, sedem conver-
sam cyclamini radix ex aceto; anagallidum caerulea proci-
dentiam sedis retro agit, e diverso rubens proritat. Cotyle- 91
don condylomata et haemorroidas mire curat, testium tumores
acori radix decocta in vino tritaque inlita. Intertrigines negat
fieri Cato apsinthium Ponticum secum habentibus; IX. alii
adiciunt et puleium quod, si ieiunus quis legerit si post se
adliget, inguinis dolores prohibet aut sedat coeptos.

59. Inguinalis quam quidam argemonem vocant passim in 92
vepribus nascens ut prosit in manu tantum habenda est.

60. Panos sanat panaces ex melle, plantago cum sale, quin-
quefolium, persolatae radix ut in strumis, item damasonium,
verbascum cum sua radice tunsum, vino adspersum folioque
involutum et ita in cinere calefactum ut inponatur calidum.
Experti adfirmavere plurumum referre, si virgo inponat nuda 93
ieiuna ieiuno et manu supina tangens dicat: „negat Apollo
pestem posse crescere cui nuda virgo restinguat", atque ita
retrorsa manu ter dicat totiensque despuant ambo. Medetur
et radix mandragorae ex aqua, radicis scammoniae decoctum

VRTad. *cum*, *βγ*. — *quinquifolium*, a. — *sedem*, d. *sedeam*, Ra. *sed eam*, V. — *conversam*, VR^{1}d. *calumniam conversam*, a. *calumniam*, R^2. *eversa*, *θ*K. *eversam*, *γ*. Ceterum v. Dioscor. 3, 193., qui *ἕδραν προπεσοῦσαν* dicit. — *anagallidum*, *θ*VRTadr. *anagallis*, *β*. — *procidentiam*, *θ*VRKd. *procedentiam*, a. *procidentia*, *β*. — *sedes*, a. — *pruritat*, V^{2}a.

§ 91. *Cotoledon*, VR. — *curuat*, a. — *tritaque*, *θ*. *trita*, a. *trita atque*, Td. *tritaque et*, VR*βγ*. — *necat*, a. — *Cato* de re rust. 159. — *siccum*, K. — *si ieiunus quis*, V. *teieiunus quis*, R. *quo die unus quis*, a. *ieiunus quis*, d. *ieiunus qui*, *βγ*. — *post se*; pro his vv. habent *posset* Rad, *possit* V. — *prohibent* et *sedant*, a.

§ 92. *Inguinalis*, *θ*VRTd. *Inguibus*, a. *Inguinaria*, *β*. — *argemonem*, d. *argemon*, R^{2}a. *argemonio*, *θ*VR^1. *argemonion*, T. De integritate primorum verborum dubitat Pint. — *prosit*, VRa. *prosit inguinibus*, d*βγ*. — *mano*, VR^1. — *tantum*, R^{2}a. *lanium*, VR^{1}d. — *habenda est*, VRa. *habenda*, Td. — *ex melle*, VRTd. *cum melle*, a*βγ*. — *quinquifolium*, a. — *persollae*, R^{2}ad (optimus liber ap. Salmas. de hyle p. 51. b. G., qui probat). *persolae*, VR^1. — *ut in*, R^{2}ad (optimus liber Salmas.) *aut*, VR^{1}T. *ut et*, K. — *strumas*, K. — *calidum*, R^{2}a. Omitt. VR^{1}d.

§ 93. *unda*, V. — *ieiuno*, ad (codex Ursini ad Varr. de re rust. I. 2, 27.) Omitt. *θ*VRT. — *negat*, Vd (cod. Ursini). *necat*, a. *dicat*, R^2. Omitt. R^1. — *cui*, VRTad (cod. Ursini). *quam*, *β*. — *retrorsa*, VRa (cod. Ursini). *retorsa*, Tdr. *retorta*, Dalec. — *dispuant*, V. — *mandragora*, a.

cum melle, sideritis cum adipe vetere contunsa, marrubium cum axungia vetere vel Chrysippios cum ficis pinguibus; et haec ab inventore habet nomen.

X. 61. Venerem in totum adimit, ut diximus, nymphaea 94
heraclia, eadem semel pota in XL dies, insomnia quoque veneris a ieiuno pota et in cibo sumpta; inlita quoque radix genitalibus inhibet non solum venerem sed et adfluentiam geniturae; ob id corpus alere vocemque dicitur. Adpetentiam veneris facit radix e xiphio superior data potu in vino, item quam crethmon agrion appellant, ormenos agrios cum polenta contritus.

62. Sed inter pauca mirabilis est orchis herba sive sera- 95
pias foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice testiculis simili, ita ut maior sive, ut aliqui dicunt, durior ex aqua pota excitet libidinem, minor sive mollior e lacte caprino inhibeat. Quidam folio scillae esse dicunt leviore ac minore, caule spinoso; radices sanant oris ulcera, thoracis
pituitas; alvom sistunt e vino potae. Concitatricem vim habet 96
satyrion; duo eius genera: una longioribus foliis quam oleae, caule quattuor digitorum, flore purpureo, radice gemina ad formam hominis testium alternis annis intumescente ac resi-

vetere, VRTad. *veteri*, β. — *contusa marrubium* (*marruvium*, R. *marrhubium*, θ. *mauruvium*, V) *cum axungia vetere*, θVRTd. Omitt. aβγ. — *Chrysippios*, θVR. *Chrysippius*, T. *Chrysippos*, a. *Chrysippea*, dβγ.

§ 94. *diximus* 25, 75. — *nymphaea*, R. *nymphaeae*, Vad. — *eracliam*, a. — *eadem*, om. Dalec. — *affluentia*, a. *afluentiam*, V. — *alere*, R^{2}a. *habere*, θVR^{1}d. — *e*, om. a. — *potui*, d. — *cremnon*, θVRad. — *acrion*, ad. — *appellant*, VRad. *appellant et*, βγ. — *ormenos agrios*, θVRad. *hormion agrium*, K. *horminos agrios*, βγ. — *contritus*, θVRad. *contritum*, K. *contrita*, βγ.

§ 95. *mirabilis*, VR^{1}d. *milias*, R^{2}. *milia*, a. — *horchis*, a. Ceterum v. Dioscor. 3, 131. 132. — *serapias*, Dioscor. 3, 132. *serapiis*, VR. *serapis*, a. *sarapis*, d. Multa in his verbis transponit Dalec. — *durior*; pro h. v. habent *tenuior* θVTad, *tenuuior*, R. — *excitat*, a. — *leviore ac minore*, θVRad. *laeviori ac minori*, β. Ceterum haec sunt sumpta ex Theophr. hist. plant. IX. 18, 3. — *radices*, θRar. *radice*, Vd. *eiusque radices*, βγ. — *et thoracis*, K. — *e vino*, a. *et vino*, VRd.

§ 96. *habent*, V. — *ut satyrion*, K. Magnam in his vv. esse corruptelam Pintian. perspexit, qui e scriptura vulgata a Plinio duo orchidis genera cum duobus satyrii generibus confundi monet; infra demum § 97 seqq. de satyrio agitur. Duce partim codice V legendum puto: *radices — — alvum sistunt e vino potae, concitatricem vim habent* (ita V). *Duo eius genera*, omisso substantivo *satyrion*, quod ex loco paulo inferiore *satyrios orchis* huc est translatum. Ita si scribitur, per hanc sectionem modo de orchidis generibus agitur. — *una*, Rd. Omitt. Va. — *intumescente*, VR^{2}a. *intumescenture*, R^{1}. *intumescente*

dente. Altera satyrios orchis cognominatur et feminam esse
creditam; distinguitur internodiis et ramosiore frutice, radice
fascini; nascitur fere iuxta mare. Haec tumores et vitia par-
tium earum cum polenta inlita sedat vel per se trita; supe-
rioris radix in lacte ovis colonicae data nervos intendit, ea-
dem ex aqua remittit.

63. Graeci satyrion foliis lili rubris, minoribus et tribus 97
non amplius e terra exeuntibus tradunt, caule levi, cubitali,
nudo, radice gemina cuius inferior pars et maior maris gignat,
superior ac minor feminas. Et aliud genus satyri erythraicon
appellant, semine viticis maiore, levi, duro; radicis cortice
rufo intus album includi, sapore subdulce, fere in montuosis
inveniri; venerem etiamsi omnino manu teneatur radix sti- 98
mulare, magis adeo si bibatur in vino austero; arietibus quo-
que et hircis segnioribus in potu dari et a Sarmata equis
ob adsiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium pro-
sedamum vocant; restinguit vim eius aqua mulsa aut lactuca
sumpta. In totum quidem Graeci, cum concitationem hanc 99
volunt significare, satyrion appellant sic et crataegin cogno-
minantes et thelygonon et arrenogonon quarum semen testium
simile est. Tithymali quoque ramorum medullam habentes ad

ea, Tdγ. — *Alteria*, a. — *satyrios*, θVRTd. *saturios*, a. *satyrion*, β. Pro vv. *satyrios orchis* Pint. *cynosorchis* coniicit. — *feminam*, θVRad. *femina*, βγ. — *creditam*, VRd. *creditā*, a. *creditur*, βγ. — *adstinguitur*, a. — *fascini*, θVRd. *fascinis*, a. *fascinis utili*, βγ. — *earum*, θVRTd. *erum*, a. *earum erumpentia*, β. At v. Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836. no. 167. p. 291. — *inlita*, om. R^1. — *trita*, VR (ubi tamen puncta sunt supposita). *illita*, Td. Neutrum habent aγ. — *superiori*, a. — *quoque radix*, Dalec. — *in lacte ovino data*, r.

§ 97. *lii*, R. Ceterum v. Dioscor. 3, 133. 134. — *rubris*, Pint. VR^1d. *rubri*, R^2aβγ. — *Et*, VRad. *Est*, θ. — *aliut*, V. — *siriery*, a. — *erythraicon*, Dioscor. *erythrecon*, R^2d. *therythrecon*, V. *terythecon*, R^1. *threçon*, a. — *semine*, VRd. *se semine*, a. — *urticis*, Td. — *duro*, V^2R^2Kad. *doro*, V^1R^1. *durae*, βγ. — *rufo*, VR^1Td. *ruffo*, θ. *rubo*, R^2a. *rubro*, βγ. — *alvum*, a. — *subdulce*, Rad. *sed dulce*, V^1. *sebdulce*, V^2. — *fertur*, a. — *montuosis*, VRdr. *montosis*, aβ.

§ 98. *stimulare*, ita nos scripsimus. *stimulari*, VRadβγ. *stimulat*, r. — *magis adeo*, K, quod recte probat Hand. Tursell. 1, 147. *adeo*, VRadβγ. — *senioribus*, a. — *Sarmata equis*, Vd. *Sarmate quis*, Ra. *Sarmatis equis*, βγ. — *coito*, V^1. — *restinguit vim eius*, VRad. *vim eius restinguit*, βγ.

§ 99. *significari*, r. — *crataegin*, Hard. tacite, R. *crategin*, aβ. *cratecin*, Vd. *crataegon*, Salmas. exerc. p. 190. b. D. *crataegonon*, Bodae. et Schneider. ad Theophr. hist. plant. IX. 18, 6. — *cognominant*, Td cum rasura post h. v. in hoc codice. — *thelygonon*, $θR^2$T. *teliquo non*, a. *theligon*, VR^1d. — *et arrenogonon*, Dalec. *et arregonon*, VRTd. *et arthegonon*, θ. Omitt. aβ. — *testium*, Ra. *testilim*, V. *testilium*, d. — *Tithymalli*, Va.

venerem proniores fieri dicuntur. Prodigiosa sunt quae circa
hoc tradit Theophrastus auctor alioqui gravis, septuageno
coitu durasse libidinem contactu herbae cuiusdam cuius no-
men genusque non posuit.

64. Sideritis adalligata varices minuit et sine dolore praestat. 100
Podagrae morbus rarior solebat esse non modo patrum
avorumque memoria verum etiam nostra, peregrinus et ipse;
nam si Italiae fuisset antiquitus, Latinum nomen invenisset;
insanabilis non est credendus, quippe quoniam et in multis
sponte desiit et in pluribus cura. Medentur radices panacis
cum uva passa, sucus hyoscyami cum farina vel semen,
scordion ex aceto, iberis uti dictum est, verbenaca cum
axungia trita, cyclamini radix cuius decoctum et pernionibus.
Podagras refrigerat radix e xiphio, semen e psyllio, cicuta 101
cum lithargyro aut axungia, aizoum in primo inpetu poda-
grae rubentis hoc est calidae; utrilibet vero convenit eri-
geron cum axungia, plantaginis folia trita addito sale mo-
dico, argemonia tunsa ex melle. Medetur et verbenaca inlita
aut si pedes in aqua macerentur in qua decocta sit; 65. et 102
lappago similis anagallidi, nisi esset ramosior ac pluribus
foliis aspera, rugosa, asperioris suci, gravis odoris; quae
talis est mollugo vocatur, similis sed asperioribus foliis aspe-

tradit, θVTadr. *tradidit*, Rβγ. — *Theophrastus* hist. plant. IX. 18, 9. — *aliqui*, Va. — *cuiusdam*, Rd. Omitt. Va. — *genusque*, θVRTd. *que*, a. *speciemque*, β.

§ 100. *praestat*, VRad. *persanat*, θγ. — *Podagrae morbus*; ab his vv. novum caput exordiuntur θK. — *etiam*, VRa. *et*, d. — *in multis*, θVRTd. Omitt. aβ. — *desiit*, ad. *desit*, VR (ex corr.) T. *desinit*, K. — *cura*, Ra. *curia*, Vd. *curatur*, K. — *Medetur*, VR. — *radices panacis*, R. *radices panicis*, V. *radicis panacis*, a. *panacis radices*, dβγ. — *cum farina sesamae*, K. — *hiberis*, Va. — *dictum*, R. *dicta*, ad. *dic* ta, V (una post c littera erasa). Ceterum v. 25, 88. — *cydaminis*, V. — *et*, R^2ad. *et in*, θVR^1. — *pernionibus*, VRad. *pernionibus prodest*, βγ.

§ 101. *ex phio*, V. — *semen e psyllio*, R^2. *semine psillion*, a. *semen psyllio*, VR^1d. — *lithargyro*, R^2d. *litagyro*, R^1. *lithaguro*, V. *lythargiro*, a. — *aut*, VR^2ad. *ut*, R^1. — *absungia alzoum imprimo*, a. — *calida*, Vd. — *addita*, a. — *modice*, a. — *argemone*, Kr. — *verbenacam*, R. — *in aqua macerentur*, VRd. *macerentur in aqua*, θTγ. *macerentur*, β. — *in aliqua*, a. — *in qua decocta sit*, θVRTd. *decocta sit*, a. *illita ad pedes in aqua decocta*, r^1. *illita pedibus in aqua decocta*, Kr^2. *in eius decocto*, β.

§ 102. *lappazo*, VR^1d. — *anagallidis nisi esset*, Rd. *anagallid nisi esset*, a. *agallidinis jessetur*, V. — *aspera* — *suci*, omitt. VRad. — *gravis*, d. *gravi*, VR. Om. a. — *odoris* — *asperugo; su*, om. a. — *sed*, R (codd. Gel.) *et*, Vd. — *et sucus*, VRad. *succus expressus*, βγ. — *pondere*, d. *ponderis*, V^2R (ex corr.) a.

rugo; superioris et sucus pondere X I in vini duobus cyathis cotidie sumitur.

66. Praecipue vero liberat eo malo phycos thalassion id 103
est fucus marinus, lactucae similis, qui conchyliis substernitur, non podagrae modo sed omnibus articulorum morbis
inpositus priusquam exarefiat. Tria autem genera eius: latum
et alterum longius, quadamtenus rubens, tertium crispis fo-
liis, quo in Creta vestis tingunt, omnia eiusdem usus. Nican- 104
der ea et adversus serpentis in vino dedit. Salutare est et
semen eius herbae quam psyllion nominavimus madefactum
aqua, admixtis in heminam seminis resinae Colophoniae co-
clearibus duobus, turis uno. Laudantur et mandragorae folia
cum polenta tunsa. XI. Talis vero tumentibus limus aqua-
ticus cum oleo subactus mire prodest, articulis sucus e cen-
taurio minore, idem nervis utilissimus; item centauris; Vet- 105
tonica nervis discurrentibus per scapulas, umeris, spinae,
lumbis pota ut in iocinere; articulis quinquefolium inpositum, mandragorae folia cum polenta vel radix recens tunsa cum cucumere silvestri vel decocta in aqua; digitorum in pedibus rimis polypodi radix, articulis sucus hyoscyami cum axungia, amomon suco decocto, item centunculus decocta vel muscus recens ex aqua obligatus donec inarescat, item

Om. V^1. — *X I*, ita nos scripsimus. *XI*, VRad. *XI denariorum*, βγ. — *vini*, R^{2}a. *vino*, θVR^{1}d. — *duobus cyathis*, VRad. *cyathis duobus*, βγ.

§ 103. *eo malo phecos*, a. *eo malo poechos*, R. *eum alopoechos*, V. *eum alopechos*, d. Ceterum v. Dioscor. 4, 98. — *thalasson*, a. — *conciliis*, V. *conchis insternitur*, Schneider. ad Theophr. T. II. p. 485. ex codice, ut ait, Thuaneo, qui a nemine commemoratur; sed habet hanc lectionem iam margo Dalec., ductam ex Theophrast. hist. plant. IV. 6, 6: *φύεται ἐπὶ τῶν ὀστράκων καὶ ἐπὶ τῶν λίθων*. — *morbis*, VR^{2}d. *modis*, R^1. *orbis*, a. — *exarefiat*, R^{2}d. *exharefiat*, a. *arefiat*, VT. *erefiat*, R^1. — *Tria*, VRd. *Iri*, a. — *eius genera*, a. — *longum*, a. — *quadam elenus*, Va. — *tingunt*, θVRTad. *tinguntur*, β.

§ 104. *Nicander* theriac. 845., ubi v. Schneider. — *nominavimus*, θVR^{1}T. *appellavimus*, R^{2}adβγ; v. 25, 140. — *medefactum*, V. *madeaquę factum*, a. — *seminam*, a. — *turis*, R^{2}a. *puris*, VR^{1}d. — *limus*, VRd. *liquis*, a. — *supactus*, R^1. — *e*, R^{2}ad. *et*, VR^1.

§ 105. *pota*, VRd. *posita*, ar. *imposita*, Dalec. — *ut in iocinere*, VRad. *et iocineri*, K. — *inpositis*, a. *positis*, VRd. — *recens*, om. T. — *tusum*, d. — *digitorum in pedibus*, R^{2}K (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 164.) *digitorum inde pedibus*, θVR^{1}Td. *cubitorum in pedibus*, a. *cubitorum ac pedum*, β. *cubitorum* ad marg. habet R. — *amomon suco*, Vd. *amomi suco*, R. *amomon sucus*, a. *amomi succus cum*, βγ. — *decocto*, VRa^{2}d. *decocta*, a^1. — *obligatus*, θVRTadr. *obligatur*, β.

lappae boariae radix e vino pota. Cyclaminos decocta in 106
aqua perniunculos curat omniaque alia frigoris vitia, per-
niunculos et cotyledon cum axungia, folia ex batrachio, epi-
thymi sucus. Clavom pedum extrahit ladanum cum castoreo,
verbenaca ex vino.

67. Nunc peractis malis quae membratim sentiuntur dice- 107
mus de his quae totis corporibus grassantur. Remedia autem
haec conmunia inveniuntur: ante omnis potandam dodeca-
theum, de qua diximus, deinde panacis omnium generum ra-
dices, peculiariter longinquis morbis et semen interaneorum
vitiis, ad omnis vero dolores corporis sucum e scordio, item
Vettonicae quae pota colorem plumbeum corporis privatim
emendat, gratiorem reducit.

68. Geranion aliqui myrrin, alii myrtida appellant; similis 108
est cicutae, minutioribus foliis et caule brevior, rotunda, sa-
poris et odoris iucundi. Nostri sic eam tradunt, Graeci foliis
paulo candidioribus quam malvae, caulibus tenuibus, pilosis,
ramosam ex intervallis binum palmorum et in his foliis inter
quae in cacuminibus capitula sint gruum. Alterum genus 109
foliis anemones, divisuris longioribus, radice mali modo ro-
tunda, dulci, reficientibus se ab inbecillitate utilissima; et
fere talis vera est. Bibitur contra phthisis drachma in cya-

§ 106. *Cyclaminos — folia ex batrachio*, VRd prorsus uti in βγ, nisi quod β *perniunculos curat et cotyledon cum axungia* habet, quod verbum *curat* illi ipsi codd. omittunt. *Cyclaminos decocta in aqua perniunculos et cotyledon cum axungia, folia curat omniaque alia frigoris vitia pernunculos et cotyledon cum axungia folia ex batrachio*, a. *Cyclaminos decocta in aqua perniunculos et cotyledon cum axungia folio curat omniaque alia frigoris vitia ex batrachio*, δϑρ. *Cyclaminos et cotyledon cum axungia folia curat omniaque alia frigoris vitia ex batrachio*, φ. — *Clavum*, VR^1d. *Clavos*, R^2aβγ.

§ 107. *sentiuntur*, omitt. R^1d. — *crassantur*, R. — *inveniuntur*, Td. *inveniunt*, θVR^1. *invenio*, R^2aβγ. — *potandam*, r. *potanda*, a. *potan*, V (post *n* una littera erasa) R^2. *potu*, R^1. *potam*, dβ. — *diximus* 25, 28. — *dein*, d. — *interaneoorum*, a^1. — *dolores corporis*, Vad. *corporis dolores*, Rβγ. — *e*, R^2a. Omitt. VR^1d. — *quae*, Ra. *qua*, Vd. *aqua*, T. — *gratiorem*, VRad. *gratioremque*, βγ. — *reddit*, K.

§ 108. *Generanion*, a. Ceterum v. Dioscor. 3, 121. — *myrrin*, a. *myrin*, R^2. *myren*, VR^1d. Vulgatam tuetur Dioscor. 4, 114. — *alii*, a. *aut*, θVRTd. — *myrtida*, Hard. ex indice libri primi, ubi VRa *myrtis* habent. *myrtidan*, VRadγ. *myrtidam*, T. *myrrhidam*, θ. *myrrhida*, K. *merthryda*, β. *mertryga*, Pint. — *minutioribus foliis*, VRad. *foliis minutioribus*, βγ. — *brevior rotunda*, θVRTad. *breviore rotundo*, β. — *paulo candidioribus*, VRad. *candidioribus paulo*, βγ. — *caule*, a^1. — *trium*, r. — *in his*, VRad. *his*, K. — *foliis*, ad. *folia*, VR. — *quae in*, VRd. *quin*, a. — *sunt*, K.

§ 109. *malli*, V. — *refientibus*, a. — *utilissimi*, d. — *rara*, K. — *phthisis*,

this vini tribus bis die, item contra inflationes; et cruda idem praestat; sucus radicis auribus medetur, opisthotonis semen drachmis quattuor cum pipere et murra potum. Phthisim sanat et plantaginis sucus si bibatur, et ipsa decocta; in cibo cum sale et oleo a somno matutino refrigerat; eadem 110 datur iis quos atrophos vocant interpositis diebus, Vettonica vero phthisicis ecligmate cum melle fabae magnitudine, agaricum potum obolis duobus in passo vel daucon cum centaurio maiore in vino. Phagedaenis, quod nomen sine modo esurientium est, alias ulcerum, tithymali medentur cum sesamis sumpti.

69. Inter mala universi corporis vigiliae sunt plerisque. 111 Harum remedio monstratur panaces, clymenos, aristolochia et odore et peruncto capite, aizoum sive sedum si involutum panno nigro ignorantis pulvino subiciatur, et onotheras sive onear hilaritatem adferens in vino, amygdalae folio, flore roseo, fruticosa, longa radice et cum siccata est vinum olente; haec in potu data feras quoque mitigat. Cruditates quae 112 nausiam faciunt digerit Vettonica pota, eadem a cena concoctionem facit in oxymelitis cyathis tribus drachmae pondere et crapulam discutit, item agaricum post cibum in aqua

Rd. *pehisis*, V. *ptisicis*, a. *phthisin*, βγ. — *cyathis vini*, VRad. *vini cyathis*, βγ. — *opisthotonis*, θVR. *episthotoni*, a. *opisthotonicis*, βγ. — *drachmas*, VR. — *Phthisim*, R^{2}a. *Phthisis*, VR^{1}d.

§ 110. *cum sale*, codd. Gel. *et sale*, VRad. *decocto cibo sumpta cum sale et oleo*, K^1. *decoctam in vino cum sale*, K^2. — *a*, VRKad. *et a*, βγ. — *iis*, V. *his*, Radβγ. — *vero*, VR^{1}Td. *caro*, R^{2}a. Om. β. — *eligmate*, VRa. — *obolis duobus*, VRd. *duobus obolis*, aβγ. — *daucon*, V. *dauco*, a. *daucum*, Rd. — *centaurio*, θVRd. *centauro*, a. *centaureo*, β. — *sine*, VRad. *sinuum*, K. — *esurientium*, θVRTad. *exedentium*, β. — *est*, θ. *est et*, VRadβγ. — *alias*, R^{2}a. *alia*, θVR^{1}d. — *medetur*, VR^1. — *sesamis*, VRd. *sesami*, a. *sesamio*, r. *sesamino*, Dalec.

§ 111. *universi*, VRd. *universis*, a. *universa*, r. — *clymenus*, d. — *et odore*, V. *odore*, Rad. — *aizoum*, Rad. *alzoum*, V. *aeizoum*, β. — *onotheras*, codd. Salmas. de hyle p. 31. b. C. *onothera*, Dalec. R (et codd. indicis libri primi). *honothera*, Vad. *oenothera*, β. *oenotheras*, Barbar. ex Theophr. hist. plant. IX, 19, 1. At Plinius secutus est eosdem quos Dioscor. 4, 116. fontes. — *onear*, a (codd. optimi in indice libri primi). *oneari*, R. *onearim*, Vd. *onuris*, Barbar. ex Dioscor. βγ. — *laritatem*, V^1. — *affert*, K. — *amygdalae*, ita nos scripsimus. *amygdalice*, Rad. *amygdaliace*, V. *amygdalino est*, r. *amygdalaceo*, βγ. *φύλλα ἔχων ἀμυγδαλῇ παραπλήσια*, Dioscor. *τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἀμυγδαλῇ*, Theophr. — *roseo*, θVRd. *rosaceo*, aβ. — *unum olentae*, V. — *hac*, a.

§ 112. *digerit*, R. *digerunt*, Vad. — *pota eadem*, VRd. *eadem pota*, aβγ. — *a cena*, VRd. *machena*, a. — *concoctionum*, a. — *facti*, Va. — *olymelitis*, Vd. — *cibum*, θVRTad. *cibos*, β.

calida potum. Paralysim Vettonica sanare dicitur, item iberis, ut dictum est; eadem et torpentibus membris prodest, item argemonia omnia quae secari periclitentur discutiendo.

70. Comitialis sanant panaces quam Heraclion diximus 113
radice pota cum coagulo vituli marini ita ut sint panacis tres partes, plantago pota, Vettonica in oxymelitis drachma vel agaricon obolis tribus, folia quinquefoli ex aqua; sanat et archezostis sed anno pota; sanat et baccaris radix arida in pulverem contrita cyathis tribus cum coriandri uno in aqua
calida; et centunculus trita in aceto aut melle aut in aqua 114
calida, verbenaca ex vino pota, hysopi bacae ternae contritae et in aqua potae diebus xvi, peucedanum cum coagulo vituli marini aequis portionibus potum, quinquefoli contrita folia ex vino et sumpta diebus xxx, Vettonicae farina pondere X III cum aceti scillitici cyatho, mellis Attici uncia, scammonium obolis duobus cum castorei drachmis quattuor.

71. Febris frigidas leviores facit agaricum potum in calida 115
aqua, tertianas sideritis cum oleo, item ladanum quod in segetibus nascitur contunsum, plantago ex aqua mulsa duabus horis ante accessionem pota binis drachmis vel sucus radicis madefactae vel tunsae vel ipsa radix trita in aqua ferro calfacta. Quidam ternas radices in tribus cyathis aquae

dictum est 25, 88. — *quae*, R. *quaeque*, V a d. — *secari periclitentur*, V R a d. *periclitentur secari*, *βγ*.

§ 113. *sanant*, R a. *sanantur*, V d. At vulgata utcumque retinenda propter vv. *plantago pota*; passivum h. l. ortum ex verbis *radice pota* et *panacis*, de quo v. statim. — *panaces*, ita nos scripsimus. *panacis*, V R a d *βγ*. — *quam*, om. R^1. — *Heraclion*, V R a d. *Heracliam*, *β*. *Heracleam*, Dalec. — *diximus* 25, 32. — *radice pota*, V R d. *radices pota*, a. *radices potae*, *βγ*. — *Vettonica*, V R a d. *Vettonicae*, *βγ*. — *oxymelitis*, R^2 a. *oxymeliti*, *θ* R^1 d. *oxymelite*, *βγ*. — *agaricon*, ita nos scripsimus. *agarico*, *θ* V R^1 d. *agarici*, R^2 a. *agaricum*, *βγ*. — *sanat et archezostis — pota*, om. a. — *anno*, V R T d. *cum ammineo*, *β*. — *bacharis*, V. — *coriandri*, V T a d. *coriendri*, R. *coriandro*, *β*. — *uno in aqua*, R^2 T a d. *in aqua uno*, V R^1. *in aqua*, *β*.

§ 114. *et centunculus — calida*, a. *et centunculis — calida*, V R^2. Omitt. R^1 d. — *acoeto*, V. — *hederae* vel *hippoglossi* vel *hyssopi fasces terni contriti et in aqua poti*, Dalec. — *contrita*, a. — *et in*, V R^2 a d. *in*, R^1. — *equa*, R^1. — *epotae*, V. — *XVI*, V R a d. *IIII*, T. — *quinquefolii*, R^2 a d (codd. Gel.) *quinquefolio*, R^1. *quinquifolio*, V. — *et sumpta*, *θ* V R^1 T d. *pota*, R^2 a *βγ*. — *XXX*, *θ*. *XXXI*, V R a d *βγ*. Illud confirmat Dioscor. 4, 42: *ἀρήγει δὲ καὶ ἐπιληψίας πινόμενα (φύλλα πενταφύλλου) ἀνὰ φύλλων λ' ἐφ' ἡμέρας λ'*. — *farina*, d (codd. Gel.) *farinam*, V R. In V R post h. v. erasa una littera. — *pondere*, d (codd. Gel.) *ponderat*, a. *ponderis*, V^2 R^2. Omitt. V^1 R^1. — *aceti scillitici*, a d (codd. Gel.) *aceto scillitici*, V R^2. *aceto scilliti*, *θ* R^1. — *scamonium*, a.

dedere; eadem in quartanis quaternae fecerunt. Buglosso 116
inarescente, si quis medullam e caule eximat dicatque ad
quem liberandum febri id faciat et adliget ei septem folia
ante accessionem, aiunt febri liberari; item Vettonicae dra-
chmam in aquae mulsae cyathis tribus vel agaricum, maxume
in his febribus quae cum horrore veniant. Quinquefoli folia
quidam terna tertianis dedere, quaterna quartanis, plura ce-
teris, alii omnibus tris obolos cum pipere ex aqua mulsa.
Verbenaca quidem et iumentorum febribus in vino medetur, 117
sed in tertianis a tertio geniculo incisa, quartanis a quarto.
Bibitur et semen hyperici utriusque in quartanis et horro-
ribus, Vettonicae farina quae omnis horrores coercet, item
panaces adeo excalfactoria natura ut per nivem ituris bibere
id perunguique eo praecipiant; et aristolochia perfrictioni-
bus resistit.

72. Phreneticos somnus sanat qui contingit peucedano ex 118
aceto capiti infuso, anagallidum suco; e diverso lethargicos
excitare labor est, hoc praestante, ut perhibent, ex aceto na-
ribus tactis peucedani suco. Contra insanias Vettonica bibi-
tur; carbunculos rumpit panaces, sanat Vettonicae farina ex
aqua aut brassica cum ture frequenti potu calidae vel e car-

§ 115. *frigidas*, VRa^{2}. *frigidis*, a^{1}. *rigidas*, Td. — *livores*, R^{1}. — *cum oleo*; pro his vv. habent *oleacum* VR, *oleacu* a, *oleacii* d, *oleacei* T. — *ante*, VR^{2}a. Omitt. θR^{1}d. — *accessionem*, R^{2}a. *accessiones*, VR^{1}d. *accessione*, θ. — *madaefactae*, V. — *tusse*, R. — *ipse*, a. — *calfacta*, VRad. *calefacta*, β. — *radicis*, VR. — *eadem*, θVRTad. *iidem*, βγ. *iidemque*, r. *idemque*, Pint. — *quaternae*, Pint. *quaterna*, θVTad. *et quaternas*, Rγ. *quartanas*, β. — *fecere*, T. *dederunt*, K.

§ 116. *inarescentes quis*, a. — *e*, R^{2}a. *ex*, d. *et*, VR^{1}. — *exprimat*, R^{2}a. — *dicatque ad quem*, VR^{1}d. *dicat atque*, R^{2}a. — *febri*, VRad. *febre*, β. — *faciunt*, a. — *ei*, R^{2}ad. *et*, VR^{1}. — *febri*, VRad. *a febre*, β. — *drachma*, K. — *agarico*, K. — *errore*, R. — *veniant*, θVRTad. *veniunt*, β. — *tertianis dedere*, om. a. — *quaterna quartanis*, VRd. *quaternis*, a. — *ceu plura*, r. — *alii*, Rd. *ali*, V^{1}a. *aliis*, V^{2}T. — *hominibus*, a. — *tres obolos*, θVRTd. *III obolis*, a. *obolis tribus*, β.

§ 117. *tergio*, V. — *quaternis*, a. — *hyberi*, a. — *quatarnis*, a. — *farinę*, a. — *adeo*, d. *ideo*, VRa. — *excalfactoria*, d. *excalefactoria*, VR. *ex aqua uel facalfactoria*, a. — *ut*, VRd. *et*, a. — *ibere*, a. — *perunguique*, Ra. *perungique*, θVTd. *ac perungui*, β. — *aristolocia*, a uti saepe.

§ 118. *somnos*, a. — *contingit*, R^{2}a. *contingetm*, VR^{1}d. — *et anagallidum*, Dalec. — *et diverso*, R^{1}. — *lethargicos*, Vad. *solet hargicos*, R. — *excitari*, a. — *praestante ut perhibent*, codd. Gel. *praestante ut p̃beum* a. *praestante ut pbeū*, R^{2}. *praestanteuphorbeum*, θVR^{1}Td. — *tactis*, a (codd. Gel.) *tractis*, VRTd. — *suco*, a (codd. Gel.) *sucus*, VRd. — *bettonica*, V. *betonica*, θ. — *aut*, VR^{2}ad. *ut*, R^{1}. — *cum*, om. R.

bone in conspectu restincto, favilla digito sublata et inlita vel plantago tunsa.

73. Tithymalus characites hydropicos sanat, panaces, plan- 119
tago in cibo, cum prius panem siccum comederint sine potu, Vettonica drachmis duabus in duobus cyathis vini aut mulsi, vel agaricum vel semen lonchitidis duabus lingulis ex aqua potum, psyllion ex vino, anagallidum sucus, cotyledonis radix e mulso, ebuli recentis radix excussa tantum nec conluta, quod duo digiti conprehendant, ex vini veteris caldi hemina, trifoli radix drachmis duabus in vino, tithymalum platyphyllon cognomine, semen hyperici quod caros appellatur; acte, 120
quam esse ebulum putant quidam, radice contrita in vini cyathis tribus, si febris absit, vel semine ex vino nigro, item verbenaca fasciculo manus plenae in aqua decocta ad dimidias; praecipue tamen chamaeactes sucus aptissimus creditur. Eruptiones pituitae emendant plantago, cyclamini radix e melle; ebuli folia trita e vetere vino inposita etiam boam sanant id est rubentis papulas, pruriginem sucus strychni inlitus.

74. Igni sacro medentur aizoum, folia trita cicutae, man- 121
dragorae radix, — secatur in asses ut cucumis primumque super mustum suspenditur, mox in fumo, dein tunditur e vino

conspecto, V[1]T. *carbone sponte*, Pint. — *restincto*, VRTad. *exstincto*, β. — *plantago tunsa*, om. a.

§ 119. *Tithymalus* — *panaces*, om. a. — *characites*, VRd. *characias*, Pint. γ. — *panacis*, P apud Ian. obss. crit. p. 27. *phanacis*, VRd. Om. γ. De vino panacite ait Dioscor. 5, 72: *ὑδρωπικοῖς καὶ θηριοδήκτοις ἁρμόζει.* — *siccum*, θVRTadr. *succum*, β. — *comederint*, VRTdr. *ederint*, θaβγ. — *Vettonicā*, a. — *ligulis*, Dalec. — *psyllion*, θVRad. *psyllium*, β. — *cotolenodis*, R. *cotoledo is*, V[1]. — *quod*, θVRTd. *quę*, a. *quantum*, β. — *duogiti*, V. — *caldi*, θVa. *calidi*, Rdβγ. — *emina*, a. — *in vino*, θVRTad. *ex vino*, βγ. — *caros*, θVRTad. *coris*, βγ. *corion*, Pint.

§ 120. *acte quam*, VRd. *am et equam*, a. *chamaeacte quam quidem*, K. — *esse ebulum putant quidam*, VRad. *quidam esse ebulum putant*, βγ. — *in aqua decocta*, Vd. *decocta in aqua*, aβγ. *decocta*, R. — *chamaeactes*, θR. *chameactes*, V[1]. *chameleactes*, V[2]. *chamele . . actes*, *chamaeacte*, d. *chamaeactae*, β. — *pituita*, a. — *e melle*, θVRTd. *cum melle*, β. *Item melle*, a. — *trita*, θVRd. *tritę*, a. *contrita*, β. — *e*, R[2]. *et e*, βγ. Omitt. VR[1]ad. — *rupentes*, R[1]. — *strychni*, Ra. *trychni*, Vd. — *inlitus*, om. R[1].

§ 121. *sacrum*, R[1]. — *medentur*, Vd. *medetur*, Raβγ. — *aeizoum*, β. — *secatur*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 65. *siccatur*, VRTadβ. — *in asses*, VRK[1]d (Murbac.) *masses*, T. *in arses*, θ. *in has res*, ar. *in aere*, β. *in hanc rem et cucumis*, K[2]. *in aere ut et cucumis*, K[3]. *τέμνουσι δὲ (ἐκ τῆς ῥίζης τοῦ μανδραγόρου) τροχίσκους ὥσπερ ῥαφανίδος*, Theophr. hist. plant. IX.

aut aceto; prodest et vino myrteo fovere, — mentae sextans,
vivi sulphuris uncia ex aceto simul trita, fuligo ex aceto.
Ignis sacri plura sunt genera inter quae medium hominem
ambiens quî zoster vocatur et enecat si cinxit; medetur plan-
tago cum creta Cimolia et peristereos per se, radix perso-
latae; aliis quae serpunt cotyledonis radix cum mulso, ai-
zoum, sucus e linozosti ex aceto.

XII. 75. Radix polypodi inlita luxatis medetur, doloremque 122
que et tumores tollunt semen psylli, folia plantaginis trita
sale modice addito, verbasci semen ex vino decoctum con-
tritum, cicuta cum axungia. Folia ephemeri tuberibus tumo-
ribusque inlinuntur quae etiamtum discuti possunt.

76. Morbum regium in oculis praecipue mirari est, tenui- 123
tatem etiam densitatemque tunicularum felle subeunte. Hip-
pocrates a septumo die in febri mortiferum signum esse dicit,
nos scimus vixisse aliquos etiam ab hac desperatione; fit
vero et citra febris expugnaturque centaurio maiore ut dixi-
mus poto, Vettonica, agarici obolis tribus ex vini veteris
cyatho, item verbenacae folio obolis tribus ex vini calidi
hemina quatriduo; sed celerrime quinquefoli sucus medetur 124
tribus cyathis potus cum sale et melle; cyclamini radix dra-

9, 1. — *primumque*, θVRTad (Murbac.) *primoque*, βγ. — *fumo*, R^{2}a. *fumum*, VR^{1}Td. — *tunditur e*, θTd. *tuditurae*, V. *tunditur in*, Ra (Murbac.) βγ. — *myrteo*, VRa^{2}d. *myrreo*, a^1. *myrtico*, θ. — *mentes exstans*, a. — *sulpuris*, a. — *unciae*, R. — *simul trita, fuligo ex aceto*, om. a. — *vocatur*, θVRadr. *appellatur*, βγ. — *enecat*, R^{2}a. *necat*, θVR^{1}d. — *si cinxit*, R^{2}d. *si cinx̃*, a. *sic . XII*, V. *sic XI*, R^1. *si cinxerit*, βγ. — *peristeos*, R^1. — *persolutae*, a^1. — *qua*, a. — *cotoledonis*, V. — *ailzoum*, a. — *e linozosti*, θVRTad. *linozostis*, βγ.

§ 122. *medetur*, Ra. *medentur*, Vd. — *doloremqui et tot tumores*, a. — *psylli*, Va. *psyllii*, Rdβγ. — *trita*, θVRTd. *citra*, a. *tusa*, βγ. — *modice*, θVa. *modico*, Rdβγ. — *ex*, R^{2}ad. Omitt. VR^1. — *contritum*, R^{2}ad. *tritum*, VR^1. *et contritum*, βγ. — *tuberibus tumoribusque*, ad. *tuberibus tumoribus*, VR. *uberum tumoribus*, r. At v. Dioscor. 4, 85. — *etiamtum*, a. *et tantum*, θV. *etiamdum*, Rdβγ.

§ 123. *praecipue*, om. θ. — *etiam*, θVRT. *illam*, adβγ. Scripsit Plin. *etiam illam* i. e. non modo ceteram corporis cutem, sed etiam illam rell. — *tunicularum*, Ra. *tenicularum*, V. *tunicarum*, dβγ. — *subeuntes*, VR. — *ante septimum diem*, Valles. controvers. med. p. 433. ex Hippocrat. aphor. 4, 62. et 64., qui ipse tamen morb. intern. I. 4, 2. eam quam h. l. ei Plinius tribuit sententiam tuetur. — *febri*, θR. *febre*, Vadβγ. — *dicit*, θVRTd. *dicunt*, a. *docuit*, βγ. — *noscimus*, V. — *et citra*, V. *et circa*, a. *circa et*, θR^{1}d. *et circa et*, R^2. — *expugnaturque*, RTd. *expugnatusque*, θV. *inpugnaturque*, aβγ. — *centaurio*, θVRTad. *centaureo*, β. — *maiore*, Vd. *maiori*, R^{1}T. *ex maiore*, R^{2}a. — *diximus* 25, 67. — *callidi*, V. — *emina*, a. — *quadriduo*, a^2.

§ 124. *quinquefoliis*, Va. — *cum sale et melle*, VR^{2}a. Omitt. θR^{1}Td.

chmis tribus bibitur in loco calido et a perfrictionibus tuto, — sudores enim felleos movet, — folia tussilaginis ex aqua, semen linozostis utriusque inspersum potioni vel cum apsinthio aut cicere decoctum, hysopi bacae cum aqua potae, lichen herba, si cum sumitur cetero olere abstineatur, polythrix in vino data, struthion in mulso.

77. Passim et in quacumque parte sed maxume incommoda 125
nascuntur qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus. Remedio sunt pycnocomi folia trita cum polenta, si nondum caput fecerint; discutiunt et folia ephedri inlita.

78. Fistulae quoque in omni parte serpunt medicorum vitio 126
male sectis corporibus. Auxilio est centaurium minus collyriis cum melle decocto additis, plantaginis sucus infusus, quinquefolium cum sale et melle, ladanum cum castoreo, cotyledon cum medulla cervina calefacta et inposita; verbasci radicis medulla collyri tenuitate in fistulam additur vel aristolochiae radix vel sucus tithymali.

79. Collectiones inflammationesque sanant argemoniae folia 127
inlita, duritias et collectiones omnis verbenaca vel quinquefolium decoctum in aceto, verbasci folia vel radix, hysopum e vino inpositum, acori radix decocto eius foventibus, aizoum, item quae contunsa sint duritiasque et sinus corporis inlecebra. Omnia infixa corpori extrahunt folia tussilaginis,

calido, om. d. Ceterum v. Dioscor. 2, 193. — *a*, R^{2}a d. Omitt. V R^{1}. — *pstrictionibus*, R^{1}. *pslictionibus*, R^{2}. — *sudoris*, R^{1}. — *folea tusi laginis*, V. — *semel inozostis*, V. — *absentio*, V. — *aquae potericen*, V. — *absteneatur*, V R. — *polytrix*, V a. — *strancion in*, V. *straution in*, d. *struthioni*, a. *struthioni in*, R^{2}. *straucion in*, R^{1}.

§ 125. *Passim et*, R a d. *et passim et*, V. — *partes*, R^{1}. — *sed maxime incommoda*, θ V R^{1} T d. *et maxime incommoda*, R^{2} a. *maxima incommoda*, r γ. *ac maximo incommodo*, β. *intumida*, Pintian., qui praeterea multa transponit. — *confectis*, R d. *consectis*, θ V T a.

§ 126. *Fistolae*, a. — *centaureum*, β. — *inditis*, K. — *quinquifolium*, a. — *castorio*, a. — *et inposita*, θ V R T d. *inposita*, a β. — *tenuitatem*, a. — *titymalli*, a.

§ 127. *argemoniae*, V R^{2}a. *argemonia et*, R^{1}. *argemonia*, d. *argemones*, Dalec. — *hysopum* — *acori radix*, om. a. — *decocto*, d. *decocta*, V R a. — *eius*, V R a d. *eius herbae*, β γ. — *ad zoum*, V. *aeizoum*, β. — *item quae*, R d. *itemque*, V a. — *sint*, d. *sit*, R^{2}a. *sinin*, V R^{1}. — *duritiasque*, R^{2}a d. *duritias*, V R^{1}. — *sinus*, R^{2}a. *sino*, R^{1}. *in sino*, V. *in sinu*, T d. — *illecebra*, R d. *elecebra*, V T a. Ab h. v. novam periodum incipit β. *et tela omnia*, K. *sinuosa corporis ulcera*, Pint. — *infixi*, V R^{1}. — *tusilaginis*, V. — *laucum*, a.

§ 128. *pygnocomi*, V a. — *alcimae*, θ V. *algmae*, R a. *alginae*, T d. *alceae*, β γ.

daucum, semen leontopodi tritum in aqua cum polenta. Sup- 128
purationibus inponuntur pycnocomi folia trita cum polenta
vel semen, item orchis. Vitia quae sint in ossibus satyri
radice inposita efficacissime sanari dicuntur, nomae et colle-
ctiones omnes fuco maris priusquam inarescat; et alcimae
radix collectiones discutit.

80. Ambusta sanantur plantagine, arctio ita ut cicatrix 129
fallat; folia eius in aqua decocta contrita inlinuntur, radices
cyclamini cum aizoo, herba ipsa hyperici quod corissum ap-
pellavimus.

81. Nervis et articulis convenit plantago trita cum sale, 130
argemonia tunsa ex melle; peucedani suco perunguntur spa-
stici, tetanici. Nervorum duritiae aegilops suco, doloribus
erigeron ex aceto inlinitur et epithymum. Spasticis et opi-
sthotonicis perungui semine hyperici quod caros vocatur item-
que bibere prodest. Phrynion dicitur etiam abscissos sanare
nervos, si confestim inponatur trita vel mansa. Spasticis,
tremulis, opisthotonicis alcimae radix bibitur ex aqua mulsa;
sic et rigores excalfacit.

82. Sanguinis profluvia sistit herbae paeoniae semen ru- 131
brum, — eadem et in radice vis, — clymenus vero, sive
ore sanguis reiciatur sive naribus, sive alvo fluat sive femi-
narum utero, item Lysimachia pota vel inlita vel naribus
indita, item plantaginis semen, quinquefolium potum et inli-

§ 129. *plantago*, a. — *arctio*, VRad. *arcio*, β. At v. Dioscor. 4, 104. — *contrita*, VRd. *et contrita*, aβγ. — *radices*, a. *radicis*, R^2. *radici*, VR^{1}d. — *cum*, R. Omitt. Vad. — *hyperici*, R^{2}a. *cyperici*, V. *cyporici*, R^1. *et perici*, d. — *corissum*, Ta^2. *coryssum*, d. *corisum*, a^1. *choryssum*, θVR. *corion*, Barbar. βγ. — *appellavimus* § 85.

§ 130. *argemone*, Dalec. — *Peucedanis sucus*, a. — *tetanici*, R^{2}a. *tetaunici*, VR^{1}d. — *aegilops*, θVRd. *aegilopi*, a. *aegilopis*, β. — *frigeron*, VRa. — *et epithymum*, ita nos scripsimus. *epithymum*, VRad. *epithymi*, T. *Epithymo*, βγ hinc novam periodum incipientes, quo tota oratio fit prorsus elumbis. — *et*, θVRadr. Om. β. — *perungui*, R^{2}a. *perungue*, R^1. *perunge*, V. *perungi*, d. — *ac semine*, K. — *caros*, R^{2}a. *carus*, θVR^{1}d. *coris*, Barbar. βγ. — *itemque*, θR^1. *item quae*, V. *idemque*, R^{2}adβγ. — *abscissos*, VRd. *abscisos*, aγ. — *sic*, VR. — *alcimae*, ita nos scripsimus. *algme*, VRa. *alginae*, Td. *alceae*, βγ; v. § 128.

§ 131. *profluvia*, θVRTd. *profluvii*, a. *profluvium*, βγ. — *poeoniae*, V. — *rarice*, V. — *clymenus*, θVTd. *cymenus*, R^1. *cyclemenus*, R^{2}a. *cyclaminos*, β. *ποιεῖ δὲ ὁ χυλὸς (τοῦ κλυμένου) πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενος*, Dioscor. 4, 13. *clymenus vero* om. Dalec. — *sive ore*, θVR. *nis ore*, a. *ore*, T. *si ore*, dβγ. — *naribus*, VRad. *e naribus*, βγ. — *indita*, VR^{2}ad. *dita*, R^1.

tum, cicutae semen in naris, si inde fluat, tritum ex aqua inditum, aizoum, astragali radix; sistit et ischaemon et Achillia.

XIII. 83. Equisaetum hippuris Graecis dicta et in pratis 132
vituperata nobis, — est autem pilus terrae equinae saetae similis, — lienes cursorum exstinguit decocta fictili novo ad tertias quantum vas capiat et per triduum heminis pota; unctis esculentis ex ante diem unum interdicitur. Graecorum varia circa hanc opinio. Alii pinus foliis similem nigricantem eodem nomine appellant, vim eius admirabilem tradentes, sanguinis profluvia vel tacto tantum ea homine sisti;
alii hippurim, alii ephedron, alii anabasim vocant traduntque 133
iuxta arbores nasci et scandentem eas dependere comis iunceis multis nigris ut ex equorum cauda, geniculatis ramulis, folia habere pauca, tenuia, exigua, semen rotundum, simile coriandro, radice lignosa, nasci in arbustis maxume. Vis eius spissare corpora; sucus sanguinem e naribus fluentem inclusus sistit, item alvom; medetur dysintericis in vino dulci 134
potus cyathis tribus, urinam ciet, tussim, orthopnoeam sanat, item rupta et quae serpunt. Intestinis et vesicae folia bibuntur; enterocelen cohibet. Faciunt et aliam hippurim brevioribus et mollioribus comis candidioribusque, perquam utilem

aeizoum, β. — *schemon*, VRd. *scemon*, a. — *Achillia*, θVR[1]ad. *Achilliae*, R[2]. *Achillea*, βγ.

§ 132. *Graecis*, Vad. *a Graecis*, Rβγ. Ceterum v. Dioscor. 4, 46. — *in pratis*, θVRTKad. *pratis*, β. — *vitiperata*, Va. — *nobis* 18, 259. — *pilus*, Barbar. R[2]. *plus*, VR[1]d. *pulvis*, a. *pullulus* vel *capillus*, aliae Barbari coniecturae. Verba *est autem pilus terrae* delet Pintian.; at v. Geopon. II. 6, 27: *ἔχουσα τὰ φύλλα ταῖς θριξὶν ὅμοια.* — *lienes*, θRd. *lienaes*, V. *lichnes*, a. *lienem*, β. *dolorem lienis*, K. — *ficti*, a. — *aptias*, R[1]. — *careat*, R[1]. — *eminis*, a. — *esculentis*, Rd. *aesculentis*, a. *cyculentis*, V. Hac in voce h. l. desinit R; ab alia manu infra adscriptum est: *ante; et deficit hic de VI° circa unum folium deficit hic de VII° circa duas columnas.* — *ex ante*, a. *extante*, V. *ante*, dβγ. — *pinus*, θVTad. *pino*, a. *pini*, β. — *tradentem*, a. — *sanguinis*, VTad. *quod etiam sanguinis*, β. — *tacta*, a. — *tantum ea*, Va. *ea tantum*, dβ. — *homini*, a. — *sisti*, Gronov. *sistit*, VTad. *sistat*, β.

§ 133. *ephedron*, Vd. *pedron*, a. *ephydron*, Barbar., Pint. K. — *scandente*, Vad. — *ut ex*, ad. *ut est*, Vβγ. — *geniculatis*, a. *geniculis*, θVTd. — *tenua*, V. — *nascitur*, T. — *arbustis*, VTd (codd. Barbari). *ambustis*, a. — *corporea*, θ. — *infusus*, K.

§ 134. *austero*, Dalec. — *enterocelen*, a. *enteroceleri*, Vd. *Enterocelem*, βγ. — *co bibet*, V. — *Faciant*, a[2]. — *hippurim*, ad. *hyppuri*, V. *hippurin*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 4, 47. — *inposita*, Vad. — *sistendum sanguinem*, Vad. *sanguinem sistendum*, βγ.

§ 135. *fluxitve*, θVTad. *fluitque*, K. *fluxitque*, β. — *inferis*, d. — *gladioris*, a. — *vulneris*, Vd. — *inlitu*, θ. *illita*, T. *inligata*, Vadβγ. — *cludat*, Td.

ischiadicis et volneribus ex aceto inpositam propter sisten-
dum sanguinem. Et nymphaea trita plagis inponitur; peuce- 135
danum cum semine cupressi bibitur, si sanguis per os red-
ditus est fluxitve ab infernis. Sideritis tantam vim habet ut
quamvis recenti gladiatoris volneri inlitu sanguinem claudat,
quod facit et ferulae cinis vel carbo, fungus vero etiam ef-
ficacius qui secundum radicem eius nascitur; 84. per na- 136
ris autem fluenti et cicutae semen tritum ex aqua inditum-
que efficax habetur, item stephanomelis ex aqua; Vetto-
nicae farina e lacte caprino pota sistit ex ubere fluentem
plantagoque contunsa; eiusdem sucus vomentibus sanguinem
datur. Ad erraticum autem radix persolatae cum axungia
vetere inlita probatur; 85. ruptis convolsisque, ex alto de- 137
iectis centaurium maius, gentianae radix trita vel decocta
vel sucus Vettonicae, et hoc amplius a vocis aut lateris con-
tentionibus, panaces, scordium, aristolochia pota, agaricum
item contunsis et eversis potum duobus obolis in mulsi cya-
this tribus aut si febris sit in aqua mulsa, verbascum cuius
flos similis auro est, acori radix, aizoum omne sed maioris
sucus efficacissime, item symphyti sucus vel radicis deco-
ctum, daucus cruda, erysithales flore luteo, foliis acanthi,
e vino, item chamaerops et in sorbitione irio vel plantago
omnibus modis, item ......

§ 136. *additumque*, θ V T a d. — *stephanomelis*, codd. indicis libri primi. *stephanomeli*, a d. *stephanomelie*, V. — *farina e*, V. *farinę*, a. *farina*, d. — *utero*, K. — *plantagoque*, a. *plantago*, V d. — *persolatae*, V a. *herbae persolatae*, θ T d. — *illita potatur a aptis*, r.

§ 137. *et ex alto*, K. — *centaureum*, β. — *contensionibus*, codd. Gel. — *panace scordium*, a. *panaces cordium*, V d. *panaces, scordion*, β γ. — *agaricum item*, Dalec. γ. *agaricum. Item*, β. At v. Dioscor. 3, 1: *πρὸς ῥήγματά τε καὶ πτώματα, ὀβόλοιν δὲ δυοῖν πλῆθος διδόμενον μετ' οἰνομέλιτος ἀπυρέτοις.* — *aqua mulsa*, V d. *aqua mulse*, a. — *est acori*, V d. *escacori*, a. — *alzoum*, a. *aeizoum*, β. — *sed maioris*, θ V T d. *sede maiori*, a. *sed e maiori*, β. — *symphyti sucus*, ita nos scripsimus. *symphyticius*, d. *symphitius*, V. *symphyti*, a β γ. *foliorum symphyti*, K. — *vel radicis*, V a d. *radicis*, β γ. *vel radices vel*, K. — *daucos cruda*, V T d. *daucus crude*, a (coll. varietate scripturae sequenti). *dauci crudum*, δ. *daucis crudum*, ϑ ρ. *daucus crudum*, φ. *daucum crudum*, β γ. Hoc uno, quantum scio, loco *daucus* genere feminino dicitur; certe quae pro eo affert Gronov. verba scholiastae Nicandri theriac. 94., ea nunc Schneider. e codd. emendavit. — *erysithales*, V T. *rysithales*, a. *erysithales est*, d β γ. — *acanthi e*, T a d. *achantiae*, V. *acanthi: bibitur e*, β γ. — *calamerops*, a. — *sorbitione irio*, V[1] d. *sorbitiones irio*, V[2]. *sorbitione sirio*, a. — *item ......*, ita nos scripsimus significantes excidisse nomen herbae ruptis convulsisque medentis. Necessariam hanc nostram emendationem reddunt verba sequentia e codd. iam restituta. Vulgo β γ *Item* novam periodum sine ullo sensu incipit.

86. Phthiriasi Sulla dictator consumptus est nascunturque 138
in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus; resistitur
uvae taminiae suco aut veratri cum oleo perunctis corpo-
ribus; taminia quidem in aceto decocta etiam vestis eo tae-
dio liberat.

XIV. 87. Ulcera multorum sunt generum ac multis modis 139
curantur. Panacis omnium generum radix ex vino calido in-
linitur manantibus; siccat privatim quam Chironiam diximus;
cum melle trita tubera aperit ulceribusque quae serpunt de-
ploratis auxilio est, cum aeris flore vino temperata omnibus
modis, vel semine vel flore vel radice; eadem cum polenta
vetustis volneribus prodest. Heraclion quoque siderion, Apol- 140
linaris, psyllium, tragacantha, scordotis cum melle purgat;
farina eius carnis excrescentis per se inspersa consumit. Po-
lemonia ulcera quae cacoethe vocant sanat; centaurium ma-
ius inspersum vel inlitum, item minoris coma decocta vel
trita vetera quoque ulcera purgat et persanat. Folliculi cly-
meni recentibus plagis inponuntur; inlinitur autem gentiana
ulceribus quae serpunt radice tunsa vel decocta in aqua ad
mellis crassitudinem vel suco, volneribus ex ea factum ly-
cium. Lysimachia recentibus plagis medetur, plantago omnium 141
generum ulceribus, peculiariter feminarum, senum et infan-
tium; igni emollita melior et cum cerato crassa ulcerum labra
purgat, nomas sistit; tritam suis foliis integere oportet. Sup-
purationes, collectiones, sinus ulcerum chelidonia quoque sic-
cantur, volnera adeo ut etiam pro spodio utantur; eadem

§ 138. *phthiriasi Sulla*, d. *ptyriasis ulla*, V. *phtiriasi Sylla*, a. *phthiriasi qua Sulla*, $\beta\gamma$. — *nascuntur enim in sanguine*, K. — *exesura*, Va. *et e cura*, d. — *uvae taminiae*, a. *uvae taminae*, V. *uva et amine*, d. — *corporis*, a.

§ 139. *genera*, a. — *modis*, a. Omitt. VTd. — *mantibus*, a. — *sicca*, Vad. — *diximus* 25, 32. — *ulceribus quaeque*, Va. — *temperata*, Vad. *temperato*, $\beta\gamma$. — *vel semine vel flore vel radice*, Vd. *vel flore vel semine vel radice*, a$\beta\gamma$.

§ 140. *quoque*, a. Omitt. Vd. — *tragachanta*, a. *tragantha*, d. *traganthos*, θV. — *cordotis*, V. — *inspersa*, a. *insparsa*, Vd$\beta\gamma$. — *centaurium*, ad. *centaureum*, V$\beta\gamma$. — *inspersum*, θVad. *insparsum*, $\beta\gamma$. — *cuma*, T. *cyma*, Pint. — *Coliculi*, K. — *ex ea*, Vad. *ex aqua*, T. — *collyrium*, Hofmann. var. lect. 4, 27.

§ 141. *feminarum*, d. *feminum*, a. Omitt. VT. — *sénum*, om. a. — *igni emollita*, θVTd. *igne mollita*, aβ. — *cerato*, VTadr. *ceroto*, β. — *libra*, V. — *sistit*, ad. *sentit*, V. — *collectiones*, om. a. — *inponitur*, a. *ponitur*, Vd.

§ 142. *Dictamnos*, Dalec. — *aquae*, d. *aqua*, Va. — *obolus*, K. — *et*, Vad. *etiam*, $\beta\gamma$. — *exest*, V^1ad. *hoc est*, V^2. — *purgat*, VTd. *expurgat*, a$\beta\gamma$. — *vermesque*, Vd. *fervensque*, a. — *ulcere*, θVTd. *ulcera*, a. *ulceribus*, β.

iam desperatis cum axungia inponitur. Dictamnum pota sa- 142
gittas pellit et alia tela extrahit inlita; bibitur ex aquae cya-
tho foliorum obolo; proxume pseudodictamnum; utraque et
suppurationes discutit. Aristolochia quoque putria ulcera ex-
est, sordida purgat cum melle vermisque extrahit, item clavos
in ulcere natos et infixa corpori omnia, praecipue sagittas
et ossa fracta cum resina; cava vero ulcera explet per se 143
et cum iride recentia volnera ex aceto, vetera ulcera verbe-
naca, quinquefolium cum sale et melle. Radices persolatae
volneribus ferro inlatis recentibus inponuntur, folia veteribus,
cum axungia utrumque, et suo folio operitur; damasonium
ut in struma, folia verbasci ex aceto aut vino. Peristereos
ad omnia genera vel callosorum putrescentiumque ulcerum
facit; manantia nymphaeae heracliae radix sanat, item cy- 144
clamini radix vel per se vel ex aceto vel cum melle; eadem
et contra steatomata efficax, sicut ad ulcera manantia hyso-
pum, item peucedanum; et ad recentia volnera vis tanta est
ut squamam ossibus extrahat. Praestant hoc et anagallides
cohibentque quas vocant nomas et rheumatismos, utiles et
recentibus plagis sed praecipue senum corpori. Cum cerato 145
apostemata et ulcera taetra folia mandragorae recentia, radix
volnera cum melle aut oleo, cicuta cum siligine mixta mero,
aizoum herpetas quoque et nomas ac putrescentia, sicut eri-
geron verminosa, recentia autem volnera astragali radix et
vetera ulcera quae purgat hypocisthis utraque. Leontopodi
semen tritum in aqua et cum polenta inlitum spicula sagit-

§ 143. *per se et cum*, d. *persectum*, V a. — *vulnera*, V a^{2}d. *ulcera vulnera*, a^{1}. — *cum sale*, a d. *sale*, V. — *persollatae*, V a. — *ferro illatis recentibus*, om. V. — *veteribus cum axungia. Utrumque et*, r. Vox *veteribus* in V erasa eiusque loco haec sunt ad marginem adscripta: *vulneribus ferro illatis recentibus imponuntur*. — *ut in struma*, V d. *aut in struma*, a. *autem et in struma*, K. — *Peristerios*, V.

§ 144. *heraclia*, a. — *vel per se*, a. *per se*, V d. — *vel cum melle*, V a d. *et cum melle*, K. — *sicut*, a. *sic et*, θ V T d. — *oesypum*, Gesner. hist. anim. 1, 795. — *et ad*, V a d. *cui*, βγ. — *squamam*, θ T d r. *squama*, V a. *saniem*, β; at v. Dioscor. 3, 82: *καϑαίρει δὲ λεία ξηρὰ τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη καὶ λεπίδας ἀπὸ ὀστέων ἀφίστησι*. — *Praestantho*, V.

§ 145. *cerato*, Dalec. V a d. *ceroto*, β. — *apostemata et ulcera taetra folia*, a. *exulceratae tria folia*, V. *exulcerata e trifolia*, d. *exulcerata et trifolia*, T. — *aeizoum*, β. — *haerpetas*, V. *herbetas*, a. — *et nomas*, V. *ac nomas*, a d. — *ac*, V a. *aut*, T d. — *verminosa*, a. *vermiosa*, V d. — *ulcera quae*, ita nos scripsimus. *ulcera aquae*, V. *ulcera que*, d. *ulceraq;*, a. *quae*, T. *quoque ulcera*, βγ. — *et cum*, V a. *cum*, d. — *spiculas*, a.

tarum extrahit, item pycnocomi semen. Tithymalus characi- 146
tes suco gangraenas, phagedaenas, putria vel decocto ramorum cum polenta et oleo, orchis radices hoc amplius et cacoethe ex aceto cum melle siccae et recentes, per se onothera efferantia sese ulcera sanat. Scythae volnera Scythica curant; ad carcinomata argemonia ex melle efficacissima est.
Ulceribus praesanatis asphodeli radix decocta ut diximus trita 147
cum polenta et inlita, quibuscumque vero Apollinaris, astragali radix in pulverem trita umidis ulceribus prodest, item callithrix decocta in aqua, privatim vero iis quae calciamento facta sint verbenaca, nec non et Lysimachia contrita ac nymphaea arida infriata; polythrix inveteratis iisdem utilior est.

88. Polycnemon cunilae bubulae similis est, semine pulei, 148
surculosa, multis geniculis, corymbo odorato, acri et dulci odore; ferro factis conmanducata inponitur, quinto die solvitur. Symphyton ad cicatricem celerrime perducit, item sideritis; haec inponitur ex melle. Verbasci semine ac foliis 149
ex vino decoctis ac tritis omnia infixa corpori extrahuntur, item mandragorae foliis cum polenta, cyclamini radicibus cum melle. Trixaginis folia in oleo contrita iis maxume adhibentur ulceribus quae serpunt, et alga in melle trita, Vettonica ad carcinomata et malandrias veteres addito sale.

89. Verrucas tollit argemonia ex aceto vel batrachii radix 150

pygnocomi, a.

§ 146. *characites*, a d. *caracitas*, V. *characias*, βγ. — *cum polenta*, V a. *polenta*, d. — *cacoethe ex aceto*; pro his vv. habent *cahoeti* V, *choeti* a, *cacti* d. Videtur simpliciter legendum esse *cacoethe* omissis verbis *ex aceto*; certi tamen aliquid eo minus pronuntiari poterit, quo magis ex tota huius loci conformatione apparet non pauca hic esse corrupta, nonnulla etiam, id quod iam Pint. censebat, excidisse. — *recentis*, V. — *per se*, a. *per se vulnera*, V T d. — *onothera*, θ V T d. *oenothera*, β. Verba *onoth. effer. sese* om. a. — *efferantia*, Pint. K. *efferentia*, V a d β. καταπλασθεῖσα δὲ πραΰνει τὰ θηριώδη ἕλκη, Dioscor. 4, 116. — *Scythae*, θ a d r. *Scite*, T δ. *Scythe*, ϑ ρ φ. *stitae*, V. Om. β. — *vulnera Scythica*, V d. *vulnera Scitica*, T. *vulnera Scyticę*, a. *vulnera Scitice*, ϑ ρ φ. *vulnera Scitite*, δ. *vulnera scythice*, γ. *Scythica vulnera*, Barbar. β. — *argimonia*, a. *argemone*, K.

§ 147. *Ulceribus*, θ V. *Vulneribus*, a d βγ. — *praesanatis*, d (codd. Barbari). *persanatis*, θ V a. — *diximus* 22, 70. — *iis quae*, d. *his quae*, V. *hisq;*, a. — *calciamento*, a. *calciamenta*, V d. *calceamento*, βγ. — *infricata*, K. — *utilior est*, θ V T d. *utilior*, a βγ.

§ 148. *Polygnemon*, V a. *Poligmenon*, d. Ceterum v. Dioscor. 3, 98. — *odorata*, a d. — *ferro*, V T a d δ ϑ ρ φ. *quae ferro*, β. — *factis*, V a d ϑ. *factis vulneribus*, δ ρ φ β γ. — *et quinto*, K.

quae et unguis scabros aufert, linozostidis utriusque folia vel sucus inlitus. Tithymali omnes genera verrucarum omnia, item pterygia, varos tollunt; cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum. XV. Artemisiam et elelisphacum adligatas qui habeat viator negatur lassitudinem sentire.

90. Muliebribus morbis medetur maxume in universum 151
paeoniae herbae semen nigrum ex aqua mulsa; eadem et in
radice vis menses ciet, panacis semen cum apsinthio menses
et sudores, scordotis potu et inlitu. Vettonica drachma in
vini cyathis tribus bibitur contra omnia volvarum vitia aut
quae a partu fiunt; menses nimios sistit Achillia inposita et
decoctum eius insidentibus. Mammis inponitur hyoscyami 152
semen ex vino, locis radix in cataplasmate, et mammis etiam
chelidonia. Secundas morantis vel partus emortuos radices
panacis adpositae extrahunt; ipsum panaces e vino potum
volvas purgat adpositumque cum melle. Polemonia pota ex
vino secundas pellit, nidore corrigit volvas. Centaurii minoris 153
sucus potu fotuque menses ciet, item maioris radix in volvae
doloribus iisdem modis prodest, derasa vero et adposita extrahit partus emortuos; plantago adponitur in lana in dolore volvae, in strangulatu bibitur. Sed praecipua dictamno vis est; menses ciet, partus emortuos vel transversos eicit; bibitur ex aqua foliorum obolo, adeo ad haec efficax ut ne in cubiculum quidem praegnantium inferatur; nec potu tantum

§ 149. *infixa corpori*, V a d. *corpori infixa*, *βγ*. — *cum melle*, a d. *melle*, V. — *Trixaginis*, *θ* V a d. *Trissaginis*, *β*. — *iis*, d. *is*, V. Om. a. — *algam in*, V a. *algamum*, d. — *malandrias*, d. *malandri ac*, V a. *melanias*, *βγ*; at v. Schneider. ad Veget. p. 58.

§ 150. *tulit*, a. — *vel batrachii*, a. *ulibatraci*, V. *ulivel batrachi*, a. — *et*, om. a. — *scabrosas*, V a d. — *aut fertulino zoytidis*, a. — *verrucarum omnia*, *θ* V. *verrucarum omnium*, d *βγ*. *verrucarum*, a. — *item*, *θ* V d. *item omniá*, a *βγ*. — *varos*, *θ* a d. *varros*, V. *varosque*, *βγ*. — *elispacum*, V a.

§ 151. *Mulieribus*, a. — *herbae*, V a. Omitt. T d. — *meses*, a. — *semen cum absinthio*, V d. *se*, a. — *meses*, a. — *et*, om. a. — *scorditis*, V. — *vino*, a. — *a partu*, d. *apertu*, V. *a pastu*, a. — *meses*, a. — *nimios*, V a. *enim hos*, d. — *Achillia*, V. *Achilli*, a. *Achillea*, d *βγ*. — *inposita*, a d. *adposita*, V.

§ 152. *in cataplasmate*, *θ* V T d. *ex cataplasmate*, a. *e cataplasmate*, *βγ*. — *etiam*; pro h. v. habent *et* *θ* V a d. — *emortuos*, V. *emortuo*, a. *emortuum*, d. — *adposita*, V a. — *panaces*, *θ* V. *panacis*, a. *panacis semen*, T d. — *e vino potum*, *θ*. *in vino potum*, V d *βγ*. Om. a. — *tollit*, a. — *nidoreque*, K. — *corrigit*, *θ* V T d. *porrigit*, a. *purgat*, *β*.

§ 153. *Centaurii*, ita nos scripsimus. *Centauri*, a. *Centaurei*, V d *βγ*. — *pota*, a. — *meses*, a. — *in vulvae*, V a d. *vulvae*, T. — *emortuosque*, a[1]. — *meses*, a. — *traversos*, a. — *obolus*, K. — *ut ne*; pro his vv. habent *vine* V a d. — *peregrinantium*, V d. — *potu*, a. *pota*, *θ* V T d.

sed et inlitu et suffitu valet. Proxume pseudodictamnum, 154
sed menses ciet cum mero decoctum denari pondere; pluribus tamen modis aristolochia prodest; nam et menses et secundas ciet et emortuos partus extrahit murra et pipere additis pota vel subdita; volvas quoque procidentis inhibet
fotu vel suffitu vel subiectu, maxume tenuis. Strangulatum 155
ab his mensumque difficultatem agaricum obolis tribus in vini veteris cyatho potum emendat, peristereos adposita in adipe suillo recenti, antirrinon cum rosaceo et melle; item adposita nymphaeae Thessalae radix dolori medetur, in vino nigro pota profluvia inhibet; e diverso ciet cyclamini radix
pota et adposita et vesicae insidentium decocto medetur. Se- 156
cundas pota cissanthemos pellit, volvam sanat; e xiphio radix superior menses ciet drachma ex aceto pota. Peucedanum strangulatus volvae nidore ustum recreat, menses albos praecipue psyllium drachma in cyathis tribus aquae mulsae ciet; semen mandragorae potum volvam purgat; menses ciet
sucus adpositus et emortuos partus; nimia rursus profluvia 157
sistit semen cum vivo sulphure, contra facit et batrachium potu vel cibo, ardens alias, ut diximus, cruda; sed cocta commendatur sale et oleo et cumino. Daucum et menses et secundas potu facillime pellit; ladanum suffitu corrigit volvas, dolori earum exulceratisque inponitur. Emortua scammonium

fotu, Td.

§ 154. *sed*, om. K. — *meses*, a. *sed tardius menses*, Dalec. ex § 161. *constat unius oboli* (dictamni) *pondere, vel si mortui sint in utero infantes, protinus reddi sine vexatione puerperae. Similiter prodest pseudodictamnum, sed tardius*, et Dioscor. 3, 34: *τὸ δὲ ψευδοδίκταμνον καλούμενον φύεται ἐν πολλοῖς τόποις, ἐμφερὲς μὲν τῷ δικτάμνῳ, ἔλαττον δὲ δριμύ· ποιεῖ δὲ τὰ αὐτὰ τῷ δικτάμνῳ, οὐχ ὁμοίως ἐνεργοῦν.* — *denari pondere*, Vad. *pondere denarii*, βγ. — *pluribus*, VKdr. *plurimis*, Taβ. — *modis*, Vd. *molochis*, a. *locis*, T. — *meses*, a. — *myrre et pipere et*, a. — *inhiberet*, V. — *suffito*, V.

§ 155. *mesumque*, V. *messiumque*, a. *mensiumque*, dβγ. — *obolis tribus*, Vad. *tribus obolis*, βγ. — *potum*, ad. *potu*, VT. — *dolore*, V.

§ 156. *cissanthemos pellit*, a. *cissanthemos pelli*, V. *pellit cissanthemos*, Td. — *sanam*, a. — *e xiphio*, θVTad. *et xiphii*, β. — *meses*, a. — *menses albos*, T. *meses alvos*, a. *menses albo*, d. *mese albo*, V. *menses alvosque*, β. — *psyllium*, Vd. *psyllion*, a. *psyllium sistit*, K. — *quae*, a. — *mulsae ciet*, V. Omitt. ad. — *meses*, a. — *et*, om. d. — *emortuos*, d. *mortuos*, Var.

§ 157. *vivo*, Td. *vino*, å. *ut non*, V. *vino et*, β; at v. Dioscor. 4, 76: *τὸ δὲ σπέρμα τῶν μήλων ποθὲν ὑστέραν καθαίρει, προστεθὲν δὲ μετ᾽ ἀπύρου θείου ῥοῦν ἵστησιν ἐρυθρόν.* — *sulphure*, Vd. *sulphure alvi profluvia*, a. — *contra facit et*, ita nos scripsimus. *contra faciet*, VTd. *contra facit*, γ. *sistit contrachi et*, a. *alvi profluvia sistit et contrahit*, β. — *batrachium*, Vad. *batrachion*,

pellit potum vel adpositum. Menses ciet hypericum utrumque 158
adpositum, ante alia vero, ut Hippocrati videtur, crethmos e
vino semine vel radice; corticis .... trahit et secundas, suc-
currit et strangulationibus ex aqua pota, item radix e gera-
nio, peculiariter secundis inflationibusque volvarum conve-
niens. Purgat hippuris pota et adposita volvas; polygonus
pota menses ciet et alcimae radix; folia plantaginis pellunt,
item agaricum ex aqua mulsa. Artemisia volvae medetur trita 159
ex oleo irino aut cum fico aut cum murra adposita; eiusdem
radix pota in tantum purgat ut partus enectos extrahat;
menses et secundas ciet ramorum decoctum insidentibus, item
folia pota drachma; ad eadem omnia prosunt vel inposita
ventri imo cum farina hordeacia. Acoron quoque utile est
interioribus feminarum morbis et conyza utraque et crethmos.
Et anthyllides duae volvis utilissimae torminibusque et secun- 160
darum morae in vino potae. Callithrix fotu locis medetur,
albugines in capite tollit, capillos inficit oleo trita. Geranion
in vino albo potum, hypocisthis in rubro profluvium sistunt.
Hysopum suffocationes laxat; radix verbenacae pota ex aqua
ad omnia in partu aut ex partu mala praestantissima. Peu- 161
cedano quidam miscent in vino nigro semen cupressi con-
tritum; nam semen psylli defervefactum in aqua cum inte-
puit epiphoras omnis uteri lenit. Symphyton tritum in vino

βγ. — *poto*, V. — *diximus* 25, 173. — *commendantur*, V. — *cum sale*, K. — *meses*, a. *messes*, V. — *scamanium*, V.

§ 158. *Menses* — *adpositum*, om. a. — *crethmos e*, d. *erithmus e*, V. *erit. mulsę*, a. — *radice; corticis* ....., ita nos scripsimus. *radice corticis*, θVTa. *radice cortice*, d*βγ*. *radicis cortice*, K. Genetivus, quem optimus quisque codex exhibet, aptus est ex substantivo *suco* vel *decocto*, quod excidit. — *secundis*, θVad. — *et strangulationibus ex aqua*, Vd. *ea strangulationibus ex aqua*, a. *strangulationibus ea ex aqua*, r. — *fecundis*, a. — *inflationibusque*, θVTd. *inflamationibusque*, a. *inflammationibusque*, *β*; at v. Gesner. hist. anim. 3, 358. — *menses sistit; ciet al.*, Hard. Althaeam sive, uti nos scripsimus, alcimam menses ciere docet Dioscor. 3, 153., polygonum autem idem 4, 4. 5. testatur menses sistere ut herbam adstringentem. — *alcimae*, ita nos scripsimus coll. § 128. 130. *alcme*, a. *algmae*, V. *algame*, T. *alceae*, d*γ*. *althaeae*, *β*.

§ 159. *cum fico*, VTd. *fico*, a*βγ*. — *ut*, Vd. *et*, a. — *meses*, a. — *imo*, a. *immo*, Vd*γ*. *una*, r. — *Acoron*, a. *Acorum*, d. *Achoron*, Barbar. V. — *coiza*, a. — *crethmos*, Barbar. d. *chretmos*, V. *chrēnos*, a.

§ 160. *anthyllides*, Barbar. d. *canthyllides*, V. *cantillides*, a. — *vulvis*, a. *uvae vis*, Vd. — *et secundarum*, ad. *secundarum*, V*βγ*. — *more*, Va. — *inficit oleo trita*, a. *inficit oleo tyna*, d. *inficito leoty ita*, V. — *praestantissima*, VT. *praestantissima est*, ad*βγ*.

§ 161. *quidam*, a. *quidem*, Vd. — *utero*, a. — *lenit*, V. *leni*, a. *lenti*, d.

nigro evocat menses; partus adcelerat scordotis pota drachma suci in aquae mulsae cyathis IIII. Dictamni folia praeclare dantur ex aqua; constat unius oboli pondere, vel si mortui sint in utero infantes, protinus reddi sine vexatione puerperae. Similiter prodest pseudodictamnum sed tardius, cyclaminos adalligata, cissanthemos pota, item Vettonicae farina ex aqua mulsa.

91. Arsenogonon et thelygonon herbae sunt habentes uvas 162
floribus oleae similis, pallidiores tamen, semen album papaveris modo. Thelygoni potu feminam concipi narrant. Arsenogonon ab ea semine oleae nec alio distat; huius potu maris generari perhibentur, si credimus. Alii utramque ocimo similem tradunt, arsenogoni autem semen geminum esse testibus simile.

92. Mammarum vitiis aizoum quod digitillum appellavimus 163
unice medetur. Erigeron ex passo mammas uberiores facit, sonchum in farre coctum; quae vero mastos vocatur inlita pilos mammarum e partu nascentis aufert, testas in facie aliaque cutis vitia emendat, gentiana, nymphaea Heraclia inlita, cyclamini radix maculas omnis. Cacaliae grana mixta cerae liquidae extendunt cutem in facie erugantque, vitia omnia acori radix emendat.

evocat meses, a. *evocatum est*, V d. *revocat menses*, Dalec. ex Dioscor. 4, 9: *σὺν οἴνῳ δὲ ἑψηθὲν πίνεται πρὸς δυσεντερίαν καὶ ῥοῦν γυναικεῖον ἐρυθρόν.* — *suci in*, a. *suclin*, V. *vel in*, d. — *aquae mulsae*, θ V T K d. *aqua mulse*, a. *aqua mulsa*, βγ. — *cyathos*, d. — *adalligat*, a. — *sistanthemos*, V. — *item*, θ V T d. Omitt. a β. — *Bettonicae*, T. — *farinae*, V.

§ 162. *Arsegonon*, V. Ceterum haec sunt sumpta ex Theophr. hist. plant. IX. 18, 5. coll. Dioscor. 3, 130. — *eliagacnon*, a. — *vas*, V. — *similis pallidioris*, a. *similies pallidi oris*, V. *simile pallidiores*, d. *similibus pallidioribus*, r. — *semel*, V. — *alvum*, a. — *Theligoni*, a. *Theligon*, V. *Thelygonon*, d. — *Arsegonon*, a. — *perhibentur*, omitt. V a d. — *utraque*, V a d. — *simili*, V a. *similia*, d. — *gemino*, V d.

§ 163. *aeizoum*, β. — *digitillum*, V d. *tigit illum*, a. *digitellum*, βγ. — *appellavimus* 25, 160. — *Irigeron*, V a d. — *sonchum*, V[1]. *soncum*, V[2] a. *sconcum*, d. *sonchus cum farre coctus*, K. — *quae uva bumastos*, K[1]. *quae vero mados*, K[2]. — *inlita*, K. *indita*, a β. *illitas*, V. *illitos*, T d. — *e partu*, V a. *partu*, K. *pastu*, d. — *nascentes*, K. *nascentium*, V a d βγ. — *aufert*, V K. *aut fert*, a. Om. d. — *testas*, V a. *et testas*, θ T d. *et tineas*, β. — *aliaque*, V a. *alia*, d. — *cutis vitia*, V d. *cutas*, a. — *Cacaliae*, θ d. *Caccaliae*, V a. — *caerae*, V. — *erugantque*, V d. *erunt*, a. — *vitia cutis omnia*, Dalec.

§ 164. *Capillum et*, θ. — *Lysimache*, θ. *Lysimace*, V a. *Lysimaco*, d. *Lysimachia*, βγ. — *hypericum*, V a d. *hypericon*, βγ. — *et*, om. a. — *corissum*, ita nos scripsimus coll. § 85. 129. *coristum*, T. *ecoristum*, a. *echoristum*, V. *coriston*,

93. Capillum Lysimache flavom facit, denigrat hypericum 164
quod et corissum vocatur, item ophrys herba denticulato oleri similis, foliis duobus; nigritiam dat et polemonia in oleo decocta. Psilotrum nos quidem in muliebribus medicamentis tractamus, verum iam et viris est in usu; efficacissimum autem habetur archezostis, item tithymali suco vel in sole cum oleo inlito crebro vel evolsis pilis. Quadripedum scabiem sanat hysopum ex oleo, suum anginas peculiariter sideritis. Verum et reliqua genera herbarum reddamus.

codd. Barbari. *oristum*, d. *decoriston*, codd. Salmas. exerc. p. 420. a. D. *corion*, Barbar. βγ. — *ophrys*, Barbar. et codd. indicis libri primi. *ophros*, VTd. *h. ophros*, a (una littera velut *e* vel *o* erasa). — *holeri*, Va. *Siculo oleri* vel *herba plantagini folio similis*, Dalec. — *dat*, om. V. — *iam et*, Vad (codd. Gel.) *etiam*, r. — *usus*, V. — *autem*, om. d. — *tithymalli*, a. — *succus*, K. — *inlito*, Va. *initio*, d. *illitus*, K. — *cerebro*, a. — *scabies*, a. — *oesypum*, K. — *ex*, om. V. — *suum*, Vd (codd. Gel.) *sucum*, a. — *angina*, d.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXVII.

CAP. I. SECT. 1. Crescit profecto apud me certe tractatu § 1
ipso admiratio antiquitatis quantoque maior copia herbarum
dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inveniendo
curam, in tradendo benignitatem subit. Nec dubie superata
hoc modo posset videri etiam rerum naturae ipsius munifi-
centia, si humani operis esset inventio; nunc vero deorum 2
fuisse eam adparet aut certe divinam, etiam cum homo inve-
niret, eandemque omnium parentem et genuisse haec et osten-
disse, nullo vitae miraculo maiore, si verum fateri volumus:
Scythicam herbam a Maeotis paludibus et euphorbiam e
monte Atlante ultraque Herculis columnas et ipso rerum na-
turae defectu, parte alia Britannicam ex oceani insulis extra
terras positis, itemque Aethiopidem ab exusto sideribus axe,
alias praeterea aliunde ultro citroque humanae saluti in toto
orbe portari, inmensa Romanae pacis maiestate non homines 3

Ad hunc librum toti sunt excussi VR (in quo exciderunt §§ 1_19.) a (in quo exciderunt §§ 113_124.) d.

§ 1. *tractatu*, ad (codd. Gel.) *tractu*, θV. _ *in* ante *inveniendo* om. a. _ *in tradendo*, Va.ᵃ *intrando*, d. *mirando*, T. _ *Ne*, a. _ *dubiae*, V. _ *huc*, V. _ *viridi*, a. _ *si _ esset*, om. a. _ *esset inventio*, d. *esse inventionis*, V. *inventio*, a.

§ 2. *eorum*, d. _ *eandem quae*, V. _ *parentium*, Vad. _ *maiore si*, Va. *maior est*, d. _ *Maeotis*, θVad. *Maeotidis*, β. _ *euphorbeam*, a. *euphorherbam*, V. _ *et ipsum _ defectum*, K. _ *terram*, Td. _ *axe*, a. *ast*, Vd. _ *aliaunde*, a. _ *ultro*, om. a. _ *salutis*, a. _ *totum orbem*, K. _ *portare*, a.

modo diversis inter se terris gentibusque verum etiam montis et excedentia in nubis iuga partusque eorum et herbas quoque invicem ostentante. Aeternum, quaeso, deorum sit munus istud! adeo Romanos velut alteram lucem dedisse rebus humanis videntur.

II. 2. Sed antiquorum curam diligentiamque quis possit 4
satis venerari! Constat omnium venenorum ocissimum esse aconitum et tactis quoque genitalibus feminini sexus animalium eodem die inferre mortem. Hoc fuit venenum quo interemptas dormientis a Calpurnio Bestia uxores M. Caecilius accusator obiecit; hinc illa atrox peroratio eius in digitum. Ortum fabulae narravere e spumis Cerberi canis extrahente ab inferis Hercule ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monstratur is ad inferos aditus, gigni. Hoc quoque tamen in 5
usus humanae salutis vertere, scorpionum ictibus adversari experiendo datum in vino calido. Ea est natura ut hominem occidat, nisi invenerit quod in homine perimat. Cum eo solo

§ 3. *hominis*, a. — *diversos*, K. — *montis et*, a d. *montes et*, codd. Gel. *βγ*. *montis*, *θ* V. — *nubes*, V d (codd. Gel.) *nudis*, a. *nubibus*, r. — *pastusque*, r. — *eorum*, d (codd. Gel.) *eurum*, V. *meorum*, a. *pecorum*, r. — *Aeternumque sed eorum*, V.

§ 4. *curandi licentiamque*, d. — *venerari. Constat*, *θ* T d. *venerari cum constat*, V a. *venerari, cum constet*, *βγ*. — *gentilibus*, a[1]. — *feminis*, V. — *interemptas*, a. *interemptos*, d. *interemptis*, V. — *dormientis*, a d. Omitt. *θ* V *ϑρφ*. — *Caecilius*, Ruhnken. ad Vell. 2, 68. probante Garat. ad Cic. Mil. 14. p. 207. ed. Or., qui praeterea notat se in editione aliqua enotatam e veteri codice lectionem invenisse *Caecilius* syllabae *ci* punctis subiectis, quod quo consilio a librariis fiat, notum est. At v. Meyer. fragm. oratt. Rom. p. 194. coll. p. 199. — *perorato*, V. — *in digitum. Ortum*, T d. *in digitum mortuum*, V (ultima vox ex emendatione). *in digitum* enotatum est ex *θ*; de sequenti voce non constat. *in digito mortuum*, a *δρφ* (omnes codd. Salmas. exerc. p. 622. b. A.) *in digito mortuorum*, *ϑ*. *in digito eas mortuas*, K. *in digito mortuas*, *β*. *eius*, *en digitum*, Salmas. *in digitum maritum. Fabulae*, Gronov.: „maritalis officii iocique specie parricidam"; at quidquid hic dicit, participium *ortum* omitti non potest. Sed cum in universum locus, uti iam legitur, recte se habeat, aliquam tamen corruptelam subesse arbitror. Nam *peroratio illa in digitum* simpliciter sic dictum languere videtur et ipsis codicum vestigiis eo ducentibus Plinium scripsisse puto *in digitum mortiferum. Ortum*, utraque voce ut sexcenties in unam contracta. Illa vero *mortiferi* appellatio eo fit acerbior, si meminimus digitum indicem pollici proximum, quo sine dubio Calpurnius in nefando suo opere utebatur, etiam *salutarem* dictum fuisse; v. Isidor. origg. XI. 1, 70. coll. Echtermeyer. *über Namen und symbolische Bedeutung der Finger* p. 18. Halis Saxon. 1835. — *natum tradidere*, K. — *e spumis*, *θ* V T d. *spumis*, a. *a spumis*, *β*. — *additos*, V.

§ 5. *vertere*, a. *vetere*, V. *veteres*, d. — *invenerit in homine quod perimat*, Pint. K.

*

conluctatur veluti pari intus invento; sola haec pugna est,
cum venenum in visceribus reperit, mirumque, exitialia per
se ambo cum sint, duo venena in homine conmoriuntur ut
homo supersit. Immo vero etiam ferarum remedia antiqui 6
prodiderunt demonstrando quomodo venenata quoque ipsa sa-
narentur. Torpescunt scorpiones aconiti tactu stupentque pal-
lentes et vinci se confitentur; auxiliatur his helleborum album
tactu resolvente, ceditque aconitum duobus malis, suo et
omnium. Quae si quis ulla forte ab homine excogitari potuisse
credit, ingrate deorum munera intellegit. Tangunt carnis aco- 7
nito necantque gustatu earum pantheras, nisi hoc fieret, re-
pleturas illos situs; ob id quidam pardalianches appellavere;
at illas statim liberari morte excrementorum hominis gustu
demonstratum. Quod certe casu repertum quis dubitet et,
quotiens, fiat etiam nunc ut novom nasci, quoniam feris ratio
et usus inter se tradi non possit? III. Hic ergo casus, hic 8
est ille qui pluruma in vita invenit deus [hoc habet nomen],
per quem intellegitur eadem et parens rerum omnium et
magistra natura utraque coniectura pari, sive ista cotidie
feras invenire sive semper scire iudicemus; pudendumque
rursus omnia animalia quae sint salutaria ipsis nosse praeter
hominem. Sed maiores oculorum quoque medicamentis aco-

perluctatur, T. — *velut pari intus*, codd. Barbari. *veluti parte intus*, d. *velum parte intus*, V^{1}. *veluti presentius*, V^{2}. *velut praesentius*, a. Ex V d *veluti* pro *velut* βγ scripsi. — *invento solo*, codd. Barbari. — *repererit*, K. — *ex italia perscăbocum*, V. — *sint*, d. *sunt*, V a.

§ 6. *vero*, d. *vere*, V. *verum*, a. — *ipso*, V. — *aconi*, *θ*. — *tactus*, a. — *fatentur*, T d. — *auxiliatur his*, *θ* T d. *auxiliaturus*, a. *auxiatur his*, V. *auxiliatur eis*, *β*. — *aconitum* — *omnium*, omitt. a δϑρφ. — *modis*, Dalec. — *Quae si*, V T d. *si*, a r δϑρφ. *Quod si*, *β*. — *ulla*, V T d. *illa*, a r δϑρφβ. *ullo*, Gronov. γ; at *ulla forte* in sententia hypothetica pariter ac negativa eodem iure ponitur uti 37, 8. *quadam forte*, coll. Gronov. ad Liv. I. 4, 4. *Ab homine* vero dictum pro *ab hominibus* illustratur iis quae attuli ad 33, 58. — *forte*, V T d. *certe*, a r δϑρφ. — *excogitare*, V.

§ 7. *Tingunt*, K. — *necantque*, V a^{2} d. *negantque*, a^{1}. *negantque vivere*, r. — *gustato*, V. — *sitos*, V. — *quodam*, d. — *pardalianthes*, a. — *illa*, d. — *demonstratu*, a. *demonstrato*, V d. — *reperiunt*, V. — *dubitat*, *θ*. — *et quotiens*, V a. *quoties*, d.

§ 8. *illi*, a. Verba *hic est ille* om. K. — *deum*, d. *dei nomen habet*, K. — *hoc habet nomen*; haec verba nos uncis inclusimus, ut quae ceteris verbis interposita totum eorum nexum ineptissime turbent; nam nomen *deus*, quod propter rem ipsam eorum subiectum esse deberet, per grammaticae leges esse non potest, quia per eas nihil nisi *casus* subiectum haberi potest. Adscripta sunt margini a librario ad explicanda vv. *hic est ille*, unde in ipsam orationem migrarunt. Deum vero et naturam proprie idem esse dicit Plinius etiam 2, 27. — *per*

nitum misceri saluberrime promulgavere aperta professione
malum quidem nullum esse sine aliquo bono. Fas ergo nobis 9
erit qui nulla diximus venena monstrare quale sit aconitum,
vel deprehendendi gratia. Folia habet cyclamini aut cucu-
meris, non plura quattuor, ab radice leniter hirsuta, radicem
modicam cammaro similem marino, quare quidam cammaron
appellavere, alii thelyphonon ex qua diximus causa. Radix
incurvatur paulum scorpionum modo, quare et scorpion ali-
qui vocavere; nec defuere qui myoctonon appellare mallent, 10
quoniam procul et e longinquo odore muris necat. Nascitur
in nudis cautibus quas aconas nominant, et ideo aconitum
aliqui dixere, nullo iuxta ne pulvere quidem nutriente. Hanc
aliqui rationem nominis attulere, alii, quoniam vis eadem
esset in morte, quae cotibus in ferri acie deterenda, statimque
admota velocitas sentiretur.

IV. 3. Aethiopis folia habet phlomo similia, magna ac 11
multa et hirsuta a radice, caulem quadrangulum, scabrum,
similem arctio, multis concavom alis, semen ervo simile, can-
didum, geminum, radices numerosas, longas, plenas, mollis,
glutinosas gustu; siccae nigrescunt indurescuntque ut cornua
videri possint. Praeter Aethiopiam nascuntur et in Ida monte 12
Troadis et in Messenia; colliguntur autumno, siccantur in

quod, r. — *magistra natura*, Barbar. *magistratu*, a. *magistra*, V d. — *cottidie*, a. — *Sed maiores*, Dioscor. 4, 77. — *promulgavere*, a. *promulgare*, d. *provulgavere*, *θ*. *pervulgavere*, V. *provulgare*, T. — *aperta*, d. *aperte*, V. *aparte*, a. — *professionem*, a. — *nullum*, d. *ullum*, V a.

§ 9. *quid*, V. — *qualem*, V. — *sit*, V a. *in id*, d. — *depraehendendi*, a. *depraehendi*, V d. — *gratiae*, V. — *theliponon*, V d.· — *diximus* § 4. — *causa. Radix*, d. *cauda radicis*, V. *causa arida radicis*, a. — *vocavere*, *θ* V T a d. *appellavere*, *βγ*.

§ 10. *nedeferuere*, a. — *myocton*, V d. — *quoniam vis*, d. *quoniam viis*, a. *quamvis*, V. — *esset in morte*, a d. *esse in morte*, V. *in morte esset*, *βγ*. — *in ferri acie deterenda*, *θ* V T d. *ad ferri acie deterendam*, a. *ad ferri aciem deterendam*, *βγ*. — *ammota*, a.

§ 11. *Aethiopis*, d. *Aethiopis radix*, V T a. Ceterum v. Dioscor. 4, 103. — *fhlamo*, a. *flamo*, V d. — *ac multa*, V d. *et multa*, a *βγ*. — *a radice*, V d. *ab radice*, a *βγ*. — *quadriangulam*, a. — *simile*, V a. — *arctio*, *θ* V T a d (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 89.) *arcio*, *β*. — *multis*, Barbar. d. *mundis*, V (ex emend.) a. — *concavum alis*, Barbar. *concavum aliis*, a. *concavo in alis*, d. *concavomulis*, V. — *nervo*, d. — *similem*, a. — *sicca*, a. — *nigraescunt*, V. — *indurescuntque*, *θ* V T (Murbac.) *duranturque*, d *βγ*. *que*, a. — *corna*, a. — *possent*, a.

§ 12. *Praeter*, codd. Gel., Murbac. *Praeterea*, V a d. — *Aethiopiam*, d (codd. Gel., Murbac.) *Aethiopia*, V a. — *monte et Troadis*, d.

sole aliquot diebus ne situm sentiant. Medentur volvis potae in vino albo, ischiadicis, pleuriticis, faucibus scabris decoctae potu dantur; sed quae ex Aethiopia venit eximie atque illico prodest.

4. Ageraton ferulacia est, duorum palmorum altitudine, 13
origano similis, flore bullis aureis; huius ustae nidor urinam ciet volvasque purgat, tanto magis insidentibus. Causa nominis, quoniam diutissime non marcescit.

5. Aloe scillae similitudinem habet, maior et pinguioribus 14
foliis, ex obliquo striata; caulis eius tener est, rubens medius, non dissimilis antherici, radice una ceu palo in terram demissa, gravi odore, gustu amara. Laudatissima ex India adfertur sed nascitur et in Asia; non tamen ea utuntur nisi ad volnera recentibus foliis; mirifice enim conglutinat vel suco; ob id in turbinibus cadorum eam serunt ut aizoum maius. Quidam et caulem ante maturitatem seminis incidunt 15
suci gratia, aliqui et folia. Invenitur et per se lacrima adhaerens; ergo pavimentandum ubi sata sit censent ut lacrima non absorbeatur. Fuere qui traderent in Iudaea super Hierosolyma metallicam eius naturam, sed nulla magis inproba est neque alia nigrior est aut umidior. Erit ergo optuma 16
pinguis ac nitida, rufi coloris, friabilis et iocineris modo coacta, facile liquescens, inprobanda nigra et dura, harenosa quaeque gustu intellegitur cummi adulterata et acacia. Na-

aliquot, Murbac. *aliquod*, a. *aliquibus*, θVTd. — *solem*, a. — *pota*, Vad. — *schiadicis*, a. — *pleureticis*, d. — *decocta*, Va. — *potu*, V²ad. *pote*, V¹. *potui*, Murbac. — *venit*, a. *veniunt*, VKd (Murbac.) — *eximie atque*, Kd (Murbac.) *eximiae atque*, a. *eximia eatque*, V. *eximia est atque*, βγ. — *iliaco*, a. — *prodest*, Vad. *prosunt*, K (Murbac.).

§ 13. *Ageraton*, VT in indice libri primi. *Eraton*, Vad. Ceterum v. Dioscor. 4, 59. — *floris*, K. — *vulvasque*, θVTad. *vulvamque*, β. — *insidente*, a. — *nominis quoniam*, Pint. *nominis non haec sed quoniam*, Vadβ. *nominis haec quoniam*, K. *ὠνόμασται δὲ ἀγήρατον διὰ τὸ ἐπιπολὺ τὸ ἄνθος ὁμοιοειδὲς φυλάττεσθαι*, Dioscor. — *magrescit*, V.

§ 14. *Aloae*, V. Ceterum v. Dioscor. 3, 22. — *maioribus*, K. — *ex oboliquo*, V²a. — *antherici*, θVd. *antherico*, aβγ. — *radix*, K. — *dimissa*, V. — *gravis*, θVa²d. *graus*, a¹. — *nascitur in*, a. — *non*, Vd. *con*, a. — *utuntur ea*, d. — *candorem*, a¹. *candorum*, a². — *aeizoum*, β. — *malus*, a.

§ 15. *et folia*, ad. *folia*, V. — *sata sit censent*, a. *sata sint censent*, d. *satas inicent*, V. — *obsorbeatur*, Vd. — *Iudeam*, a. — *Hierosolyma*, Hard. *Hierosolymam*, Vadβ. — *nulla*, Va. *nota*, Td. *sed nota magis in herba est; nam metallica nigrior est*, Pint. — *humidior*, Vd (codd. Barbari). *tumidior*, a.

§ 16. *et iocineris*, V. *ac iocineris*, ad. *ac iocinoris*, β. — *quaeque*, VTad. *quoque quod et*, K. *quoque quae et*, βγ. — *cummi*, a. *gummi*, Vdβγ novam hinc

tura eius spissare, densare et leniter calfacere; usus in multis,
sed principalis alvom solvere, cum paene sola medicamento-
rum quae id praestant confirmet etiam stomachum, adeo non
infestet ulla vi contraria. Bibitur drachma, ad stomachi vero 17
dissolutionem in duobus cyathis aquae tepidae vel frigidae,
coclearis mensura bis terve in die ex intervallis, ut res ex-
igit, purgationis autem causa plurumum tribus drachmis,
efficacior, si pota ea sumatur cibus. Capillum fluentem con-
tinet cum vino austero capite in sole contra pilum peruncto;
dolorem capitis sedat temporibus et fronti inposita ex aceto
et rosaceo dilutiorque infusa. Oculorum vitia omnia sanari 18
ea convenit, privatim prurigines et scabritiem genarum, item
insignita ac livida inlita cum melle maxume Pontico, ton-
sillas, gingivas et omnia oris ulcera, sanguinis exscreationes,
si modicae sint, drachma ex aqua, si minus, ex aceto pota;
volnerum quoque sanguinem et undecumque fluentem sistit
per se vel ex aceto. Alias etiam est volneribus utilissima ad 19
cicatricem perducens; eadem inspergitur exulceratis genita-
libus virorum, condylomatis rimisque sedis alias ex vino,
alias ex passo, alias sicca per se, ut exigit mitiganda curatio
aut coercenda; haemorroidum quoque abundantiam leniter si-
stit. Dysinteriae infunditur et, si difficilius concoquantur cibi, 20
bibitur a cena modico intervallo, et in regio morbo tribus

periodum incipientes. — *adulterata*, V a d. *adulteratur*, *βγ*. — *spissa reddensare*, a. — *leniter*, *θ* V T a d r. *leviter*, *β*. — *calefacere*, T. — *in multis*, codd. Gel. *usus multis*, V T a d. *usus multus*, r. — *sed*, V a (codd. Gel.) *et*, T d. — *principalis*, V a (codd. Gel.) *principis*, T d. *princeps* vel *praecipuus*, Pint. — *cum*, V[2] a (codd. Gel.) *sed*, V[1] T d. — *aquae*, a. — *confirmet*, a (codd. Gel.) *confirma t*, V. *confirmante*, T d. — *festet*, V d. — *vi contraria*, codd. Gel. *vis contraria*, V T d. *vis*, a.

§ 17. *stomachum*, V d. — *taepidae*, a. — *mesura*, V. — *in die*, V d. *ex die*, a. — *ex intervallis*, V d. *intervallis*, a. — *rex*, a[1]. — *autem*, *θ* T d. *enim*, a. *etiam*, V *βγ*. — *si*, om. V. — *cibus*, om. V. — *capitis*, *θ*. — *in sole*, omitt. V T a d. *contra solem*, *θ*. — *contra pilum*, V T d. *capillo*, *θ*. *contra capillum*, *βγ*.

§ 18. *pruriginem*, d. — *scabritiem*, ita nos scripsimus. *scabiem*, V a d *βγ*; at v. ind. rerum s. v. *genae*. — *genarum*, a[2] d. *generarum*, a[1]. *generum*, V. — *excreationes*, a. — *drachma*, V T d r. *drachmę*, a. *drachmae pondere*, *β*. — *per se*, a. Omitt. V d.

§ 19. *etiam est*, V a. *est etiam*, T d. — *utilissima ad*, d. *utilissima dat*, a. *utilissime dat*, V. — *spergitur*, a. — *alias ex vino alias*, a. *ex alias et vini alia*, V. *ex alia sed vini alia*, d. — *exigat*, V T a d. — *aut*, V a. *ad*, d. — *cohercenda*, V a. — *abundantiam*, d. *habundantiam*, a. *abundantionem*, V. *habundationem*, R hic rursus incipiens.

obolis ex aqua. Devorantur et pilulae cum mellis decocto aut resina terebinthina ad purganda interiora. Digitorum pterygia tollit, oculorum medicamentis lavatur ut quod sit harenosissimum subsidat, aut torretur in testa pinnaque subinde versatur ut possit aequaliter torreri.

6. Alcea folia habet similia verbenacae quae aristereon 21
cognominatur, caulis tris aut quattuor foliorum plenos, florem rosae, radices albas cum plurumum sex, cubitalis, obliquas; nascitur in pingui solo nec sicco. Usus radicis ex vino vel ex aqua dysintericis, alvo citae et ruptis convolsis.

7. Alypon cauliculus est molli capite, non dissimile betae, 22
acre gustatu ac lentum mordensque vehementer et accendens. Alvom solvit in aqua mulsa addito sale modico; minuma potio duarum drachmarum, media quattuor, maxuma sex ea purgatione quibus datur e gallinaceo iure.

8. Alsine quam quidam myosoton appellant nascitur in 23
lucis, unde et alsine dicta est; incipit a media hieme, arescit aestate media; cum prorepit musculorum auris imitatur foliis. Sed aliam docebimus esse quae iustius myosotis vocetur; haec eadem erat quae helxine, nisi minor minusque
hirsuta esset; nascitur in hortis et maxume in parietibus; 24
cum teritur odorem cucumeris reddit. Usus eius ad colle-

§ 20. *Devoratur*, V d. — *mellis*, V R^{1}d. *melle*, R^{2}T a r γ. — *decocto*, R^{2}T a r. *decocta*, V R^{1}d. — *aut*, om. a. — *Digitorum*, V R d. *Cubitorum*, a. — *pterygia*, R a. *pterida*, θ V d. — *labatur*, V. — *subdiat*, R^1. — *pinnaque*, a. *pinnative*, V d. *pennaque*, R $\beta\gamma$. — *versatum*, V R^1.

§ 21. *Alcaea*, a. Ceterum v. Dioscor. 3, 154. — *quae*, V R T a d. *quae et*, r. *qui et*, β. — *aristereon*, R^{2}a d. *aristeron*, V R^{1}T. *peristereon*, β. — *flore*, a. — *vel ex aqua*, V. *vel aqua*, R T a d. — *citae et ructat*, V^2. *citae et erat*, V^1. *citae rupta*, R^1. *cita erat*, R^{2}d. *cita erupta*, a. — *convulsa*, V R a d.

§ 22. *Alipho*, a. — *molle*, R^1. — *dissimile*, θ V R^{2}d. *dissimilis*, R^{1}a $\beta\gamma$. — *baetae*, V. — *gustatu*, R^{2}a. *gustu*, θ V R^{1}T d. — *ac lentum*, R a. *acentum*, V d. — *mordens qui*, R a. — *accedens*, V R^{1}d. — *modicum inima*, V R. — *ea purgatione*, R^{2}a d. *purgatione*, V R^1. *Ea purgatio*, K. — *quibusdam datur*, K. — *gallinaceo iure*, Barbar. *gallinaceo fere*, a d (codd. Barbari). *gallinace offerre*, V. *gallinace offere*, R. *ea purgatio est quibusdam e gall. iure*, Pintian., qui recte quidem perspexit vulgatam verborum scripturam esse intolerabilem, sed in ipsa emendatione lapsus est. Plinius potius scripsit *maxima sex; ex purgatione cibus datur e gallinaceo iure.* Praepositio *ex* (i. e. *post* coll. Hand. Tursell. 2, 646.) in V R^1 omissa, in R^{2}a d corrupta, per adverbium *sex* excidit.

§ 23. *Alsine*, Dioscor. 2, 214. *Salsine*, V R a d. — *myosoton*, a. *myosotan*, R. *mosotan*, V. *mosotam*, d. *myosorin*, K. — *alsine*, R^{2}d. *halsine*, V. *balsine*, R^1. *alxine*, a. — *hieme* — *media*, om. R^1. — *imitatus*, V. — *docebimus* § 105. — *iustis*, a. — *helxine*; pro h. v. habent *haec sine* V R a, *alsine* T d.

ctiones inflammationesque et in eadem omnia quae helxine sed infirmius; epiphoris peculiariter inponitur, item verendis ulceribusque cum farina hordeacia; sucus eius auribus infunditur.

9. Androsaces herba est alba, amara, sine foliis, folliculos 25
in cirris habens et in his semen; nascitur in maritimis Syriae maxume. Datur hydropicis drachmis duabus tunsa aut decocta in aqua vel aceto vel vino; vehementer enim urinas ciet; datur et podagricis inliniturque. Idem effectus et seminis.

10. Androsaemon sive, ut alii appellavere, ascyron non ab- 26
simile est hyperico, de qua diximus, cauliculis maioribus densioribusque et magis rubentibus. Folia alba rutae figura, semen papaveris nigri, comae tritae sanguineo suco manant; odor eis resinosus. Gignitur in vineis, fere medio autumno effoditur suspenditurque. Usus ad purgandam alvom tunsae 27
cum semine potaeque matutino vel a cena duabus drachmis in aqua mulsa vel vino vel aqua pura, potionis totius sextario. Trahit bilem, prodest ischiadi maxume, sed postera die capparis radicem resinae permixtam devorare oportet drachmae pondere iterumque quatridui intervallo eadem facere, a purgatione autem ipsa robustiores vinum bibere, infirmiores aquam. Inponitur et podagris et ambustis et volneribus cohibens sanguinem.

§ 24. *in hortis*, R d. *in ortis*, V. *hortis*, a. — *in parietibus*, R d. *parietibus*, V a. — *odore*, V a. — *et*, V R a (codd. Gel.) Omitt. K d r. — *in eadem*, V R (codd. Gel.) *ni eadem*, a. *emendat*, T d. *quin ad eadem*, r. *quin emendat*, K. — *helxine*, Barbar. *helsine*, R^2a. *halsine*, VR^1d. *alsine*, T. — *hordeacia*, a. *hordiacia*, R^1. *hordeacea*, VR^2dβγ. — *naribus*, d.

§ 25. *Androsaches*, a. — *alba — folliculos*, V a d. *alba amara et alliculos*, R^2. *alliculos*, R^1. — *in cirris*, V R a d. *incurvos*, r. — *et in his*, R a d. *in his*, V. — *Syriae*, Dioscor. 3, 140. *Histriae*, θ V R T d. *Istriae*, r. *istoriae*, a. — *vel in aceto*, d. — *illinuntur*, V. — *Iidem*, T. — *et seminis*, θ V R T a d. *est et semini*, β.

§ 26. *Androsoemon*, V. *Androeman*, a. — *ut*, om. R^1. — *ascyro*, V. Ceterum v. Dioscor. 3, 162. — *diximus* 26, 85. — *figurae*, V a. — *comae*, R^2a d. *coma et*, VR^1. — *manant*, om. a. — *odor eis resinosus*, Barbar. *odor est resinusus*, R. *odores tres in usus*, V d. Om. a. — *in vineis fere. Medio*, r. *vinis*, a. — *effoditur*, R^2a. *effunditur*, θ VR^1d.

§ 27. *Usis*, V. — *purgandam*, d. *purgandum*, V R a. — *vel a cena*, R^2a. *flacco*, R^1. *flacco a*, V d. — *vel vino*, a. *aut vino*, V R d. — *vel aqua mulsa*, a. — *potionis totius*, d. *potioni totius*, V R. *totius potionis*, aβγ. — *sextaria*, V^1. *sextarii*, V^2. — *ischiadi*, θ R. *sciadi*, V. *sciadicis*, d. *ischiadicis*, β. — *postera die*, R^2a. *post erudis*, VR^1d. — *pondere*, om. R^1. — *iterumque — bibere*, omitt. R^1d. — *quadridui*, a. — *amb/// tis*, R. — *cohibet*, K.

11. Ambrosia vagi nominis et circa alias herbas fluctuati unam habet certam, densam, ramosam, tenuem, trium fere palmorum, tertia parte radice breviore, foliis rutae circa imum caulem. In ramulis semen est uvis dependentibus, odore vinoso, qua de causa botrys a quibusdam vocatur, ab aliis artemisia. Coronantur illa Cappadoces; usus eius ad ea quae discuti opus sit. 28

12. Anonim quidam ononida malunt vocare, ramosam, similem feno Graeco, nisi fruticosior hirsutiorque esset, odore iucunda, post ver spinosa. Estur etiam muria condita, recens vero margines ulcerum erodit. Radix decoquitur in posca dolori dentium; eadem cum melle pota calculos pellit; comitialibus datur in oxymelite decocta ad dimidias. 29

13. Anagyros quam aliqui acopon vocant fruticosa est, gravis odore, flore oleris; semen in corniculis non brevibus gignit, simile renibus, quod durescit per messis. Folia collectionibus inponuntur difficulterque parientibus adalligantur ita ut a partu statim auferantur. Quod si emortuus haereat et secundae mensesque morentur, drachma bibuntur in passo folia; sic et suspiriosis dantur et in vino vetere ad phalangiorum morsus. Radix discutiendis concoquendisque adhibetur; semen conmanducatum vomitiones facit. 30

14. Anonymos non inveniendo nomen invenit; adfertur e 31

§ 28. *Ambria*, a. Ceterum v. Dioscor. 3, 119. — *et*, VRad. *est et*, βγ. — *varias*, Gronov. — *fluctuati*, VRTa. *fluctuatio*, d. *fluctuantis*, K. — *unam*, V^2R^2Tad. *onam*, V^1R^1. *fruticum unam*, δϑρφ. *fruticem unum*, β. — *habet*, „nempe herbam hoc vocabulum." GRONOV. — *certam densam ramosam*, VRTadδϑρφ. *certum densum ramosum*, β. — *radicem*, K. — *breviore*, VRTad. *breviorem*, β. — *rutae. Circa imum caulem in*, β. — *famulis*, V. — *bothrys*, a. — *discutiopossit*, R^1.

§ 29. *Anonin*, Barbar. ex Dioscor. 3, 18. *Angonim*, VRad. — *ononida*, Vd. *ononi*, R^1. *ononidam*, R^2a. — *malent*, a. — *faeno nigro*, a. — *fructicosior*, R^1. — *iucunda*, θVRad. *iucundo*, β. — *post ver*, Rd. *post vero*, V. *postve*, a. *post aestatem*, Amatus Lusit. ad Dioscor. 3, 19. *ἀλμεύεται δὲ πρὸ τοῦ ἀκανθοφυῆσαι καί ἐστιν ἡδίστη*, Dioscor. — *eradit*, V ex emend.

§ 30. *Anagyros*, R^2a. *Anagros*, V^1. *Agiros*, V^2. *Anagyon*, R^1. *Anagro*, d. — *acopon*, Dioscor. 3, 157. *acoton*, VRad. *acorion*, r. — *fructice*, R^1. — *gravis*, V^2R^2a. *granis*, V^1. *grinis*, R^1d. — *flore*, om. R^1. — *brevibus*, a. *urbibus*, VRd. — *messes*, Barbar. R^2. *meses*, V^1R^1ad. *menses*, V^2. — *si emortuus*, Rad. *stemorius*, V. *si fetus mortuus haereat aut sec.*, K. — *mesesque*, β. — *moreret*, R^1. — *drachma*, VRTad. *drachmae pondere*, β. — *passa*, R^1. — *conmanducatum*, R^2. *commanducatum*, ad. *manducatum*, θVTR^1.

§ 31. *Anonymos*, d (codd. Gel.) *Anomymos*, VR^1. *Amomynos*, R^2. *Amonimos*, a. — *nomen invenit*, R^2a (codd. Gel.) *non venit*, Vd. Om. R^1. — *e Scytie*, R. *es*

Scythia, celebrata Hicesio non parvae auctoritatis medico, item Aristogitoni, in volneribus praeclara ex aqua tunsa inposita, pota vero mammis praecordiisque percussis, item sanguinem exscreantibus; putavere et bibendam volneratis. Fabulosa arbitror quae adiciuntur, recente ea si uratur ferrum aut aes feruminari.

V. 15. Aparinen aliqui omphalocarpon, alii philanthropon 32
vocant, ramosam, hirsutam, quinis senisve in orbem circa ramos foliis per intervalla; semen rotundum, durum, concavom, subdulce. Nascitur in frumentario agro aut hortis pratisve, asperitate etiam vestium tenaci; efficax contra serpentis semine poto ex vino drachma et contra phalangia. Sanguinis abundantiam ex volneribus reprimunt folia inposita; sucus auribus infunditur.

16. Arction aliqui potius arcturum vocant; similis est ver- 33
basco foliis, nisi quod hirsutiora sunt, caule longo, molli, semine cumini; nascitur in petrosis, radice tenera, alba dulcique. Decoquitur in vino ad dentium dolores ita ut contineatur ore decoctum; bibitur propter ischiada et stranguriam; ex vino ambustis inponitur et pernionibus; foventur eadem cum radice semine trito in vino.

17. Asplenon sunt qui hemionion vocant, foliis trientalibus 34
multis, radice limosa, cavernosa sicut felicis, candida, hir-

quitia, a. *et Scythice*, θ. *et Scythię*, d. *et Scythicae*, V. — *caelebrata*, V. — *Aristogitoni*, codd. Gel. *Aristogiton*, θVRad. — *inposita*, VRTad. *et imposita*, βγ. — *praecordisve*, VR. — *excreantibus*, a. — *putavere*, θVRad. *putaverunt*, β. — *bibendum*, R. *vivendum*, a. — *abiciuntur*, a. — *recente ea*, V. *recentem eam*, RTad. — *oratur*, VR[1]. — *ferrum aut aes*, d. *in ferrum aut aes*, Ta. *in ferrum aut eas* V. *in*, R. — *feruminari*, R[2]a. *ferruginari*, VR[1]Td. *ferruminari*, βγ.

§ 32. *Aparinen*, R[2]a. *Aparimen*, VR[1]d. — *omphalocarpon*, Barbar. ex Dioscor. 3, 94., K. *omphacocarpon*, VRadβγ. — *semisve*, V. — *ex intervallis*, Kr. — *durum*, VRd. *aurum*, a. — *flumentario*, a. — *parthisve*, a. — *phalangia*, a. *phalangias*, VRd.

§ 33. *Artion*, VR[1]d. Ceterum v. Dioscor. 4, 104. — *potius*, θVR[1]Td. Omitt. R[2]a (codd. Gel.) βγ. — *arcturon*, a. — *caule*, R[2]a. *a caulo*, VR[1]. *ac caulo*, d. — *dolores*, θVTd. *dolorem*, Raβγ. — *ut*, omitt. VRad. — *ore*, omitt. VRad. — *decoctum quod bibitur et propter*, K. — *hisciada*, V. *schiada*, a. *sciada*, R. — *ex*, θVTad. *e*, Rβγ. — *āb;tis*, R. — *trita*, VR.

§ 34. *Asplenon*, VRd. *Aspleon*, a. *Asplenum*, β. — *hemionion*, Dioscor. 3, 141. *hemionon*, VRad. Gracce quidem et ἡμίονος et ἡμιόνιον dicebatur; at cum 25, 45. 26, 41. codd. hoc potius quam illud adstruant, etiam h. l. Plinio usitatiorem, ut videtur, formam relinquere malui. — *felicis*, VR. *filicis*, adβγ.

suta, nec caulem nec florem nec semen habet; nascitur in petris parietibusque opacis, umidis, laudatissima in Creta. Huius foliorum in aceto decocto per dies xxx poto lienem absumi aiunt, et inlinuntur autem eadem; sedant et singultus. Feminis non danda, quoniam sterilitatem facit.

18. Asclepias folia hederae habet, ramos longos, radices 35
numerosas, tenuis, odoratas; floris virus grave, semen securidacae; nascitur in montibus. Radices torminibus medentur et contra serpentium ictus non solum potu, sed et inlitu.

19. Aster ab aliquis bubonion appellatur, quoniam ingui- 36
num praesentaneum remedium est. Cauliculus foliis oblongis duobus aut tribus; in cacumine capitula stellae modo radiata. Bibitur et adversus serpentis, sed ad inguinum medicinam sinistra manu decerpi iubent et iuxta cinctus adligari; prodest et coxendicis dolori adalligata.

20. Ascyron et ascyroides similia sunt inter se et hype- 37
rico, sed maiores habet ramos quod ascyroides vocatur, ferulacios, omnia rubentis, capitulis parvis, luteis; semen in calyculis pusillum, nigrum, resinosum. Comae tritae velut cruentant, qua de causa quidam hanc androsaemon vocavere. Usus seminis ad ischiadicos poti duabus drachmis in hydromelitis sextario. Alvom solvit, bilem detrahit; inlinitur et ambustis.

21. Aphaca tenuia admodum folia habet, pusillo altior len- 38

habent, VR. — *petris*, om. a. — *in parietibus opacis*, r. — *foliorum*, θVRTad. *foliorum vis*, φ. *foliorum ius*, δϑρ. *foliorum iure*, β. — *decocto*, Tad. *decocta*, VR. *decoctae*, K^1. *decoctorum*, K^2. — *XXX*, θVRTadr. *XL*, Barbar. ex Dioscor. β. — *poto*, RT. *potu*, Vadδϑρφ. *Huius foliorum in aceto decoctae per dies XXX l. a. a.*, Gronov., qui tum certe *decoctorum* scribere debebat; at *foliorum in aceto decocto* sc. *facto* illustratur iis quae congessi ad 33, 73. — *lienen*, a. — *illinuntur*, Td. *linuntur*, θVRa. — *eadem; sedant et*, θVR^1K^1d. *eadem sedante*, R^2aβγ. *eadem sedantque*, K^2. *illinuntur eadem vi; sedant singultus*, Gesner. hist. anim. 1, 49. — *Feminis non danda*, VRad. *Non danda feminis*, βγ.

§ 35. *Asclepia*, d. Ceterum v. Dioscor. 3, 96. — *virus*, Vd. *verus*, R^2a. *viros*, R^1. — *securidacae*, d (codd. Barbari). *securiclarum*, θ. *securi datum*, V. *seculatum*, a. *securiclacum*, R^1. *securivlatum*, R^2. — *potu*, Rd. *potum*, Va. — *et*, VR^1d. *etiam*, R^2aβγ. — *inlitu*, R^2d. *litu*, R^1. *inlitum*, θVa.

§ 36. *aliquis*, Va. *aliquibus*, Rdβγ. Ceterum v. Dioscor. 4, 118. — *inguinum*, om. a. — *est*, Ra. Omitt. Vd. — *Cauliculus*, R^2a. *Caulibus*, VR^1d. — *et iuxta*, R^2a. *iuxta*, VR^1d. — *adalligari*, θ. — *prodeest*, V. — *adalligata*, a. *adalligato*, VRd.

§ 37. *asquiroidaes*, a. Ceterum v. Dioscor. 3, 163. — *et*, VRd. *sed*, a. — *sed*, θVRTd. Omitt. aβ. — *maiore*, a. — *habet*, a (codd. Gel.) *habent*, VRTd. — *vocatur*, VRd. *vocantur*, a. *vocant*, codd. Gel. — *peculaceos*, R^1. — *omnia*,

ticula; siliquas maiores fert, in quibus terna aut quaterna semina sunt nigriora et madidiora et minora lenticula; nascitur in arvis. Natura ad spissandum efficacior quam lenti reliquos usus eosdem habet. Stomachi alvique fluctiones sistit semen decoctum.

22. Alcibium qualis esset herba, non reperi apud auctores, 39
sed radicem eius et folia trita ad serpentis morsum inponi et bibi, folia quantum manus capiat trita cum vini meri cyathis tribus aut radicem drachmarum trium pondere cum vini eadem mensura.

23. Alectoros lophos quae apud nos crista dicitur folia 40
habet similia gallinacei cristae plura, caulem tenuem, semen nigrum in siliquis. Utilis tussientibus cocta cum faba fresa melle addito et caligini oculorum; solidum semen conicitur in oculum nec turbat sed in se caliginem contrahit. Mutat colorem et ex nigro albicare incipit et intumescit ac per se exit.

VI. 24. Alum quod nos vocamus, Graeci symphyton pe- 41
traeum, simile cunilae bubulae, foliis parvis, ramis tribus aut quattuor a radice, cacuminibus thymi, surculosum, odoratum, dulce gustu, salivam ciens, radice longa rutila, nascitur in petris ideo petraeum cognominatum, utilissimum lateribus, renibus, torminibus, pectori, pulmonibus, sangui-

VRad. *omnino*, βγ. — *cauliculis*, V[2]. *caulibus*, a. — *cruentant*, Rd (codd. Gel.) *cruentam*, Va. — *Uso*, R[1]. — *hydromeliti*, a.

§ 38. *Aphaca*, θRd. *Afaca*, VTa. *Aphace*, β. Ceterum v. Dioscor. 2, 177. — *pusillo*, Rd (codd. Barbari). *pusilla*, V (ex emend.) ar. — *lenticula*, V. *lenticula est*, R[2]a. *lenticula et*, R[1]d. — *si quas*, d. — *et minora*, d. *et vinora*, V[1]R. Omitt. V[2]ar. *περιεχτιχὰ τῶν σπερματίων τριῶν ἢ τεσσάρων μελάνων χαὶ μιχροτέρων φαχοῦ*, Dioscor. — *Natura*, VRadr. *Natura ei*, βγ. — *reliquos usus eosdem*, θVRTd. *reliquo usus eosdem*, a. *reliquo usu eosdem effectus*, βγ. — *fluctionis*, a.

§ 39. *Alcibium*, VRad. *Alcibion*, βγ. — *qualis esset herba*, om. r. — *non repperi apud auctores*, Rad. *non repperi aputt auctores*, V. *apud auctores non reperi*, βχ. — *eius*, om. d. — *bibi*, VRaδϑρφ. *bibi iubent*, dβ. — *cum vino eadem*, d.

§ 40. *Alectoros lophos*, VRa. *Alectrolophos*, T. *Alectorolophos*, dβγ. — *aput*, a. — *crista galli*, K. *crista gallinacei*, Pintian. *gallinacei*, delet Pint. — *tenuem*, om. a. — *cum faba fresa*, VRa. *bafresa*, d. — *mella*, R[1]. — *addita*, a. — *oculum*, R. — *coicitur*, Va. *iniicitur*, r. De illo v. Lachmann. ad Lucret. 2, 1061. p. 136. — *et ex nigro*, θVRTKd. *sed ex nigro*, aβγ. — *et*, R[2]a. Omitt. VR[1]d.

§ 41. *quod nos*, T. *nos*, VRadβγ. Ceterum v. Dioscor. 4, 10. — *symphoton*, Va. — *pecreum*, V. — *dulce gustu*, VRd. *gustu dulce*, aβγ. — *renibus*, θVRTad. *lienibus, renibus*, β. — *pectori*, θVRa. *pectoribus*, Td. *pectoris*, β.

nem reicientibus, faucibus asperis. Bibitur radix trita et in 42
vino decocta et aliquando superlinitur; quin et conmanducata sitim sedat praecipueque pulmonem refrigerat; luxatis quoque inponitur et contunsis, lenit interanea; alvom sistit cocta in cinere detractisque folliculis trita cum piperis granis novem et ex aqua pota. Volneribus sanandis tanta praestantia est ut carnis quoque dum cocuntur conglutinet addita, unde Graeci nomen inposuere. Ossibus quoque fractis medetur;
VII. 25. alga rufa scorpionum ictibus. 43

26. Actaea gravi foliorum odore, caulibus asperis geniculatis, semine nigro ut hederae, bacis mollibus, nascitur in opacis et asperis aquosisque; datur acetabulo pleno interioribus feminarum morbis.

27. Ampelos agria vocatur herba foliis duris cineracei co- 44
loris, qualem in satis diximus, viticulis longis, callosis, rubentibus, qualiter flos quem Iovis flammam appellamus in violis; fert semen simile Punici mali acinis. Radix eius decocta in aquae cyathis ternis, additis vini Coi cyathis duobus, alvom solvit leniter ideoque hydropicis datur. Volvae vitia et cutis in facie mulierum emendat. Ischiadicos quoque uti hac herba prodest tunsa cum foliis et inlita cum suco suo.

28. Apsinthi genera plura sunt; Santonicum appellatur e 45
Galliae civitate, Ponticum e Ponto, ubi pecora pinguescunt

§ 42. *lusatis*, R. — *contusis*, θVRTad. *convulsis*, β. — *lenit*, VRTd. *leni*, a. *lieni*, β. *leviter*, Pint. — *interanea*, VT. *interanei*, Ra. *interaneis*, dβ. — *in cinere*, VR². *in cineres*, a. *cinere*, R¹d. — *foliculis*, a. — *granis novem*, VRad. *novem granis*, βγ. — *et ex aqua*, R²a. *ex aqua*, VR¹d. — *unde*, VRd. *unde et*, aβγ.

§ 43. *rufa*, θVRTd. *ruba*, a. *rubra*, β. — *scorpionum*, Va. *et scorpionum*, Rdβγ. — *asperis*, VRad (codd. Gel.) *anisi*, codd. Barbari. *angulosis*, Cornar. ad Dioscor. 4, 153., K. — *et asperis*, R²a. *asperis*, VR¹d.

§ 44. *agria*, Vd. *agaria*, R¹. *agrias*, R²a. — *de qua nos satis*, K. — *diximus* 23, 19. — *quem*, a. *quam*, θVRd. *rubentibus*. *Flos qualis eius quem*, K. — *flaminam*, a¹. — *appellamus*, θVRad. *appellavimus*, codd. Barbari, βγ. — *in violis*, d (codd. Barbari). *in obolis*, V (ex emend.) R². *in uolis*, R¹. *inobilis*, a. Vulgatam esse corruptam docent et optimorum codd. lectiones et ipsa verba *in violis* ceteris, incertum qua de causa, addita. Plinius, nisi fallor, scripsit: *appellamus*. *In viticulis fert semen*, ita ut hoc quasi singulare aliquid adnotet. — *simile Punici mali*, VRad. *Punici mali simile*, β. — *Radix eius*; haec sunt repetita ex 23, 19. — *decocta in aquae*, a. *decocta in aqua*, Vd. *in aqua decocta*, R. — *Cocri* vel *Cocyi*, V ex emend. — *hypocritis*, d. — *Vulvae*, VRd. *Vole*, a. *Varos*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 160. — *vitia et cutis*, d. *vitia cutis*, VRa. *et vitia cutis*, Murbac. — *emendant*, a. Si codd. scripturam intuemur eamque cum vulgata lectione comparamus, neutram veram esse apparet, neque

illo et ob id sine felle reperiuntur; neque aliud praestantius
multoque Italico amarius, sed medulla Pontici dulcis. De
usu eius convenit, herbae facillimae atque inter paucas uti-
lissimae, praeterea sacris populi Romani celebratae peculia-
riter; siquidem Latinarum feriis quadrigae certant in Capi-
tolio victorque apsinthium bibit, credo, sanitatem in praemio
dari honorifice arbitratis maioribus. Stomachum conroborat 46
et ob hoc sapor eius in vina transfertur, ut diximus; bibitur
et decoctum aqua ac postea nocte et die refrigeratum sub
dio, decoctis sex drachmis foliorum cum ramis suis in cae-
lestis aquae sextariis tribus; oportet et salem addi; vetus
sine usu est. Bibitur et madefacti dilutum; ita enim appel-
latur hoc genus. Diluti ratio ut, quisquis fuerit modus aquae,
tegatur per triduum. Tritum raro in usu est, sicut et sucus 47
expressus; exprimitur autem, cum primum semen turgescit,
madefactum aqua triduo recens aut siccum septem diebus;
dein coctum in aeneo vaso ad tertias x heminis in aquae
sextariis XLV iterumque percolatum lente coquitur ad crassi-
tudinem mellis, qualiter ex minore centaurio quaeritur sucus;
sed hic apsinthi inutilis stomacho capitique est, cum sit ille
decocti saluberrimus. Namque adstringit stomachum bilemque 48
detrahit, urinam ciet, alvom emollit et in dolore sanat, ven-
tris animalia pellit, malaciam stomachi et inflationes discutit

dubito, quin Plinius scripserit *Viticulae vitia cutis in f. m. emendant*; scriptura codicis Murbac. *varos* nihil est nisi interpolatio e verbis 23, 19. male intellectis. — *uti*, d. *uri*, θVRK. *heuri*, ar. *exuri*, Dalec.

§ 45. *plura sunt*, VRad. *sunt plura*, β. Ceterum v. Dioscor. 3, 23. — *e Galliae*, VTad. *a Galliae*, Rβγ. — *e Ponto*, VTad. *a Ponto*, Rβγ. — *multumque*, r. *multorumque*, a. — *Italico*, VRa. *Italicum*, dγ. — *dulci*, R. — *convenit*, VRad. *convenit dicere*, βγ. — *in praemio*, θTd. *praemio*, VRaβγ.

§ 46. *transfertur*, VRa. *crassatur*, Td. — *diximus* 14, 109. — *dio*, R^2. *diu*, R^1d. *divo*, a. *die*, V. — *sex*, Ra. *ex*, Vd. — *caelesti*, R. — *oportet nec salem*, Rad. *oportet nec sale*, V. — *vetus sine usu*, θVR^1Td. *vetustissime usu*, R^2a (ubi inter utramque vocem spatium est uni vel duabus litteris). *vetustissime in usu*, βγ. — *appelletur*, θVRadγ. — *aut*, a. — *aquae*, Ra. *aqua*, Vd.

§ 47. *expressus*, θVRTd. *expressi*, aβγ. — *siccum*, Rad. *sucus*, V. — *dein*, Vad. *deinde*, Rβγ. — *vaso*, a. *vase*, VRdβγ; v. ad 24, 79. — *eminis*, a. — *lente*, K. *herbae lecta*, V. *herbae leciti*, R. *herbae lento*, d. *herbae ita*, a. *herba lente*, β. — *qualiter et minore*, VRad. — *centaurio*, a. *centaureo*, VRdβγ. — *absinthii* delet Dalec. — *ille*, a. *illo*, VRd. — *decocti*, T. *decoctis*, VRad. *decoctus*, r. — *saluberrimum*, a.

§ 48. *adstringi*, a. — *bilemque*, R^2ad. *bilem*, VR^1T. — *ciet*, VR^2ad. *et*, R^1. — *malaciam*, V. *malachiam*, a. *malitiam*, Rd. — *inflationes*, *καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις δὲ ἁρμόζει*, Dioscor. *inflammationes*, θVRad. — *discitit*, a.

cum sile et nardo Gallico, aceti exiguo addito; fastidia absterget, concoctiones adiuvat, cruditates detrahit cum ruta et pipere et sale. Antiqui purgationis causa databant cum marinae aquae veteris sextario seminis sex drachmas cum tribus salis et mellis cyatho; efficacius purgat duplicato sale;
diligenter autem teri debet propter difficultatem. Quidam et 49
in polenta dedere supra dictum pondus addito puleio, alii pueris folia in fico sicca ut amaritudinem fallerent. Thoracem purgat cum iride sumptum; in regio morbo crudum bibitur cum apio aut adianto. Adversus inflationes caldum paulatim sorbetur ex aqua, iocineris causa cum Gallico nardo,
lienis cum aceto aut pulte aut fico sumitur. Adversatur fun- 50
gis ex aceto, item visco, cicutae ex vino et muris aranei morsibus, draconi marino, scorpionibus; oculorum claritati multum confert, epiphoris cum passo inponitur, suggillatis cum melle. Auris decoctae eius vapor suffitu sanat aut, si manent sanie, cum melle tritum. Urinam ac menses cient tres quattuorve ramuli cum Gallici nardi radice una, cyathis aquae VI, menses privatim cum melle sumptum et in vellere
adpositum. Anginae subvenit cum melle et nitro, epinyctidas 51
ex aqua sanat, volnera recentia prius quam aqua tangantur inpositum, praeterea capitis ulcera. Peculiariter ilibus inponitur cum Cypria cera aut cum fico; sanat et pruritus; non
est dandum in febri. Nausias maris arcet in navigationibus 52
potum, inguinum tumorem in ventrali habitum; somnos ad-

sile, VRad. *sili*, βγ. *sale*, r. — *aceti*, θVRTad. *aceto*, βγ. — *crudelitates*, a^1. — *databant*, θR^1. *dabant*, VR^{2}adβγ. — *veteris*, om. r. — *drachmas*, VRTKa^{2}d. *drachmis*, a^{1}βγ. — *et*, omitt. VRa^{2}d. *vel*, a^1.

§ 49. *puleio*, θVRTad. *pulegio, alii contra paralysin*, β. — *folia in*, VRd. *in folia in*, a. *in*, Hard. γ. — *sicca ut*, VR^{2}Td. *sicca*, R^1. *siccat*, aδϑρφ. *sic ut*, β. *ut sic*, K. — *apio*, θVR^{1}TKd. *opio*, β. *adipe*, R^{2}a. — *idianto*, VR. — *inflationes*, ad. *inflammationes*, θVR. — *caldum*, θV. *calidum*, Radβγ. — *fico*, R^{2}a. *fingo*, VR^1. *fungo*, d.

§ 50. *ex vino*, R^{2}ad. *vino*, VR^1. — *decoctae eius vapor*, θVd. *decoctae eius vapori*, a. *decoctae eius vaporis*, R. *decoctum eius vaporis*, βγ. — *manent sanie*, VRTd. *manet sanies*, aϑρφ. *manat sanies*, β. — *meses*, a bis. — *bellere*, a.

§ 51. *Anginae*, θVRad. *Anginis*, βγ. — *aut cum fico*, VRa. *aut fico*, Td. — *est*, omitt. Td.

§ 52. *Nausias*, V^{2}R^{2}a. *Nausia*, V^{1}R^{1}d. *Nauseas*, β. *Nauseam*, θTγ. — *ventralia*, Td. *in ventralia abditum*, Pint. — *adlicet*, R^1. *adliciet*, a. — *ex oleo perunctis*, a. *ex aceto perunctis*, R^2. *ex aceto peruncus*, V. *ex aceto perungus*, R^1.

licit olfactum aut inscio sub capite positum. Vestibus insertum tineas arcet, culices ex oleo perunctis abigit et fumo, si uratur; atramentum librarium ex diluto eius temperatum litteras a musculis tuetur. Capillum denigrat apsinthi cinis unguento rosaceo permixtus.

29. Est et apsinthium marinum quod quidam seriphum 53
vocant, probatissimum in Taposiri Aegypti. Huius ramum Isiaci praeferre sollemne habent. Angustius priore minusque amarum, stomacho inimicum, alvom mollit pellitque animalia interaneorum. Bibitur cum oleo et sale aut in farinae trimestris sorbitione dilutum; coquitur quantum manus capiat in aquae sextario ad dimidias.

VIII. 30. Balloten alio nomine porrum nigrum Graeci vo- 54
cant, herbam fruticosam, angulosis caulibus nigris, hirsutis foliis vestientibus, maioribus quam porri et nigrioribus, graveolentibus. Vis eius efficax adversus canis morsus ex sale foliis tritis inpositae, item ad condylomata coctis cinere in folio oleris; purgat et sordida ulcera cum melle.

31. Botrys fruticosa herba est luteis ramulis; semen circa 55
totos nascitur, folia cichorio similia. Invenitur in torrentium ripis, medetur orthopnoicis. Hoc Cappadoces ambrosiam vocant, alii artemisiam.

32. Brabyla spissandi vim habet cotonei mali modo, nec amplius de ea tradunt auctores.

perunctus ex aceto, Td. *ἀλειφόμενόν τε μετὰ ἐλαίου κώνωπας κωλύειν ἅπτεσθαι τοῦ σώματος*, Dioscor. — *musculis*, d. *muscis*, θVRTa (Murbac. ap. Cornar. ad Macrum f. 5. a.) At vulgatam tuentur Macer Floridus de virib. herbb. 105: *Incaustum vino, quo sit macerata, resolve: Si scribis chartam*, (mus) *non teret amplius illam*, et Dioscor. *τὸ δὲ μέλαν, ᾧ γράφομεν, τῷ ἀποβρέγματι αὐτοῦ βραχὲν ἄβρωτα μυσὶ τηρεῖ τὰ γράμματα.* — *rosaceo*, K. *rosaceoque*, VRadβγ. — *permixtus est*, a.

§ 53. *seriphum*, ita est scribendum coll. 32, 100. *seripum*, a. *seryphum*, VRd. *Seriphium*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 3, 24. — *in Taposiri*, VRa (codd. Barbari). *intra positi*, d. — *mollit*, VRa. *solvit*, Td.

§ 54. *porrum nigrum*, θVRTad. *melamprasion*, β. Ceterum v. Dioscor. 3, 107. — *maioris*, V ex emend. — *impositae*, θVRd. *imposita*, aβ.

§ 55. *Botrys*, d. *Bothrys*, R[2]. *Botris*, VR[1]. *Bothyris*, a. Ceterum v. Dioscor. 3, 120. — *totos*, VRTd. *totam*, β. *toto*, a. — *chichoria*, a. — *orthopnoicis*, R[2]ad. *ortus in vicis*, V. *hortus in vicis*, R[1]. — *Hanc*, K. — *Brabilla*, VRd. *Bravilla*, a. — *spissandi vim*, d. *spissandium*, VR. *spissam vim*, a. — *tradunt de ea*, d.

33. Bryon marinum herba sine dubitatione est, lactucae 56
foliis similis, rugosa veluti contracta, sine caule, ab una radice exeuntibus foliis; nascitur in scopulis maxume testisque terra conprehensis. Praecipua siccandi spissandique vis ei et collectiones inflammationesque omnis inhibendi, praecipue podagrae et quidquid refrigerare opus sit.

34. Bupleuri semen ad ictus serpentium dari reperio fo- 57
verique plagas decocta ea herba, adiectis foliis mori aut origani.

35. Catanancen Thessalam herbam qualis sit describi a nobis supervacuum est, cum sit usus eius ad amatoria tantum. Illud non ab re est dixisse ad detegendas magicas vanitates, electam ad hunc usum coniectura, quoniam arescens contraheret se ad speciem unguium milvi exanimati; eadem ex causa et cemos silebitur nobis.

36. Calyx duorum generum est, una similis aro; nascitur 58
in arationibus, colligitur antequam inarescat. Usus eosdem habet quos arum; bibitur quoque radix huius ad exinaniendas alvos mensesque mulierum; item caules cum foliis in leguminibus decocti sanant tenesmon.

37. Alterum genus eius quidam anchusam vocant, alii ono- 59
cliam. Folia lactucae longiora, plumosa, radice rubra quae

§ 56. *Bryion*, T. *Bryona*, a. Desumpta haec sunt ex Theophr. hist. plant. IV. 6, 6. coll. Dioscor. 4, 97. — *marinum*, θVRTd. *marina*, aβ. — *meditatione*, R^2a. — *veluti*, R^2d. *velut*, VR^1a. — *una*, VRad. *ima*, β. *ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς*, Theophr. — *siccandi*, a. *siccandis*, VR. *siccandi ei*, dβγ. — *spissandisque*, a. — *vis ei*, ita nos scripsimus. *visci*, VR^1. *vis*, R^2adβγ. — *inflammationesque omnes*, Va. *omnes inflammationesque*, Rβγ. *omnes inflammationesque omnes*, d. — *inhibendi*, θRad. *cohibendi*, Vβγ. — *praecipua*, R^1. — *refrigerari*, a. — *opus sit*, R^2ad. *possit*, θVR^1.

§ 57. *Bupleri*, VRad. — *Catanancen*, R^2a. *Catananchen*, VR^1d. Ceterum v. Dioscor. 4, 132. — *Thessalam*, R^2ad. *tetessalam*, VR^1. — *describi a nobis*, VRa. *a nobis describi*, dβγ. — *est*, VRd. *sit*, a. — *Illum*, a. — *detegendas*, VRad. *tegendas*, β. — *electa*, Vd. — *quoniam arescens contra*, d. *qđ arescens contra*, R. *quonia harescens cum tra*, V^1; sed manus altera illa verba delevit linea traducta, uti etiam ea non exstant in cod. a. — *se*, VRd. *sit*, a. — *et cemos*, R. *eccemos*, θ. *ecchemos*, d. *et emos*, a. *et////emos*, V. — *silevitar*, a. — *nobis*, θRad. *a nobis*, Vβγ.

§ 58. *Calyx*, Dalec. ex Dioscor. 4, 23. Addicunt optimi codd. in indice libri primi. *Calsa*, θVRTadγ. *Calla*, β. — *haro*, VT. *baro*. a. — *in arationibus; colligitur*, VR^2a. Omitt. R^1d. — *Usus*, Vad. *ususque*, Rβγ. — *arsa*, θVRTd. *harsa*, a. *arisaros*, Hard. coll. 24, 151. — *quoque radix*, V. *radix quoque*, Rad. — *exaniniendas*, a. — *mesesque*, a. — *item caules*, a. *item caulis*, θRTdγ. *inter caules*, V ex emend. — *decoctis*, Vad. *decoctio*, R. *decoctus*, Hard. γ. —

ignis sacros cum flore polentae sanat inposita, iocineris autem vitia in vino albo pota.

38. Circaea trychno sativo similis est, flore nigro, pusillo, 60
parvo semine mili nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali, triplici fere aut quadruplici, alba, odorata, gustus calidi; nascitur in apricis saxis. Diluitur in vino bibiturque ad dolorem volvae et vitia; macerari oportet in sextariis tribus quadrantem radicis tunsae nocte et die. Trahit eadem potio et secundas; semine lac minuitur in vino aut mulsa aqua poto.

39. Cirsion cauliculus est tener duum cubitorum, triangulo 61
similis, foliis spinosis circumdatus. Spinae molles sunt, folia bovis linguae similia, minora, subcandida; in cacumine capitula purpurea quae solvontur in lanugines. Hanc herbam radicemve eius adalligatam dolores varicum sanare tradunt.

40. Crataegonon spicae tritici simile est, multis calamis ex 62
una radice emicantibus multorumque geniculorum; nascitur in opacis semine mili, vehementer aspero gustu, quod si bibant ex vino ante cenam tribus obolis in cyathis aquae totidem mulier ac vir ante conceptum diebus XL, virilis sexus partum futurum aiunt. Et alia est crataegonos quae thely-

sanant, a. *sanat*, θVRTdγ. — *tenesmon*, a. *tenesmo*, R (*mo* ex corr.) *tenesmum*, Vd.

§ 59. *ancusam*, a. *hanchusam*, R^2. *anchisam*, Vd. *hanciram*, R^1. — *onocliam*, Dalec. coll. Dioscor. 4, 23. *rinodiam*, Td. *rinochiam*, V. *ri///nochiam*, R. *clinosiam*, a. *rhinochisiam*, βγ. — *Folio*, R. — *flore*, VRd. *folio*, Ta. — *iocinoris*, β.

§ 60. *trychno*, θV. *thrychno*, a. *trycno*, R. *thrycno*, d. *strychno*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 3, 124. — *sativa*, a. — *semine*, VRad. *semine ut*, βγ. — *milii*, R^2ad. *milli*, R^1. *melli*, V. — *nascente*, d. *nascenti*, R^2. *nascentis*, Va. *nascentes*, R^1. — *radicem semipedalis triplice*, a. — *fere*, θVRTad. *ferme*, βγ. — *quadriplici*, R. — *gustus*, VRa. *acutius*, d. — *nocte et die*, θVR. *nocte ac die*, Td. *noctem et diem*, aβγ. — *Trahit*, Va. *et trahit*, R^2. *et tradiit*, R^1. *Extrahit*, Td. — *potione secundas*, K. — *minuitur*, codd. Gel. *minuit*, Ra. *iminuit*, V. *imminuit*, d. *movet*, K. — *pota*, V^2. *puto*, V^1.

§ 61. *Cirsion*, R^2. *Circision*, VR^1d. *Cirscion*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 117. — *tener*, om. γ vitio operarum. — *triangulus*, a. — *bolis*, a. — *linguae*, R. *lingua*, a. *lingulae*, Vd. — *in*, VRa. *et in*, dβγ. — *capitula*, Barbar. d. *capirila*, VR^1. *capitulata*, R^2a. *τὸ δὲ ἀνωτάτω τοῦ καυλοῦ περιφερές, δασύ, καὶ ἐπ' αὐτοῦ κεφάλια ἀκροπόρφυρα, ἐκπαππούμενα*, Dioscor. — *solvetur*, R^1.

§ 62. *Crataegonon*, Vad. *Crataeogonon*, Rβγ uti Dioscor. 3, 129. — *spicae*, VRad. *melampyro*, K. — *emicantibus*, omitt. codd. Barbari. — *nascitur*, omitt. VRad. — *in*, om. a. — *asperi*, d. — *partus sexum*, VRd. *sexum*, a. — *Et alia est*, VRad. *Est et alia*, βγ. — *crataegonos*, θa. *grategonos*, VR. *crataeogonos*, dβγ.

*

gonos vocatur; differentia intellegitur lenitate gustus. Sunt 63
qui florem crataegoni bibentis mulieres intra XL. diem concipere tradant. Eadem sanant ulcera vetera nigra cum melle, explent sinus ulcerum et atropha carnosiora faciunt, purulenta expurgant, panos discutiunt, podagras collectionesque omnis leniunt, peculiariter mammarum. Theophrastus arboris genus intellegi voluit crataegon sive crataegona quam Itali aquifoliam vocant.

41. Crocodileon chamaeleonis herbae nigrae figuram habet, 64
radice longa, aequaliter crassa, odoris asperi; nascitur in sabuletis. Pota sanguinem per naris pellit copiosum crassumque atque ita lienes consumere dicitur.

42. Cynosorchim aliqui orchim vocant, foliis oleae, molli- 65
bus, ternis per semipedem longitudinis in terra stratis, radice bulbosa, oblonga, duplici ordine, superiore quae durior est, inferiore quae mollior. Eduntur ut bulbi coctae, in vineis fere inventae; ex his radicibus si maiorem edant viri, maris generari dicunt, si minorem feminae, alterum sexum. In Thessalia molliorem in lacte caprino viri bibunt ad stimulandos coitus, duriorem vero ad inhibendos; adversantur altera alteri.

43. Chrysolachanum in pineto lactucae simile nascitur; sa- 66
nat nervos incisos, si confestim inponatur. Et alibi genus chrysolachani traditur, flore aureo, foliis oleris; coctum estur

vocetur, V R a d.

§ 63. *grategoni*, V R. *crataeogoni*, a d βγ. — *bibentis*, V R^1. *bibentes*, R^2 a d. — *mulieres*, d. *mulieris*, V R^1. *mulierum*, R^2 a. — *Eaedem*, V. — *explent*, V R^2 a. *et explent*, θ R^1 d. — *et*, om. V. — *atropha*, R^2 a. *atrapha*, V R^1 d. — *Theophrastus* hist. plant. III. 15, 5: *χράταιγος . . . οἱ δὲ χραταιγόνα χαλοῦσιν*. — *crataegon*, Harduin. ex Theophrasto. *crataegum*, K. *crataegonon*, V a d. *crataeogonon*, β. *grate conon*, R. — *crataegona*, R d. *crathegona*, a. *crataegon*, θ. *crataeogona*, β. — *quam*, R a. *uam*, V d. — *aquifolium*, R^2 a d.

§ 64. *Crocodileon*, V R a d. *Crocodilion*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 3, 10. — *chamaeleonis*, V R T a d. *chamaeleontis*, β. — *eaqualiter*, V. — *sabulitis*, a. — *atque*, d. Omitt. V R a. — *lienes*, V R a d. *lienem*, βγ.

§ 65. *Cynosarcim*, a. *Cynosarcima*, V R. *Cynosarcimam*, d. Ceterum v. Dioscor. 3, 131. — *sorchim*, a. — *pernis*, a. — *hemipedem*, R^1. *hyemem pede*, d. — *uoluosa*, a. — *duplicis*, a. — *superior quae*, V R. *superioreque*, T a d. — *durior est inferiore quae*, V R^2 a. *durior est, et inferiore, quae*, βγ. Omitt. R^1 T d. — *molliore*, T d. — *Redduntur*, a. — *ut*, θ a. *et*, V R d. — *uului*, a. — *coctae*, θ V R T. *cocti*, a d βγ. — *forte*, r. — *inventae*, θ T. *invente*, a. *inventi*, V R d (codd. Barbari) β. — *ex his — maiorem*, om. R^1. — *viri*, om. R^1. — *dicuntur*, T. — *feminam*, a. — *viri*, V R^2 a d. *vi*, R^1. — *adversantur*, θ V R a. *adversatur*, d β. — *altera*, K. *alter*, V R a d βγ.

ut olus molle. Haec herba adalligata morbum regium haben-
tibus, ita ut spectari ab his possit, sanare id malum traditur.
De chrysolachano nec satis dici scio nec plura reperio; nam- 67
que et hoc vitio laboravere proxumi utique herbarii nostri,
quod ipsis notas velut volgaris strictim et nominibus tantum
indicavere, tamquam coagulo terrae alvom sisti, stranguriam
dissolvi, si bibatur ex aqua aut vino, 44. cucubali folia trita 68
cum aceto serpentium ictibus et scorpionum mederi. Quidam
hanc alio nomine strumum appellant, alii Graece strychnon;
acinos habet nigros. Ex his cyathus suci cum mulsi duobus
medetur lumbis, item capitis dolori cum rosaceo infusus, ipsa
strumis inlita.

45. Peculiaris est Alpinis maxume fluminibus conferva ap- 69
pellata a conferuminando, spongea aquarum dulcium verius
quam muscus aut herba, villosae densitatis atque fistulosae.
Curatum ea scio omnibus fere ossibus confractis prolapsum
ex arbore alta putatorem, circumdata universo corpori, aquam
suam adspergentibus quotiens inaresceret raroque nec nisi
deficientem herbam mutationis causa resolventibus, conva-
luisse vix credibili celeritate.

IX. 46. Cocco Cnidio color cocci, magnitudo grano piperis 70
maior, vis ardens; itaque in pane devoratur ne adurat gu-
lam transitu. Vis praesentanea contra cicutam, sistit alvom.

§ 66. *pinetis*, K. — *sanant*, a. — *alibi*, VRTad. *aliud*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *hestur*, V. — *ut*, R^{2}a. Omitt. VR^{1}d. — *Haec herba*, Ta. *Haec herbae*, V. *Hac herba*, d. *Herba haec*, K. *Herba hac*, $\beta\gamma$. *Herbe*, R^1. *Herba*, R^2. — *sanare*, VRTKd. *sanari*, a$\beta\gamma$.

§ 67. *ipsis*, VRad. *ipsi*, $\beta\gamma$. — *vel*, a. — *vulgares*, Ra. *vulgare*, V. *in vulgare*, d. — *sisti*, R^2. *sistit*, aβ. *sistunt*, VR^{1}d. — *dissolvit*, d. — *aqua aut vino*, Va. *vino aut aqua*, Rd$\beta\gamma$.

§ 68. *cuculi*, aγ. *culiculi*, θVRTd. *cucuboli*, Salmas. de hyle p. 67. a. C. *cacubali*, Hard. ex edd. vett. Dioscor. 4, 71., ubi nunc legitur ex cod. N *κουκουβάλουμ*, ita ut scriptura β recte a nobis restituta videatur. Quis tamen in tali re certi aliquid se invenisse dixerit? — *aut*, Td. — *medentur*, Td. —
causa
stricnum, VRd. *strignum*, a. — *cyathus suci*, Vd. *causa tussim*, a. *quiatussimquiaticum*, R. — *mulsu*, V. — *dolori*, θVRTd. *dolores*, a. *doloribus*, β. — *strumas*, R^2. *struma*, VR^{1}ad.

§ 69. *calpinis*, a. — *a conferruminando*, d. *feruminando*, VR^1. *a conferuaminando*, R^{2}a. — *verum*, V. — *mulscus*, a. — *cio*, VR. — *putatorem*, R^{2}a. *putatores*, R^{1}d. *potatores*, V. — *adspergentibus*, θV. *aspergentibus*, Rad. *inspergentibus*, β. — *deficiente herba*, K. — *credibile*, V. — *celebritate*, a.

§ 70. *Cocco Cnidio*, d. *cognitio*, VR^1. *cogum nidio*, R^{2}a. — *gulam transitu*, Tad. *gula transitu*, R. *gulae transitu*, θV. *cum gulam transit*, $\beta\gamma$. Ceterum v. Dioscor. 4, 170. — *Vis*, VR^{2}ad. *Huic vis*, $\beta\gamma$. Om. R^1. — *sistit alvum*;

47. Dipsacos folia habet lactucae bullasque spinosas in 71
dorsi medio, caulem duum cubitorum iisdem spinis horridum, genicula eius binis foliis amplectentibus, concavom alarum sinum, in quo subsistit ros salsus; in cacumine capitula sunt echinata spinis. Nascitur in aquosis, sanat rimas sedis, item fistulas decocta in vino radice usque dum sit crassitudo cerae ut possit in fistulas collyrium mitti, item verrucas omnium generum. Quidam et alarum quas supra diximus sucum inlinunt his.

48. Dryopteris felici similis in arboribus nascitur, tenui 72
foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Vis ei caustica est; ideo psilotrum est radix tunsa; inlinitur enim usque dum sudores evocet iterumque et tertium, ita ne sudor abluatur.

49. Dryophonon similis herba est cauliculis tenuibus, cu- 73
bitalibus, circumdatis utrimque foliis pollicari amplitudine qualia oxymyrsines, sed candidioribus mollioribusque, flore candido sambuci. Edunt cauliculos decoctos, semine vero eius pro pipere utuntur.

50. Elatine folia habet helxinae, pusilla, pilosa, rotunda, 74
semipedalibus ramulis quinis senisve a radice statim foliosis; nascitur in segete, acerba gustu et ideo oculorum fluctio-

haec verba Harduin. ad sequentia retulit, ita ut novam periodum incipientia de dipsaco dicantur, quippe cum cocco Cnidio alvus non sistatur (quod unus veterum interpretum sentiens in margine Dalecampii *ciet* coniecit). Nos vero ad β reversi potius errorem aliquem Plinii vel lacunam agnoscere malumus, cum prorsus sit incredibile Plinium contra constantem suum usum in hac una herba nomini herbae praemissurum fuisse aliquod eius medicamentum, cum longe plura, sed illa prorsus alius generis infra demum commemoret.

§ 71. *Dipsacos*, R[2]a. *Dipsaquos*, V ex emend. *Dipsacon*, θd. *Dipsa*, R[1]. Ceterum v. Dioscor. 3, 11. — *caule*, a. — *torridum*, a. — *a genicula*, a. — *concavom — sinum*, ita nos scripsimus. *concavo — sinum*, V. *concavo — sinu*, Rad$\beta\gamma$, quae scriptura quomodo sit orta, neminem fugit. — *subsistit*, V ex emend. *substitit*, θRadγ. — *rosals*, R[1]. — *spinis*, omitt. ar. — *trimas*, a. — *caere*, V. — *in fistulas*, θVRTd. *in fistulam*, K. *in fistula*, aβ. — *mittit*, a. *immitti*, K. — *Quidem*, VR[1]. — *altarum*, VR[1]d.

§ 72. *Drysopteris*, VR. Ceterum v. Dioscor. 4, 186. — *filici similis*, d. *felicis similis*, Ra. *felicissimis*, V. — *incissura*, a. — *ei caustica — tusa*, R[2]a; omitt. VR[1]d. Ceterum cod. a *ideo et psilotrum est* habet. — *evocat*, a. *evocentur*, K. — *iterumque et tertium*, R. *iterum et tertium*, θV. *iterum et tertio*, Tad. *iterumque et tertio*, $\beta\gamma$.

§ 73. *Draeffono*, VRa. *Draphono*, d. — *cubitalibus*, R[2]a. Omitt. VR[1]d. — *circumdatus*, d. — *oxymyrsine*, Vd. — *sabuci*, Va. — *decoctos*, Rd. *decocto*, V. *decoctis*, a.

§ 74. *Elatine*, R[2]a. *Elasine*, VR[1]d. Ceterum v. Dioscor. 4, 40. — *helxinae*,

nibus efficax foliis cum polenta tritis et inpositis, subdito linteolo. Eadem cum lini semine cocta sorbitionis usu dysinteria liberat.

51. Empetros quam nostri calcifragam vocant nascitur in 75
montibus maritimis, fere in saxo; quae propius mari fuerit salsa est potaque trahit bilem ac pituitas; quae longius magisque terrena, amarior sentitur. Trahit aquam, sumitur autem in iure aliquo aut hydromelite; vetustate viris perdit, recens urinas ciet decoctum in aqua vel tritum calculosque frangit. Qui fidem promisso huic quaerunt adfirmant lapillos qui subfervefiant una rumpi.

52. Epipactis ab aliis elleborine vocatur, parva herba 76
exiguis foliis, iocineris vitiis utilissima et contra venena pota.

53. Epimedion caulis est non magnus hederae foliis denis atque duodenis, numquam florens, radice tenui, nigra, gravi odore; in umidis nascitur. Et huic spissandi refrigerandique natura, feminis cavenda. Folia in vino trita virginum mammas cohibent.

54. Enneaphyllon longa folia novena habet causticae na- 77
turae; inponitur lana circumdatum ne urat latius; continuo pusulas excitat, lumborum doloribus et coxendicum utilissimum.

Barbar. K. *casiae*, θVRad. — *pusille*, a. — *rotunda*, om. a. — *senisve*, V. *senisque*, θRTad. — *segete*, VRa. *segetibus*, dβγ. — *acerva gusto*, V. — *odeo*, V.

§ 75. *Empetros*, θT. *Empitros*, VRad. *Empetron*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 159., β. Ceterum v. Dioscor. 4, 178. — *fiere*, R[1]. — *quae*, Murbac. *que*, VRa. *quod*, d. *quo*, Barbar. βγ. — *propius*, Vd. *propis*, R[1]. *propriis*, R[2]. *proprius*, a. — *fuit*, VRad. — *salsa*, VRTad (Murbac.) *magis salsa*, K. *minus salsa*, Barbar. βγ; at v. Dioscor.: *ἐν παραλίοις καὶ ὀρεινοῖς φύεται, ἁλυκὸν τῇ γεύσει· τὸ δὲ προγειότερον πικρότερον.* — *trahit bilem*, VRad. *bilem trahit*, βγ. — *quae*, VRa (Murbac.) *quo*, Barbar. dβγ. — *terrena amarior*, d. *terrenum amarior*, Ra. *terrenuma maior*, V. — *aut*, V. *ut*, θR[1]d. *ut in*, R[2]a. *aut in*, Murbac. βγ. — *calculosque*, VR. *cauculosque*, a. *calculos*, Td.

§ 76. *Epipactis*, Barbar. et Gesner. de herbis lunar. p. 32., d. *Epicactis*, VRa. — *elleborine*, d. *elledorine*, a. *eledorine*, V. *selle dorine*, R. — *parva*, R[2]a. *parvali*, VR[1]d. — *Epimedion*, θVRTad. *Epimedium*, r. *Epimenidion*, β. Ceterum v. Dioscor. 4, 19. — *denis aut duodenis*, K. — *gravi odore*, R[2]ad. *gravido*, R[1]. *gravida*, V. — *in umidis nascitur*, ita nos scripsimus e vestigiis codd. *umidis nascitur*, a. *ac in umidis nascitur*, VTd. *hac in humidis nascitur*, R. *Nascitur in humidis*, βγ. — *feminis*, Ra. *et seminis*, Vd.

§ 77. *casticae*, R. — *circumdatum*, VR. *circumdatur*, a. *circumdata*, Td. — *latius*, θVRTad. *latus*, βγ. — *continuo*, Vad. *continuo enim*, Rβγ. — *pusulas*, VRadr. *pustulas*, β. — *et*, R[2]a. Omitt. VR[1]d. — *utilissimum*, Ra. *utilissima*, VTd.

55. Felicis duo genera nec florem habent nec semen; 78
pterim vocant Graeci, alii blachnon, cuius ex una radice
conplures exeunt felices bina etiam cubita excedentes longitudine, non graves odore; hanc marem existumant. Alterum
genus thelypterim Graeci vocant, alii nymphaeam pterim,
est autem singularis atque non fruticosa, brevior molliorque
et densior, foliis ad radicem canaliculata. Utriusque radice 79
sues pinguescunt; folia utriusque lateribus pinnata, unde nomen Graeci inposuere; radices utrique longae in oblicum,
nigrae, praecipue cum inaruere; siccari autem eas sole oportet.
Nascuntur ubique sed maxume frigido solo, effodi debent
vergiliis occidentibus. Usus radicis in trimatu tantum, neque
antea nec postea. Pellunt interaneorum animalia, ex his
taenias cum melle, cetera ex vino dulci triduo potae. Utraque stomacho inutilissima, alvom solvit primo bilem trahens,
mox aquam; melius taenias cum scammoni pari pondere.
Radix eius pondere duum obolorum ex aqua post unius diei 80
abstinentiam bibitur melle praegustato contra rheumatismos.
Neutra danda mulieribus, quoniam gravidis abortum, ceteris
sterilitatem facit. Farina earum ulceribus taetris inspergitur,
iumentorum quoque cervicibus. Folia cimicem necant, serpentem non recipiunt; ideo substerni utile est in locis suspectis; ustae etiam fugant nidore. Fecere medici huius
quoque herbae discrimen; optuma Macedonica est, secunda
Cassiopica.

§ 78. *Felicis*, ita nos scripsimus coll. ad 17, 29. *Filicis*, VRad$\beta\gamma$. Ceterum v. Dioscor. 4, 183. 184. — *nec semen*, VR^{2}ad. *semen*, R^1. — *pteria*, d. *pterigia*, Ra. *pteregia*, V. — *vocant Graeci*, VRa. *Graeci vocant*, d$\beta\gamma$. — *alii blachnon*, θ. *alii biachron*, d. *alibi achron*, V. *alibi acthron*, R. *alibi acthro*, a. *alii blechnon*, $\beta\gamma$. — *grave sudore*, V. — *tylipterin*, VR. *thylipterim*, a. *tylipterum*, d. — *nymphaeam pterin*, codd. Barbari. *nymphaeapterim*, d. *nympheabtherim*, a. *nimphea iterim*, V. *nymphea b lterim*, R. — *non singularis atque fruticosa*, Barbar. quamquam dubitans. *non singularis, sed fruticosa*, Dalec. At v. Schneid. ad Theophr. hist. plant. IX. 18, 7. p. 824. — *canaliculata*, Barbar. R. *caniculata*, VTad.

§ 79. *sues*, R^{2}ad. *sue*, VR^1. — *utrisque*, a. — *utrique longae*, R^{1}ad. *utriusque longae*, θVR^2. — *virgiliis*, R. — *radicib;*, R. — *antea*, R. *ante*, Vad. — *nec*, VRa. *neque*, d$\beta\gamma$. — *teneas*, V^{1}R^1. *tineas*, V^{2}R^{2}ad. Ceterum v. Theophr. hist. plant. IX. 18, 8. — *Utraque*, R^{2}ad. *Utrasque*, VR^1. — *inutilissima*, R^{2}ad. *inutilissimas*, V. *inutilissimis*, R^1. — *teneas*, VRad. *tineas*, T. — *scamoni*, V. *scamonii*, a. *scamonia*, R. *scammonie*, d.

§ 80. *Radix eius*, om. a. — *pondere duum obolorum*, VRd. *duum obolum*, a. *duum obolorum pondere*, $\beta\gamma$. — *praegustatu*, a. — *denda*, R. — *cervicibus*, Rdr.

56. Femur bubulum appellatur herba nervis et ipsis utilis 81
recens in aceto ac sale trita.

57. Galeopsis aut, ut alii, galeobdolon vel galion caulem et folia habet urticae leviora et quae gravem odorem trita reddant, flore purpureo; nascitur circa saepes ac semitas ubique. Folia caulesque duritias et carcinomata sanant ex aceto trita et inposita, item strumas; panos, parotidas discutiunt. Ex usu est et decoctae suco fovere; putrescentia quoque et gangraenas sanat cum sale.

58. Glaux antiquitus eugalacton vocabatur, cytiso et len- 82
ticulae foliis similis; aversa candidiora. Rami in terram serpunt quini seni admodum tenues a radice; flosculi purpurei exeunt. Invenitur iuxta mare; coquitur in sorbitione similaginis ad excitandam ubertatem lactis; eam quae hauserint balineis uti convenit.

X. 59. Glaucion in Syria et Parthia nascitur, humilis 83
herba densis foliis fere papaveris, minoribus tamen sordidioribusque, odoris taetri, gustus amari cum adstrictione. Granum habet crocei coloris; hoc in olla fictili luto circumlitum in clibanis calfaciunt, deinde exempto sucum exprimunt eiusdem nominis. Usus et suci et foliorum si terantur adversus epiphoras quae universo inpetu cadant; hinc temperatur collyrium quod medici diaglaucia vocant. Lactis quo-

in cervicibus, V a β. — *cimices*, T. — *necant*, d. *necat*, V R a. — *subter*, R^1. *subterni*, R^2. — *utile est*, V R^2 a. *utile*, R^1. *utiles*, T d. — *Macedonica*, R a d. *Macedonia*, θ V T. — *Casiopica*, R.

§ 81. *Femor*, V. — *Galeopsis*, Barbar. *Galempsis*, d. *Calepsis*, V R a. Ceterum v. Dioscor. 4, 93. — *ut*, omitt. V R. — *galeobdolon*, codd. Barbari. *galeo obdolono*, a. *galleo obdolono*, R^2: *galleobdo lono*, V^2. *galle obdo*, $V^1 R^1$ d. — *vel*, R d. *vei*, V a. — *galion*, R^2 a. *gallion*, V R^1 d. — *sanant*, R. Omitt. V a d. — *parotidas*, V a d. *et parotidas*, R $\beta\gamma$. — *decoctae*, θ V R a d. *decocto*, β. — *et succo*, K. — *gangrenas*, a.

§ 82. *Glaux*, codd. Barbari coll. Dioscor. 4, 139. *Glaus*, V R a^2 d. *Glans*, a^1. — *eugalacton*, V d (codd. Barbari). *ergalacton*, R a. — *vocatur*, a. — *cotyso*, V R^1. — *seni*, R a d. *semi*, V. *senive*, $\beta\gamma$. Ita legitur *duos tres* 26, 72. — *tenues*, a d. *tenuis*, R. *dumtenuis*, V. — *a*, V R. *ab*, d $\beta\gamma$. Om. a. — *quae*, K. *qui*, V R a d $\beta\gamma$. — *balineis*, R. *balinei*, V. *balneis*, a d. — *convenit*; huic verbo subiicit verba *lactis quoque* — *ex aqua* § 83. Dalec. ex Dioscoride.

§ 83. *Glaucio*, a. Ceterum v. Dioscor. 3, 90. — *gustu sanari*, V. — *adstrictionemagranum*, a. — *crocei coloris*, d. *crocii coloris*, a. *ecrociculoris*, V. *egroci coloris*, R^1. *croci coloris*, R^2. — *calfaciunt*, R a. *calefaciunt*, V d $\beta\gamma$. — *sucum et exprimunt*, V. — *Usus et*, R a. *Usus est*, V. *usus est et*, d $\beta\gamma$. — *universo*, V R a d. *universae uno*, $\beta\gamma$. — *cadant*, θ V R a. *cadunt*, d $\beta\gamma$. — *temperabantur*, R^1. — *diaglaucia*, V R a d. *diaglaucion*, $\beta\gamma$.

que ubertas intermissa restituitur; sumitur huius rei causa
ex aqua.
60. Glycyside quam aliqui paeoniam aut pentorobon vo- 84
cant caulem habet duum cubitorum, comitantibus duobus aut
tribus, subrutilum, cute lauri, folia qualia isatis, pinguiora
rotundioraque et minora, semen in siliquis, aliud grano ru-
bente, aliud nigro; duo enim genera sunt. Femina existu-
matur cuius radicibus ceu balani longiores circiter octo aut
sex adhaerent; mas pluris habet, quoniam non una radice 85
nixus est palmi altitudine candidaque; gustu adstringit. Fe-
minae folia murram redolent et densiora sunt. Nascuntur in
silvis; tradunt nocte effodiendas, quoniam interdiu periculo-
sum sit pico Martio inpetum in oculos faciente, radix vero
cum effodiatur, periculum esse ne sedes procidat; magna va-
nitate ad ostentationem rei fictum arbitror. Usus in his di- 86
versus; rubra grana rubentis menses sistunt xv fere pota in
vino nigro; nigra grana volvis medentur ex passo aut vino
totidem pota. Radix omnis ventris dolores sedat in vino al-
vomque purgat, sanat opisthotonum, morbum regium, renis,
vesicam, arteriam autem et stomachum decocta in vino, al-
vomque sistit; estur etiam a iumentis; sed in medendo quat-
tuor drachmae satis sunt. Grana nigra auxiliantur et sup- 87
pressionibus nocturnis in vino pota quo dictum est numero,
stomachicis vero et rosionibus et esse ea et inlinere prodest.

huius, θVRTd. *eius*, aβγ.

§ 84. *pentorobon*, R^{2}a. *pentoboron*, VR^{1}d. Ceterum v. Dioscor. 3, 147. — *cubitorum*, R^{2}a (codd. Gel.) *palmorum*, θVR^{1}Td (codd. Barbari). — *issatis*, VRad uti Pseudo-Appuleius 20, 59. *nucis*, K. — *pigriora*, VR^1. — *enim*, θVd. *autem*, Raβγ. — *ceu*, Dalec. VRTad. *seu*, β. — *balanis*, a.

§ 85. *mas non plures habet*, *quoniam una*, Dalec. — *palmis*, VR^1. — *gustu*, VRTad. *ea gustu*, β. — *folię*, R. — *nocte*, θVRad. *noctu*, βγ. — *interdiu periculosum sit*; haec verba post *faciente* collocant βγ; nos secuti VRTad suum iis locum reddidimus. Ceterum haec sunt sumpta ex Theophr. hist. plant. IX. 8, 6. — *ne sedes*, d. *ne sedis*, VR^{2}a. *dis*, R^1. — *procidant*, a. — *magna*, VRad. *Magna id*, βγ.

§ 86. *rubra*, VRTad. *rubra enim*, βγ. — *rubentis*, VR^{2}a. *rudentis*, R^1. *rubentes*, Tdγ. — *meses*, a. — *XII*, Pint. — *vulvis*, Rd. *bulvis*, a. *vulcis*, θV. *vulsis*, Dalec. At v. Dioscor. — *omnes ventris* — *alvumque purgat*, om. K. — *morbum renium renes*, a. — *arteriam*, Td (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 3, 142.) *ateriam*, V. *ateria*, R. *materiam*, a. *matricem*, β. — *sestur*, V. — *a iumentis*, Td. *alumentis*, θV. *malum mentis*, R. *cum alimentis*, Murbac. *contra malum mentis*, aβγ.

§ 87. *oppressionibus*, K. — *quod*, d. — *dictum est* § 86. — *stomachicis*, Pint. d. *stomacicis*, V. *stomaticis*, θR^{1}T. *stomachi*, R^{2}aβγ. *stomacho*, K. — *et rosio-*

Suppurationes quoque discutiuntur, recentes nigro semine, veteres rubro; utrumque auxiliatur a serpente percussis et pueris contra calculos incipiente stranguria.

61. Gnaphalium aliqui chamaezelon vocant, cuius foliis al- 88
bis mollibusque pro tomento utuntur; sane et similia sunt. Datur in vino austero ad dysinteriam, ventris solutiones mensesque mulierum sistit, infunditur autem tenesmo; inlinitur et putrescentibus ulcerum.

62. Gallidragam vocat Xenocrates leucacantho similem, 89
palustrem et spinosam, caule ferulacio, alto, cui summo capite inhaereat simile ovo; in hoc crescente aestate vermiculos nasci tradit, quos pyxide conditos adalligari cum pane bracchio ab ea parte qua dens doleat mireque illico dolorem tolli; valere non diutius anno et ita si terram non attigerint.

63. Holcus in saxis nascitur siccis; aristas habet in cacu- 90
mine, tenui culmo, quale hordeum restibile. Haec circa caput adligata vel circa lacertum educit e corpore aristas; quidam ob id aristida vocant.

64. Hyoseris intubo similis sed minor et tactu asperior volneribus contunsa praeclare medetur.

65. Holosteon sine duritia est, herba ex adverso appellata 91
a Graecis sicut fel dulce, tenuis usque in capillamenti speciem, longitudine quattuor digitorum ceu gramen, foliis angustis, adstringens gustu; nascitur in collibus terrenis. Usus

nibus, θVRTKad. *erosionibus*, βγ. — *ea et*, R. *eam et*, Vd. *eam etiam et*, a. *etiam ea et*, r. — *inlinere*, VRad. *illinire*, βγ. — *recentis*, VRa. — *semine*, VRd. *semine rubentes*, a. — *percusis*, V. — *strangiria*, V.

§ 88. *Gnaphalium*, V. *Gnaphallium*, Rd. *Agnaphalium*, a. *Gnaphalion*, codd. Barbari, βγ. Ceterum v. Dioscor. 3, 120. — *aliqui*, VRT. *alii*, adβγ. — *tormento*, β. — *sane ei similia*, K. — *solutionis*, Ra. — *mesesque*, a.

§ 89. *Gallidragam*, θVRTad. *Galedragon*, β. — *Xenocrates*, R^{2}a. *nec Socrates*, VR^{1}. *ne Socrates*, d^{1}. *Socrates*, d^{2}. — *leucacanthae*, K. — *palustre*, a. — *caulem*, V. — *inhereat*, VRa. *inhaeret*, dβγ. — *crescente aestate*, R^{2}. *crescente aestate ante*, V. *crescens aestate*, a. *arescente aestate*, R^{1}Td. *crescente aetate*, β. — *vermiculo*, a. — *tradit*, θVTad. *tradunt*, Rβγ. — *puxide*, VRa. — *adalligari*, Ra. *adalligare*, VTd. — *panno*, K. — *ab ea parte*, Vd. *habea parte*, R. *ab illa parte*, T. *ad ea parte*, a. *ad eam partem*, βγ. — *ilico*, Va. — *colorem*, a. — *tolli*, VR^{2}a. *tollit*, R^{1}Td. — *anno*, R^{2}ad. *et anno*, VR^{1}. — *attigerint*, K. *attigerit*, VRadβγ.

§ 90. *saxasis*, R^{1}. — *tenui*, θVRTd. *tenue*, a. *tenues*, β. — *hanc quidam*, Dalec. — *ob id*, Rd. Omitt. Va. — *aristida*, a. *aristidam*, VRdβγ. — *Hyoseris*, Ra in indice libri primi. *Hyosoris*, R^{2}a. *Hysoris*, VR^{1}d. *Hyosiris*, β. — *et tactu*, Rd. *ei tactu*, V. *e tactu*, a.

§ 91. *Holotheon*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 11. — *specie*, a. — *adstregens*, R^{1}.

eius ad volsa, rupta in vino potae; volnera quoque conglutinat; nam et carnes coguntur addita.

66. Hippophaeston nascitur in spinis ex quibus fiunt aenae 92
fulloniae, sine cauliculo, sine flore, capitulis tantum inanibus et foliis parvis multis, herbacei coloris, radiculas habens albas, mollis. Sucus earum exprimitur aestate ad solvendam alvom tribus obolis, maxume in comitialibus morbis et tremulis, hydropicis, contra vertigines, orthopnoeas, paralysis incipientis.

XI. 67. Hypoglossa folia habet figura silvestris myrti, con- 93
cava, spinosa et in his ceu linguas, folio parvo exeunte de foliis; capitis dolores corona ex his inposita minuit.

68. Hypecoon in segetibus nascitur foliis rutae; natura eius eadem quae papaveris suco.

69. Idaeae herbae folia sunt quae oxymyrsines; adhaerent iis velut pampini, in quibus flos. Ipsa alvom mensesque et omnem abundantiam sanguinis sistit, spissandi cohibendique naturam habet.

70. Isopyron aliqui phasiolon vocant, quoniam folium quod 94
est aneso simile in phasioli pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthi, contra

vulsa, VRad. *convulsa*, $\beta\gamma$. — *potae*, K. *pota*, VRad$\beta\gamma$. — *vulnera*, R^2a. *et vulnera*, θVR^1Td. — *concoquuntur*, Td. *cum eo contur*, θV. *dum coquuntur*, ar. *cū cocuntur*, R^1. *tum cocuntur*, R^2. *cum coquuntur*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 9.

§ 92. *Hippophaeston*, Barbar. Vd. *Hippopeston*, R. *Hypopeston*, a. *Hypophaeston*, altera Barbari coniectura. Ceterum v. Dioscor. 4, 160. — *hispiria* aut *hispinia*, codd. Salmas. exerc. p. 287. b. G. *spinis quibus utuntur*, K. — *aenae*, ita nos scripsimus coll. ad 24, 111. *enae*, V. *ene*, R. *aeneae*, ad$\beta\gamma$. *evae*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 142. *aeaenae*, K^1. *cortinae*, K^2. Multa in his vv. mutat Dalec. — *habens*, omitt. VRad. — *hydropicis et contra*, Dalec.

§ 93. *Hypoglossa*, VRd (codd. Gel.) *Hyppoglosa*, a. *Hypoglosson*, K ex Dioscor. 4, 130. — *folia*, om. d. — *folio*, Rad. *filio*, V. — *dolores*, R^2Td. *doloris*, VR^1. *dolore*, a. *dolorem*, β. — *Hypecoon*, Dioscor. 4, 68. *Hypegon*, VR^1d. *Hysecon*, R^2. *Specon*, a. — *Idaeae*, Rd. *Ideae*, Vaβ. Ceterum v. Dioscor. 4, 44. — *oxymysine*, a. — *adhaerent his velut pampini*, Barbar. *adherentis velut panpini*, a. *adherentes velut pampini*, Vd. *adherenti velut pampini*, R^2. *adni*, R^1. Nos ex certis codd. vestigiis *iis* pro *his* scripsimus. — *flos. Ipsa*, θVR^1Td. *flos remque ipsī*, R^2. *floremque ipsum*, a. *flos ipse*, r. *flos*, β. — *mesesque*, a. *messesque*, R. — *habet*, omitt. VRad.

§ 94. *Isopyron*, Barbar. *Ysophyron*, VR. *Ysophiron*, d. *Hysophyron*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 119. — *phasiolon*, Pint. *phasiolum*, codd. Barbari. *phaselion*, VR^2Tadβ. *phaseleon*, R^1. — *aneso*, VRad. *aniso*, codd. Barbari, β. — *in*, VR^1d. Omitt. R^2a. — *phasioli*, codd. Barbari. *phaseoli*, Murbac. ap. Cornar.

tussim et cetera pectoris vitia cum melle aut aqua mulsa, item iocineri utilissima.

71. Lathyris folia habet multa lactucae similia, tenuiora 95
germina multa, in quibus semen tuniculis continetur ut capparis, quae cum inaruere, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, dulcia, facilia purgatu; haec vicena in aqua pura aut mulsa pota hydropicos sanant; trahunt et bilem. Qui vehementius purgari volunt cum folliculis ipsis sumunt ea; nam stomachum laedunt; itaque inventum est ut cum pisce aut iure gallinacei sumerentur.

72. Leontopetalon alii pardalion vocant, folio brassicae, 96
caule semipedali; alae plures, semen in cacumine, in siliquis, ciceris modo, radix rapo similis, grandis, nigra; nascitur in arvis. Radix adversatur omnium serpentium generibus ex vino pota, nec alia res celerius proficit; datur et ischiadicis.

73. Lycapsos longioribus quam lactuca est foliis crassiori- 97
busque, caule longo, hirsuto, adgnatis multis cubitalibus, flore parvo purpureo; nascitur in campestribus. Inlinitur cum farina hordeacia igni sacro; sudores in febribus movet suco aquae caldae admixto.

74. Inter omnis herbas lithospermo nihil est mirabilius; 98

ad Dioscor. 4, 104. *passeoli*, θV. *passo oli*, R[1]d. *passo oly*, T. Omitt. R[2]aβγ. Add. Schneid. ad Caton. de re rust. 33. p. 91. — *panpinos*, a. *pampilos*, R. — *summa*, R. — *caule*, Barbar. ex Dioscoride: ἐπ' ἄχρου τοῦ χαυλοῦ. *capite*, VRad. — *semina*, R[1]. — *malanthi*, R. *melantia*, a. — *cum*, θVR[1]Td. *et*, R[2]a. *ex*, βγ. — *utilissima*, d. *utilissimo*, VRa.

§ 95. *ut*, VRd. *et*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 164. — *caparis*, R. — *dulci*, VR[1]. — *vicena*, R (codd. Barbari). *vicina*, Vd. *vitina*, a. — *trahunt*, R[2]d. *traunt*, a. *tradunt*, VR[1]. — *eum*, V. — *ipsis*, VRTad. *ipsi*, β. — *ea; nam*, R. *eam*, Vad[2]. Om. d[1]. — *est*, om. d. — *iure*, VRd. *iutae*, a.

§ 96. *Leontopetalonto*, R[1]. Ceterum v. Dioscor. 3, 100. — *pardalion*, Pint. ex Dioscoride, qui inter varia huius herbae nomina παρδάλη habet. *prapadion*, θVTd. *prapandion*, R. *rapadion*, a. *raphodion*, r. *rhapeion*, codd. Barbari, βγ. *raphanidion*, Ian. in nuntt. litter. Monac. 1839. no. 207. p. 623. — *alae plures*, ita nos scripsimus. *a; lenures*, a. *alenure*, V. *alae nure*, R. *alerune*, d. *alae multae*, codd. Barbari, βγ. — *semen in cacumine*, a (codd. Barbari). *semine acumine*, VR. *semine cacumine*, d. — *rapo*, R[2]. *rapa*, a. *napo*, θVR[1]d. — *generibus*, VRad. *ictibus*, K.

§ 97. *Lycapsos*, VRTd. *Lichapsos*, a. *Lycopsis*, Barbar. β. Ceterum v. Dioscor. 4, 26. — *lactucae est*, V. *lactuce*, Rad. — *caulem longum*, VRad. — *hirsutis*, VRad. — *adgnatis*, VRad. *adnatis*, codd. Barbari, βγ. — *cubitalibus*, VRd (codd. Barbari). *capitalibus*, a. — *farine*, R. — *hordeaceae*, V. — *sudores*, θVTad. *sudoris*, R. *sudorem*, β. — *caldae*, θV. *calidae*, Rdβγ. *et calide*, a.

aliqui exonychon vocant, alii diospyron, alii Heracleos. Herba
quincuncialis fere foliis duplo maioribus quam rutae, ramulis
surculosis, crassitudine iunci, gerit iuxta folia singulas veluti
barbulas et in earum cacuminibus lapillos candore et rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea; ipsi qua pediculis adhaereant cavernulas habent et
intus semen. Nascitur et in Italia sed laudatissimum in 99
Creta, nec quicquam inter herbas maiore equidem miraculo
adspexi; tantus est decor velut artificum arte alternis inter
folia candicantibus margaritis, tam exquisita difficultas lapidis
ex herba nascentis. Iacere atque humi serpere auctores tradunt, ego volsam, non haerentem vidi. His lapillis drachmae
pondere potis in vino albo calculos frangi pellique constat
et stranguriam discuti; neque in alia herbarum fides est visu
statim ad quam medicinam nata sit, est autem eius species
ut etiam sine auctore visu statim nosci possit.

75. Lapis volgaris iuxta flumina fert muscum siccum, ca- 100
num. Hic fricatur altero lapide addita hominis saliva; illo
lapide tangitur inpetigo; qui tangit dicit:

φεύγετε κανθαρίδες, λύκος ἄγριος αἷμα διώκει.

76. Limeum herba appellatur a Gallis, qua sagittas in ve- 101
natu tingunt medicamento quod venenum cervarium vocant;

§ 98. *exonychon*, ita nos scripsimus ex Dioscor. 3, 148. *exconychon*, V T d. *exconscon*, R^{1}. *exontycon*, R^{2}a (codd. Salmas. de hyle p. 9. a. G.) *exonticon*, θ r^{12}. *aegonychon*, Barbar. βγ. — *diospyron*, a. *diosphyron*, R. *diosphiron*, V d. *diosporon*, Salmas. At vulgatam tuentur optimi codd. Dioscoridis. — *Heracleos*, d (codd. Gel.) *Heracleus*, V R a. — *quincuncialis*, R d. *quincuncalis*, a. *quinuncialis*, V. *quinque caulibus*, r. — *duplo*, a. *duplum*, V R d. — *grassitudine*, a. — *iunci*, V^{2}R^{2}a d. *iungi*, V^{1}R^{1}. — *gerit*, R^{2}a. *cenit*, V. *cinit*, R^{1}. *gignit*, d. — *barbulis*, R^{1}. — *in earum*, R a. *in eorum*, V. *earum in*, d βγ. — *lapillo*, d. — *vero*, V^{2}a d. *vere*, V^{1}R. — *ipse*, d^{2}. — *que*, d. — *adhaerent*, Dalec.

§ 99. *equidem*, T d. *et quidem*, V R. *quidem*, a βγ. — *aspexit*, a. — *artificum*, V R d. *aurificum*, a βγ. *aurum emicans*, r. *auro emicante et alternis*, Dalec. — *arte*, d. *alte*, V R. *ante*, a. — *margaretis*, V R. — *His*, V R a. *Iis*, d βγ. — *et*, V a d. *ad*, R. — *granguriam*, a. *ganguriam*, R. — *discutit*, R^{2}. *dicutit*, R^{1}. — *visu*, V R T d. *visus*, Barbar. β. *usus*, a r. — *statim ad quamcunque medicinam*, Barbar. r. — *natā*, V a. — *est autem eius species*, Barbar. *autem eius species*, V R a. *ut eius species*, T d γ. *est enim eiusmodi*, K. — *ut etiam*, V R^{2}a. *etiam*, R^{1}T d γ. — *auctore*, R^{2}T a d. *aceto re*, V R^{1}. — *nasci*, V^{1}R^{1}.

§ 100. *fruticator*, V R. — *illo tangitur*, T. — *φεύγετε* — *ἄγριος*, litteris Latinis reddunt V R a d. — *αἷμα διώκει*, Dalec. *haemadioci*, K. *hemadioci*, θ V R a d. *ὕμμε διώκει*, βγ. *ὔμμε διώκει*, Meineke exercitt. in Athen. 2, 6. Fortasse aliquis coniiciat *ἀμὲ διώκει*; tamen ut in re prorsus dubia recepi illud, quod in

ex hac in tris modios salivati additur quantum in unam sagittam addi solet; ita offa demittitur boum faucibus in morbis; adligari postea ad praesepia oportet, donec purgentur, — insanire enim solent, — si sudor insequitur, aqua frigida perfundi.

77. Leuce Mercuriali similis nomen ex causa accepit per 102
medium folium candida linia transcurrente, quare mesoleucon quidam vocant. Sucus eius fistulas sanat, ipsa contrita carcinomata. Fortassis eadem sit quae leucas appellatur, contra marina omnia venena efficax. Speciem eius auctores non tradunt nec aliud quam silvestrem latioribus foliis esse efficaciorem, hanc semine acriorem.

78. Leucographis qualis esset scriptum non reperi, quod 103
eo magis miror, quoniam utilis proditur sanguinem exscreantibus tribus obolis cum croco, item coeliacis trita ex aqua et adposita, profluvio feminarum, oculorum quoque medicamentis et explendis ulceribus quae fiant in teneris partibus.

XII. 79. Medion folia habet seridis sativae, caulem tri- 104
pedalem et in eo florem grandem, purpureum, rotundum, semine minuto, radicem semipedalem; in saxis opacis nascitur. Radix drachmis duabus cum melle menses feminarum sistit, ecligmate per aliquot dies sumpto; semen quoque in vino contra abundantiam feminarum datur.

omnium codd. scriptura clarissime inesse videtur, sensum, qui in talibus cantilenis popularibus saepe nullus est, non curans.

§ 101. *Limeum*, Rd. *Lymeum*, V. *Limaeum*, a. De veritate vulgatae scripturae dubitat Gesner. hist. anim. 1, 342.; at v. Schneider. ad Nicandr. alex. p. 153. — *sagittas in venatu*, R. *sagittas in venenatu*, a. *sagittas in urna*, V (littera *e* post ultimam vocem erasa). *sagitta sinus natu*, d. — *ex hac*, R[2]a. *ex hanc*, V. *ex ant*, R[1]. *et hanc*, d. — *salivati*, om. r. — *quantum*, VRd. *tamquam*, a. — *unam sagittam*, θVRTd. *una sagitta*, aβ. — *sudor hac*, Td.

§ 102. *Mercurialis*, VRad. — *medios soliis*, d. — *mesoleucon*, R[2]. *mesoleuton*, a. *mesopoleuc on*, VR[1]. *mesopoleucton*, T. *mesopeleusten*, θ. *mespoleucton*, d. — *marina omnia*, VRad. *omnia marina*, βγ. — *Speciem eius*; haec de leucade tradit Dioscor. 3, 103. — *acriorem*, d. *acriore*, VRTKa.

§ 103. *coelicis*, VR[1]. — *excreantibus*, a. — *ex aqua*, omitt. a (codd. Salmas. exerc. p. 97. a. F.) — *quae fiant in teneris*, a. *quae fiunt in teneris*, dβγ. *fiant in teneris*, R[2]. Omitt. VR[1]. — *partibus*, VRad. *partibus corporis*, βγ.

§ 104. *Medio*, VR[1]. — *seridis*, Barbar. ex Dioscor. 4, 18. *hiridis*, a. *iridis*, VRdβγ. — *caulem*, a. *qualem*, R. *equalem*, Vd. — *minuto*, Vd. *minuta*, R. *nuto*, a (codd. Salmas. exerc. p. 173. b. B.) *cneci*, Salmas. — *meses*, a. — *eligmate*, VRa. — *aliquod*, Va. — *contra*, Vd. *contrita*, a. *tritum contra*, βγ. De R non liquet.

80. Myosota sive myosotis levis herba caulibus pluribus 105 ab una radice, aliquatenus rubentibus, concavis, ab imo foliis angustis, oblongis dorso acuto, nigris, per intervalla adsidue geminatis, tenuibus cauliculis ex alis prodeuntibus, flore caeruleo; radix digitali crassitudine multis capillamentis fimbriata. Vis ei septica et exulceratrix ideoque aegilopas sanat. Tradunt Aegyptii, mensis quem Thoti vocant die XXVIII. fere in Augustum mensem incurrente si quis huius herbae suco inunguatur mane priusquam loquatur, non lippiturum eo anno.

81. Myagros herba ferulacia est foliis similis rubiae, tri- 106 pedanea; semen oleosum, quod et fit ex eo. Medetur oris ulceribus perunctis hoc suco.

82. Herba quae vocatur nyma, tribus foliis longis intubaceis, inlita cicatrices ad colorem reducit.

83. Natrix vocatur herba cuius radix evolsa virus hirci 107 redolet. Hac in Piceno feminis abigunt quos mira persuasione fatuos vocant, ego species lymphantium hoc modo animorum esse crediderim, quae tali medicamento iuventur.

84. Odontitis inter feni genera est, cauliculis densis ab 108 eadem radice, geniculatis, triangulis, nigris; in geniculis folia parva habet, longiora tamen quam polygonon, semen in alis hordeo simile, florem purpureum, pusillum; nascitur in pratis.

§ 105. *myosutis*, V. Ceterum v. Dioscor. 2, 214. — *tenuibus*, a. *et tenuibus*, θVRTd; at v. Dioscor. — *germinatis*, a. — *aliis*, V²a. — *grossitudine*, a. — *fimbriata*, θVRTad. *fibrata*, β. — *septica*, VRd (codd. Gel.) *septice*, a. *stiptica*, K. — *et*, om. a. — *menses*, VR¹. — *Thoti*, VRTd. *toti*, θ. *tyatim*, a. *Thiatin*, β. — *XXVIII.*, VRad. *vigesima octava*, T. *XXXVIII.*, θ. *XXVII.*, β. — *Augustum mensem*, Vd (codd. Gel.) *Augusto mensem*, R. *angusto mense*, a.

lcera ē

§ 106. *ferrucacea*, Vd. *ferrutatio*, R. *fert ulcera*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 115. — *tripedania*, R²a. *tripedanee*, R¹. — *quod et fit ex eo*, VRad. *Fit et oleum ex eo*, K. — *perunctis*, Vd. *perunctus*, a. *perhunctus*, R². *perauctus*, R¹. — *nyma*, θVRTd. *nygma*, a. *nigina*, β. — *pluribus*, K. — *inlicita*, VR¹. — *ad colorem*, VRd. *addorem*, a.

§ 107. *vulsa*, d. — *viros*, V. — *ac*, a. — *feminis*, Vad. *a feminis*, Rβγ. — *lymphantium*, Rd (codd. Gel.) *lypantium*, V. *lymphaticum*, a. — *crediderim*, VRd (codd. Gel.) *credimus*, a. — *quae*, V. *que*, ad. *qui*, Rβγ. — *invenitur*, a.

§ 108. *ab eadem*, VR¹d. *adversus*, R²a. — *radicem*, a. — *in*, om. a. — *polygonum*, ad. — *in alis*, Rd. *malis*, V. *in aliis*, a. — *caulicorum*, a. — *ut*, R²a. Omitt. VR¹d.

§ 109. *Othonna*, θVRTKd. *Othona*, a. *Othonne*, β. Ceterum v. Dioscor. 2, 213. — *cribro*, Pint. — *croci*, Dioscor. *cocci*, θVRd. *cocti*, a. — *quam*, d.

Decoctum cauliculorum eius in vino austero quantum manus capiat dentium dolori medetur ita ut contineatur ore.

85. Othonna in Syria nascitur, similis erucae, perforatis 109
crebro foliis, flore croci, quare quidam anemonen vocaverunt. Sucus eius oculorum medicamentis convenit; mordet enim leniter et calfacit adstringitque siccando; purgat cicatrices et nubeculas et quidquid obstet. Quidam tradunt lavari atque ita siccatam digeri in pastillos.

86. Onosma longa folia habet fere ad IIII digitos, in terra 110
iacentia, ad similitudinem anchusae incisa, sine caule, sine flore, sine semine. Praegnans si edat eam aut supergradiatur abortum facere dicitur.

87. Onopradon cum ederunt asini crepitus reddere dicuntur; trahit urinas et menses, alvom sistit, suppurationes et collectiones discutit.

88. Osyris ramulos fert nigros, tenuis, lentos et in his 111
folia nigra ceu lini semenque in ramulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens. Smegmata mulieribus faciunt ex his. Radicum decoctum potum sanat arquatos; eaedem priusquam maturescat semen concisae et sole siccatae alvom sistunt, post maturitatem vero collectae et in sorbitione decoctae rheumatismis ventris medentur et per se tritae ex aqua caelesti bibuntur.

89. Oxys folia terna habet; datur ad stomachum dissolu- 112
tum; edunt et qui enterocelen habent.

— *anemonem*, V. *anemones*, a. — *convenit*, om. a. — *leniter*, θVRTad. *leviter*, β. — *calfacit*, θVR. *calefacit*, Ta. *excalfacit*, dβγ. — *obstet*, VRTa. *obstat*, dβγ. *oculis obstat*, K.

§ 110. *Onosma*, Dioscor. 3, 137. *Onoma*, VRad. — *quatuor*, Pint. *tres*, VRadβγ. — *iacentia*, Pint. *iacentia tria*, VRadβγ. — *incisis*, Vad. *incissis*, a. — *sine flore sine caule*, d. — *edat*, V. *edit*, θRd. *aedit*, a. — *supergradiatur*, VRd. *supergrediatur*, a. — *Onopradon*, θVRTd. *Odopradon*, a. *Onopordon*, βγ. — *cum ederunt*, d. *comederunt*, Ra. *si comederunt*, V. *si comederint*, βγ. — *trahitur in has*, a.

§ 111. *Osyris*, Dioscor. 4, 141. *Ospris*, θVRad. — *in his*, Ra. *his*, θV. *in iis*, dβγ. — *seminisque*, a. — *ramolis*, V. — *mutato colore*, d. — *Smegmata*, R^2d. *Smagmata*, V^2. *Sine egmata*, a. *Megmata*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 124. *Magmata*, V^1R^1. Idem coniecit Cornarius *χορήματα* interpretans. — *Radicium*, a. — *potum*, Rd. *potu*, VTa. — *quatos*, R^1. — *eaedem*, d. *eadem*, VRa. — *ina//rescat*, V. — *sistitunt*, a. — *et in*, VRa. *et*, d. — *rheumatismi*, VR^1. — *et per se*, VRd. *expresse*, a.

§ 112. *Oxis*, a. — *entheroglen*, a.

90. Polyanthemum quam quidam batrachion appellant caustica vi exulcerat cicatrices et ad colorem reducit, eademque vitiligines concorporat.

91. Polygonum Graeci vocant quam nos sanguinariam; 113
non attollitur a terra, foliis rutae, similis gramini; sucus
eius infusus naribus supprimit sanguinem et potus cum vino
cuiuslibet partis profluvium exscreationesque cruentas inhibet.
Qui plura genera polygoni faciunt hanc marem intellegi volunt appellarique a multitudine seminis aut densitate fruticis,
alii polygonaton a frequentia geniculorum, alii teuthalida, alii
carcinethron, alii clema, multi myrtopetalum. Nec non in- 114
veniuntur qui hanc feminam esse dicant, marem autem maiorem minusque nigram et geniculis densiorem, semine sub
omnibus foliis turgescentem. Quocumque haec modo se habent, vis earum est spissare ac refrigerare; semine alvom
solvont, largius sumpto urinam cient, rheumatismos cohibent;
qui si non fuere, non prosunt. Stomachi fervori folia inponuntur, vesicae dolori inlinuntur et ignibus sacris. Sucus et 115
auribus purulentis instillatur et oculorum dolori per se; datatur et in febribus ante accessiones duobus cyathis in tertianis quartanisque praecipue, item cholericis, dysintericis et
in solutione stomachi. Tertium genus orion vocant in montibus nascens, harundini tenerae simile, uno caule, densis
geniculis et in se infarctis, foliis autem piceae, radicis su-

Polysantemum, a. — *bathrachion*, a. *bathracion*, V. *bathration*, R. — *exulcera in*, R. — *colorem*, om. a. — *reducem*, a.

§ 113. *Polygonum*, VRad. *Polygonon*, *βγ*. Ceterum v. Dioscor. 4, 4. 5. — *anguinariam*, V. — *puthae*, R^{1}. — *similis*, VRTKd. *semine*, a (codd. Gel.) *βγ*. — *gramini*, TK. *gramine*, R^{1}d. *graminis*, VR^{2}a (codd. Gel.) *βγ*. *χλῶνας ἔχουσα λεπτοὺς — ἕρποντας ἐπὶ τῆς γῆς ὥσπερ ἄγρωστις*, Dioscor. — *supprimi*, V. — *excretionesque*, *β*. — *cretas*, VR^{1}. — *Qua*, V. — *faciant*, R^{1}. — *appellarique*, VRd. *ap*, a, in quo libro exciderunt omnia usque ad § 124. nulla addita nota. — *fruticis*, VRd (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 4.) *fruticis calligonon*, *βγ*. At neque in indice libri primi neque apud Dioscoridem invenitur hoc cognomen. — *alii*, R. *ali*, V. *calli*, d. — *polygonaton*, Dioscor. *pogonon*, VRd. — *teuthalida*, Dioscor. *athalida*, codd. Barbari. *alattada*, R^{1}. *halattada*, VR^{2}. *balattada*, d. — *carcinethron*, Pint. *carcinothron*, *θ*VRKd (codd. Barbari). — *myrtopetalum*, Rd. *myrti petalum*, V. *myrtopetalon*, *βγ*.

§ 114. *dicant*, VRd. *dicunt*, *βγ*. — *maiorem*, VRd. *minorem*, K. — *semine*, Rd. *femine*, V. — *turgescente*, Dalec. — *se*, om. R. — *habent*, VR. *habeant*, d*βγ*. — *semine*, VRd. *semina*, *βγ*. — *sumpto*, Vd. *sumpta*, R*βγ*. — *fuere*, d. *fere*, VR. — *fervore*, VR. — *dolore*, R.

§ 115. *et auribus*, VR^{2}d. *auribus*, R^{1}. — *datatur*, ita nos scripsimus. *dabatur*, VRd*βγ*. *datur*, K. — *quartanisque*, *θ*VRTd. *quartanisve*, *β*. — *orion*,

pervacuae, inefficacius quam superiora, peculiare ischiadicis. Quartum genus silvestre appellatur, paene arboris modo fru- 116
tex radice lignosa, stirpe cedri rubicunda, ramis sparti binum palmorum, nigris geniculorum ternis quaternisve articulis. Huic quoque spissandi natura, sapor mali cotonei; decoquitur in aqua ad tertias aut aridi farina inspargitur et oris ulceribus et attritis partibus; propter gingivarum vero vitia ipsa conmanducatur. Nomas sistit omniaque quae ser- 117
punt aut difficilem cicatricem habent, privatim vero sanat a nive facta ulcera. Herbarii et ad anginas utuntur illa et in capitis dolore coronam ex ea inponunt et contra epiphoras collo circumdant; in tertianis quidem sinistra manu evolsam adalligant, adeo contra profluvia sanguinis, nec ullam magis aridam quam polygonum servant.

92. Pancratium aliqui scillam pusillam appellare malunt, 118
foliis albi lili, longioribus crassioribusque, radice bulbi magni, colore rufo. Alvom solvit suco cum farina ervi sumpto, ulcera purgat; hydropicis, splenicis cum melle datur. Alii decocunt eam donec aqua dulcis fiat eaque effusa radicem terentes digerunt in pastillos sole siccatos et postea utuntur ad capitis ulcera et cetera quae repurganda sint, item ad tussim, quantum tribus digitis adprehenderint in vino dantes, et ad lateris dolores aut peripneumonicis ecligmate. Dant et

θVRd. *oreon*, βγ. *horraeum*, K. — *vocant*, θVRd. *vocatur*, βγ. — *infarctis*, Hard. *infractis*, θVTd. *fractis*, Rβ. *farctis*, Dalec. *γόνατα συνεχῆ ἔχον ἐγκείμενα ἀλλήλοις ὥσπερ σάλπιγγες*, Dioscor. 4, 5. — *piceea*, R. — *radice*, R. — *ischiadis*, VR.

§ 116. *arboris*, Rd. *ardoris*, V. — *modo*, Rd. Om. V. — *frutex*, d. *frutice*, VR. *paene arboris frutice*, Barbar. *paene arido frutice*, Salmas. de hyle p. 49. a. A. — *stirpe ephedri rubic.*, Salmas. — *rubicunda*, R. *rubicundo*, Vdβγ. — *rami*, d. — *sparti*, d. *parti*, VR. — *quaternisve*, V. *quaternisque*, RTd. — *Huic ergo*, Salmas. — *odor*, Salmas. — *malo*, V. — *ad*, Vd. *aut*, R. — *farina inspargitur*, ita nos scripsimus. *farinā spargitur*, R. *farina inspergitur*, Vdβγ. — *ipsa*, VR. Omitt. dβγ.

§ 117. *omnia quaeque*, V. — *sanat a nive*, Vd. *sanative*, R. — *anginas*, VR. *gingivas*, Td. — *quidem*, V. *quidam*, Rdβγ. — *evulsa*, VR. — *adalliganda deo*, R. *adalligant atque adeo*, K. *ut dextra contra profl.*, Pint. — *profluvias*, θR.

§ 118. *Pancratium*, VRd. *Pancration*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 2, 203. — *pussillam*, V. — *appellarire*, R. — *foliis*, d (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 2, 157.) Omitt. VR. — *crassiorib; qua*, R. — *sumpta*, d. — *splenicis*, d. *splendicis*, VR. *splenicisque*, Murbac. γ. *spleneticisque*, β. — *repurganda*, VRd (Murbac.) *purganda*, T. — *sint*, θV. *sit*, R. *sunt*, d (Murbac.) βγ. — *peripleumonicis*, VR. — *ecligmate. Dant et*, Murbac. *ecligma dante*, θd. *eligma dante*, VT. *elligma dante*, R. *in ecligmate*, K. *ecligmate*, β. *ecligmate. Dantur et*, Dalec.

propter ischiada in vino bibendam et propter tormina mensesque ciendos.

93. Peplis quam aliqui sycen, alii meconion, alii mecona aphrode vocant, ex una radice tenui fruticat foliis rutae, paulo latioribus, semine sub foliis rotundo, minore quam candidi papaveris. Inter vitis fere colligitur messibus siccaturque cum fructu suo, subiectis in quae excidat; hoc poto alvos solvitur, bilis ac pituita detrahitur. Media potio est acetabuli mensura in aquae mulsae heminis tribus. Et cibis inspergitur opsoniisque ad molliendam alvom. 119

94. Periclymenos fruticat et ipsa ex intervallo duo folia habens subcandida, mollia, in cacumine autem semen inter folia durum et quod difficile vellatur; nascitur in arvis ac saepibus convolvens se adminiculis quibuscumque. Semen eius in umbra siccatum tunditur et in pastillos digeritur; hi resoluti dantur in vini albi cyathis ternis tricenis diebus ad lienem eumque urina cruentata aut per alvom absumit, quod intellegitur a decumo statim die. Urinam cient et folia decocta quae et orthopnoicis prosunt; partum quoque adiuvant secundasque pellunt pota simili modo. 120

95. Pelecinum in segetibus diximus nasci, fruticosam cauliculis, foliis ciceris; semen in siliquis fert corniculorum modo aduncis ternis quaternisve, quale git novimus, amarum, stomacho utile; additur in antidota. 121

schiada, V. *ichiada*, R. — *bibendam*, VRd. *bibendum*, βγ. *bibendum dant*, K. — *torminanda*, Vd. *torminandam*, R. — *essesque*, R.

§ 119. *Peplis*, θVRT. *Peplos*, β. *Poplis*, d. Ceterum Dioscorides 4, 165. *peplon* dicit a *peplide* 4, 166. distinguens. — *meconion alii mecona aphrode*, VRd. *mecona aphrode*, T (Murbac.) *meconion aphrodes*, β. — *tenui*, VRd. Omitt. K (Murbac.) — *rotunda*, V. — *minore quam candidi papaveris*, Dioscor. *minos candido papaver*, VR. *minus candido quam papaveris*, Kd (Murbac.) — *subiectis*, θVRTKd (Murbac.) *subiectis aquis*, β. — *in quae*, RK (Murbac.) *in qua*, θVTd. *in quas*, β. — *excidat*, K (Murbac.) *excidant*, θVRTd. — *alvum*, V. — *aceto . buli*, R. — *molliendam*, θRd (Murbac.) *moliendam*, Vβ.

§ 120. *Periclymenos*, R. *Periclymenon*, θVd. Ceterum v. Dioscor. 4, 14. — *ex intervallis*, K. — *vellatur*, Barbar. θVR. *evellatur*, dβ. — *cum volvens*, V. — *in umbra*, VRd. *umbra*, γ vitio operarum. — *ternis*, θVd. *tribus*, Rβγ. — *cruentata*, θVRTd. *cruenta*, βγ. — *aut*, d. *alit*, VR. — *decocta*, d. *et decocta*, VR. — *parum*, V. — *simili modo*, d. *similitudo*, VR.

§ 121. *Pelecinum*, d. *Pelecinom*, R. *Pellecinom*, V. Ceterum v. Dioscor. 3, 136. — *diximus* 18, 155. — *git*, VRd. *gith*, βγ. — *utilem*, V. — *antidota*, θVRTd. *antidotis*, β. — *Polygala*, Dioscor. 4, 140. — *palmi*, R. *palmo*, θVd. — *altitudinem*, θRd. *altitudine*, V. — *inplet*, Dalec. *imp . et*, θ. *inpet*, V. *pet*, R

96. Polygala palmi altitudinem inplet, in caule summo foliis lenticulae, gustu adstricto, quae pota lactis abundantiam facit.

97. Poterion aut, ut alii vocant, phrynion vel neuras large 122
fruticat, spinis retorrida, lanugine spissa, foliis parvis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore longo, herbacei coloris, seminis nullius usus sed gustu acuto et odorato; invenitur in aquosis collibus. Radices habet duas 123
aut tris binum cubitorum in altitudine, nervosas, candidas, firmas. Circumfoditur autumno et praeciso frutice dat sucum cummi similem. Radix mira volneribus sanandis traditur praecipueque nervis vel praecisis inlita; decoctum quoque eius cum melle potum dissolutiones nervorum et infirmitates et incisuras iuvat.

98. Phalangitis a quibusdam phalangion vocatur, ab aliis 124
leucanthemum vel, ut in quibusdam exemplaribus invenio, leucacantha. Ramuli sunt ei numquam pauciores duobus, in diversa tendentes, flos candidus, lilio rubro similis, semine nigro, lato ad lenticulae dimidiae figuram, multo tenuiore, radice tenui herbacei coloris. Huius folio vel flore vel semine auxiliantur contra scorpionum phalangiorumque et serpentium ictus, item contra tormina.

99. Phyteuma quale sit describere supervacuum habeo, 125
cum sit usus eius tantum ad amatoria.

petit, d$\beta\gamma$. *palmi altitudine, spicata in caule*, Pint. — *lenticle*, V. *lentigle*, R. — *pota lactis*, Dioscor. *pota letis*, R. *tota laetis*, V. *tota letis*, d.

§ 122. *Poterion aut*, Barbar. *Potyreton aut*, d. *Potiretona*, VR. Ceterum v. Dioscor. 3, 15. — *aut ut*, om. K. — *phrynion*, K (codd. Barbari). *parynion*, VRd. — *neuras*, VRd. *neurada*, K$\beta\gamma$. — *horrida*, K. — *nullius*, K. *nulli*, VRd$\beta\gamma$. At haec forma obsoleta Plinio non concedenda; error ortus est ex omissa ultima syllaba proximam vocem item incipiente.

§ 123. *in*, om. K. — *altitudine*, d. *altitudinem*, θVR. — *candida*, V. — *et praeciso*, VRd. *praeciso*, γ. — *sucum*, V. *sucum radix*, Rd. — *cummi*, ita nos scripsimus. *gummi*, $\beta\gamma$. *gummis*, d. *gummissis*, V. *gumissis*, R. *gummibus*, Gronov. ad 22, 23. — *similem*, d. *simili*, VR.

§ 124. *Phalangitis*, VRd. *Phalangites*, $\beta\gamma$. Ceterum v. Dioscor. 3, 112. — *a quibusdam*, d. *aqua ignidam*, VR. — *leucanthemum*, VRd. *leucanthemon*, $\beta\gamma$. — *velud*, V. — *exemplaribus invenio*, VRd. *venio*, a hic rursus incipiens. *ut apud auctores invenio*, r. — *leuchanta*, d. — *ei numquam*, R²ad. *enim quam*, VR¹. — *tenuiore*, V. *tenuis*, Rad. — *tenui*, VRTd. Omitt. aβ. — *folia*, VR. — *scorpionem*, VR. — *et*, Rad. *ei*, V. — *ictibus*, R. — *torminos*, V.

§ 125. *Phitheuma*, a. *Hyteuma*, V. Ceterum v. Dioscor. 4, 128. — *quale*, θVRTad. *qualis*, β.

100. Phyllon a Graecis vocatur herba in saxosis montibus. Femina magis herbacei coloris, caule tenui, radice parva; semen papaveri rotundo simile; haec sui sexus facit partus, maris autem mas semine tantum differens, quod est incipientis olivae; utrumque bibitur in vino.

101. Phellandrion nascitur in palustribus, folio api; bibi- 126
tur semen eius propter calculos et vesicae incommoda.

102. Phalaris thyrsum habet longum, tenuem ceu calamum, in summo florem inclinatum, semen simile sesimae. Et hoc calculos frangit potum ex vino vel aceto cum melle et lacte; idem et vitia vesicae sanat.

103. Polyrrizon folia habet myrti, radices multas; hae tunsae dantur e vino contra serpentis, prosunt et quadripedibus.

104. Proserpinaca herba volgaris est eximii adversus scor- 127
piones remedi; eadem contrita, addita muria et oleo e menis, anginam eximie curari tradunt; praeterea et quantalibet lassitudine recreari defessos, etiam cum obmutuerint, si subiciatur linguae; si devoretur, vomitionem sequi salutarem.

105. Rhacoma adfertur ex his quae supra pontum sunt 128
regionibus. Radix costo nigro similis, minor et rufior paulo, sine odore, calfaciens gustu et adstringens; eadem trita vini colorem reddit ad crocum inclinantem; inlita collectiones inflammationesque sedat, volnera sanat, epiphoras oculorum sedat ex passo, insignita cum melle et alia liventia ex aceto.

Phyllon, Dioscor. 3, 130. — *semen papaveri rotundo simile*, θVRTad. *semine rotundo, papaveri simili*, βγ. Papaveri sativo rotunda capita tribuit Plinius 20, 202.; ex Dioscoride nihil lucramur. — *partum*, V. — *mas semine*, Broter. *a semine*, Rad. *a femine*, V. *semine*, codd. Gel. β. — *different*, d.

§ 126. *Phellandrion*, codd. indicis libri primi. *Pelandrion*, VRad. — *commoda*, VR^1. — *Phalaris*, Barbar. ex Dioscor. 3, 149. *Phaleri*, θVRad. — *habet longum*, R^{2}a. *longum habet*, VR^{1}d. — *seu*, d. — *casamum*, VR^{1}d. — *flore*, θVRad. — *in semen*, R^{1}d. — *simile*, om. d. — *sesamae*, VRad. *milio*, K. — *cum melle*, Vd. *vel cum melle*, Ra. — *lacte*, VR^{2}ad^2. *aceto*, θR^{1}d^1. — *item*, θV. — *Polprozinon*, V. *Polyrhizona*, a. — *myrtae*, Va. — *eduntur*, Td. — *e vino*, θRTad. *ae vino*, V. *in vino*, βγ.

§ 127. *Proserpina*, d^1. — *est vulgaris*, d. — *eximii*, d. *eximie*, R. *eximia*, a. *eximiae*, V. — *remedi*, R^1. *remedii*, Vd. *remedia*, R^2. — *e menis*, Hard. coll. 26, 23. *eminis*, R. *heminis*, θV. *emina*, T. *hemina*, d. Omitt. aβ. — *curare*, d. — *et quantalibet*, θVR^{1}Td. *in quantalibet*, aβ. *et in quantalibet*, R^{2}γ. — *ommutuerint*, a. *obmataerint*, R^1.

§ 128. *Rhacoma*, d. *Recoma*, θVR. *Rhecoma*, a. *Rechoma*, omnes codd. Salmas. exerc. p. 560. b. A., qui *Rheconra* legit. *Rheu cyma*, Voss. ad Melam III. 5. p. 802. *Peucyma*, *Rechoma*, *Recoma*, codd. indicis libri primi. ‘*Pã*,

Farina eius inspergitur contra cacoethe et sanguinem rei- 129
cientibus drachmae pondere in aqua, dysintericis autem et coeliacis si febri careant in vino, sin aliter ex aqua; facilius teritur nocte antecedente madefacta. Datur et decoctum eius bibendum duplici mensura ad rupta, convolsa, contunsis, ex sublimi devolutis. Si pectoris sint dolores, additur 130
piperis aliquid et murrae; si dissolutio stomachi, ex frigida aqua sumitur, sic et in tussi vetere ac purulentis exscreationibus, item hepaticis, splenicis, ischiadicis, ad renium vitia, suspiria, orthopnoeas. Arteriae scabritias sanat ex passo tribus obolis potis trita aut decoctum eius; lichenas quoque ex aceto inposita purgat. Bibitur contra inflationes et perfrictiones, febris frigidas, singultus, tormina, herpetas, capitis gravitates, melancholicas vertigines, lassitudinum dolores et convolsiones.

106. Circa Ariminum nota est herba quam resedam vo- 131
cant; discutit collectiones inflammationesque omnis; qui curant ea addunt haec verba: „reseda morbos reseda; scisne, scisne quis hic pullus egerit radices? nec caput nec pedes habeat"; haec ter dicunt totiensque despuunt.

107. Stoechas in insulis tantum eiusdem nominis gignitur, odorata herba coma hysopi, amara gustu; menses ciet potu, pectoris dolores levat; antidotis quoque miscetur.

Dioscor. 3, 2. — *paullo*, V. — *calficiens*, R. — *reddita*, a. — *ac ad crocum*, r. — *illita*, V R d. *in inlita*, a. — *ex passo*, V. *ex pas*, R^{1}. *ex passo inlita*, R^{2} a d β γ. — *liventia. Ex aceto farina*, θ.

§ 129. *autem*, θ V T d. *etiam*, R^{2} a β γ. Om. R^{1}. — *coleacis*, V. — *febri careant*, R^{2} a. *febri carent*, V d β γ. *febrici carent*, R^{1}. — *sin*, R^{2} a. *si*, V R^{1} d. — *ruptam*, a. — *convulsa contusis*, V R d. *contusa convolsis*, a.

§ 130. *sit dolor*, K. — *sic et in tussi vetere ac*, R T. *sic et in tussi vetere a*, V d. *sive et in tussi veterea*, a. *sive intus sive extra*, β. — *splenicis*, R^{2} a d. *explenicis*, V R^{1}. *spleneticis*, β. — *sciadicis*, V R a. — *renium*, V R. *renum*, a d β γ. — *Arteriae scabritias*, a. *Arteriae excabriditas*, R. *Arterias excabritias*, d. *Arterias excabriditas*, V. — *obolis tritis pota*, K. — *purgat*, V R a. *sanat*, T d γ. — *perflictiones*, V R^{1}. — *herpetas*, Gronov. T d^{1}. *herbetas*, V R^{1}. *hesperitas*, a. *asperitas*, R^{2}. *asperitates*, d^{2} β γ. *suspiria*, Pint. — *gravitatis*, a. — *colores*, V R.

§ 131. *herba*, V d. *heroa*, R^{2} a. Om. R^{1}. — *resedam*, a d. *resedeam*, V. *resedaem*, R. — *omnes*, R^{2} a. Omitt. V R^{1} d. — *haec verba*, V R^{2} a d. *herba*, R^{1}. — *morbis*, θ V R a d. — *scisne scisne quis*, R a. *scisne scis nec in aquis*, θ. *scisne scis nec in quis*, T. *scisne cinaequis*, V. *scis nec in equis*, d. — *hinc*, R. — *pullus*, θ R T a d. *pullos*, V β. — *habeat*, θ V T d. *habeant*, R (ex corr.) a β γ. — *Stoecas*, a. Ceterum v. Dioscor. 3, 28. — *coma*, R d. *comam*, θ V a. — *thymi*, Dalec. — *amaram*, θ. — *meses*, a.

XIII. 108. Solanum Graeci strychnon vocant, ut tradit 132
Cornelius Celsus; huic vis reprimendi refrigerandique.

109. Zmyrnion caulem habet api, folia latiora et maxume 133
circa stolones multos quorum a sinu exsiliunt pinguia et ad
terram infracta, odore medicato cum quadam acrimonia iu-
cundo, colore in luteum languescente, capitibus caulium or-
biculatis ut api, semine rotundo nigro quod arescit inci-
piente aestate; radix quoque odorata gustu acri mordet,
sucosa, mollis; cortex eius foris niger, intus pallidus; odor
murrae habet qualitatem, unde et nomen; nascitur et in
saxosis collibus et in terrenis. Usus eius calfacere, exte- 134
nuare. Urinam et menses cient folia et radix, semen alvom
sistit, radix collectiones et suppurationes non veteres, item
duritias discutit inlita; prodest et contra phalangia ac ser-
pentis admixto cachry aut polio aut melissophyllo in vino
pota sed particulatim, quoniam universitate vomitionem mo-
vet, qua de causa aliquando cum ruta datur. Medetur tussi 135
et orthopnoeae semen vel radix, item thoracis aut lienis aut
renium aut vesicae vitiis, radix autem ruptis, convolsis;
partus quoque adiuvat et secundas pellit; datur et ischia-
dicis cum crethmo in vino; sudores ciet et ructus, ideo in-
flationem stomachi discutit; volnera ad cicatricem perducit.
Exprimitur et sucus radici utilis feminis et thoracis prae- 136
cordiorumque desideriis; calfacit enim et concoquit et purgat.

§ 132. *eryxo*, Va. *erixo*, d. *cryxo*, R. — *Celsus* 2, 33. coll. Dioscor. 4, 71.

§ 133. *Zmyrnion*, ita nos scripsimus. *Zmyrmion*, V (in indice libri primi). *Smyrnion*, VRadβγ. Ceterum v. Dioscor. 3, 72. — *circa caulem stolones*, K. — *exiliunt*, a. — *pingula*, V. — *et ad*, VT. *et at*, R^1. *ad*, R^2adβγ. — *medicamento*, V. — *cum*, VRad. *et cum*, βγ. — *iucunde*, Rad. *iocunde*, V. — *languescente*, VRd. *languescunt ea*, a. — *api*, θ. *apii*, VRTadrγ. *anethi*, β, quod commendat Dioscor. — *quod*; pro h. v. habent *qui* VRad.

§ 134. *calfacere*, VRa. *excalfacere*, dβγ. — *extenuare*, Va. Omitt. Rdβ. — *Urinam*, Rd. *ruinam*, V. *Urinas*, a. — *meses*, a. — *semen*, V. *et semen*, θRTad. — *pollo*, Va. — *universitate*, RTad. *universitatem*, V. — *vomitionem*, VR^2a. *vomitiones*, R^1Td. — *cum ruta*, Rad. *curata*, V.

§ 135. *hortoprio eo*, R^1. — *aut lienis*, Rad. *avi lienis*, V. — *renium*, R^2a. *lenium*, VR^1. *lienum*, d. *renum*, βγ. — *partus*, Ra. *raptus*, Vd. — *schiadicis*, Ra. — *crethmo*, Barbar. d. *cretamo*, VR (codd. Barbari). *chretamo*, a. — *sudores ciet et*, VR^1d. *sudores creta et*, R^2. *sudor est creta et*, a. — *ructus*, R^2a. Omitt. VR^1d. — *ideo*, Rad. *de*, V (una ab initio littera erasa).

§ 136. *radici*, VR^2a. *radicis*, R^1Tdr. *radice*, K. — *concoquid*, Vd. — *datur potu*, d. *dato potum*, VR^1. *datum potum*, R^2a. — *malagma*, Dalec. *malagmata*, γ vitio operarum. — *e*, omitt. Va. — *in elixis*, VRad. *elixis*, K. — *Sinon*, Td (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 3, 54. et codd. indicis libri primi).

Semen peculiariter hydropicis datur potu, quibus et sucus inlinitur et malagmate e cortice arido. Et ad opsonia utuntur cum mulso et oleo et garo, maxume in elixis carnibus.

Sinon concoctiones facit sapore simillima piperi; eadem in dolore stomachi efficax.

110. Telephion porcillacae similis est et caule et foliis; 137
rami a radice septeni octonive fruticant foliis crassis, carnosis; nascitur in cultis et maxume inter vitis. Inlinitur lentigini et cum inaruit deteritur; inlinitur et vitiligini ternis fere mensibus, senis horis noctis aut diei; postea farina hordeacia inlinatur. Medetur et volneribus et fistulis.

111. Trichomanes adianto similis est, exilius modo nigrius- 138
que, foliis lenticulae densis, amaris, adversis inter se. Decoctum eius stranguriias sanat in vino albo potum addito cumino rustico. Collisum cohibet capillos fluentis aut si effluxerint reparat alopeciasque densat tritum et in oleo inlitum. Sternumenta quoque gustatu movet.

112. Thalictrum folia coriandri habet pinguiora paulo, caulem papaveris; nascitur ubique, praecipue in campestribus. Medentur ulceribus folia cum melle.

113. Thlaspi duorum generum est, angustis foliis digitali 139
latitudine et longitudine, in terram versis, in cacumine divisis, cauliculo semipedali, non sine ramis, peltarum specie,

simul, V (ex emendatione, cum fuisse videatur *sino* vel *simo*) R (ex corr.) a β. — *simillimo*, K. — *eadem*, om. Murbac. — *dolorem*, R[1]. *odore*, a.

§ 137. *Thelephion*, V a. Ceterum v. Dioscor. 2, 217. — *porcillacae*, ita scribendum. *porcilacae*, V R a d γ. *portulacae*, β. — *folii*, V R. — *octonique*, R[2] T a d. *et octonique*, V R[1]. — *lentigini* — *inlinitur*, om. a. — *et cum*, V. *at cum*, d. *ad cum*, R. — *deteritur*, V T d. *deretur*, R. *teritur*, β. *detergitur*, Gronov. — *postea*, R[2] a d[2]. *aut postea*, V R[1] d[1]. — *inlinatur*, V R a. *illinitur*, d β γ. — *fistolis*, V[1].

§ 138. *simile*, K. — *adversis*, V R d (codd. Gel.) Om. a. — *strangurias*, d[2]. *transgurias*, R[2] a. *adstringuirias*, V. *adstrangurias*, d[1]. *adstringurias*, R[1]. — *Collisum*, ita nos scripsimus. *lesum*, θ R T a d. *lęsum*, r. *lerum*, V. *Illitum*, Hard. γ. Emendatio nostra ex *co lesum* ultro prodibat; *collisum* est *συντεθλασμένον*; ita *Anulus ut fiat*, *primo conliditur aurum* dixit Ovidius art. amat. 3, 221. Ceterum v. Dioscor. 4, 135. *succus*, β. *tusum*, Dalec. — *fluentes*, V R a d. *defluentes*, β γ. — *et cum oleo*, K. — *Sternumenta*, θ V[1] R a. *Sternutamenta*, V[2] d β. — *Thalictrum*, ita nos scripsimus ex Dioscor. 4, 96. *Thalitruum*, θ γ. *Taritthruum*, V. *Tarithruum*, d. *Thoaritruum*, R[2] a. *aritthruum*, R[1]. *Thalitrum*, T. *Thalietrum*, β. — *in*, d. Omitt. V R a.

§ 139. *Thlaspi*, θ. *Thlaspe*, β. *Thicaspi*, a d. *Ticaspi*, V R. Ceterum v. Dioscor. 2, 185. — *latitudine et longitudine*, V R d. *longitudine et latitudine*, a β γ. — *terrae*, V. *terra*, d. — *semen pedali*, V. — *ramis folliculis peltarum*, K. — *species*, V d.

semine incluso lenticulae effigie, nisi quod infringitur, unde
nomen; flos albicat; nascitur in semitis et saepibus. Semen
asperi gustus bilem et pituitam utrimque extrahit; modus
sumendi acetabuli mensura. Prodest et ischiadicis infusum 140
donec sanguinem trahat; menses quoque ciet, sed partus necat.
Alterum thlaspi aliqui Persicon napy vocant, latis foliis, radicibus magnis, et ipsum utile ischiadicorum infusioni; prosunt et inguinibus utraque; praecipitur ut qui colligat dicat sumere se contra inguina et contra omnis collectiones et contra volnera, una manu tollat.

114. Trachinia herba qualis sit non traditur. Credo falsum 141
et promissum Democriti; portentosum est adalligatam triduo absumere lienes.

115. Tragonis sive tragion nascitur in Cretae tantum insulae maritimis, iunipero similis et semine et folio et ramis. Sucus eius lacteus in cummim spissatus vel semen in potione spicula e corpore eicit; tunditur recens et cum vino inlinitur aut siccae farina cum melle. Eadem lactis abundantiam facit mammisque unice medetur.

116. Est et alia herba tragos quam aliqui scorpion vocant, 142
semipedem alta, fruticosa, sine foliis, pusillis racemis rubentibus, grano tritici, acuto cacumine, et ipsa in maritimis

infractum videtur, K. — *flos*, R^{2}a. *ad flos*, VR^{1}. *at flos*, Td. — *utrimque*, Barbar. Rad. *utrique*, V. *utrumque*, T.

§. 140. *sciadicis*, Ra. — *infusum; potu sanguinem trahit*, Hard. ex Dioscor. — *meses*, a. — *thlaspi*, θTd. *thlaspe*, β. *thiaspi*, VRa. — *Persicon*, VR^{2}ad. *quipersicon*, R^{1}. *Persicum*, Kβγ. — *napy*, Barbar. coll. 19, 171. *naps*, VRd. *aps*, a. *sinapi*, K. — *satis*, Vd. — *sciadicorum*, Ra. — *prosunt*, a. *prodest*, VRdβγ. — *inguibus*, a. — *utraque*, VRd. *utrumque*, aβγ. — *colligat*, R (ex corr.) a. *colliget*, V. *colligit*, dβγ. — *una*, VRad. *unaque*, βγ.

§ 141. *Trachinia*, d (codd. Gel.) *Tracinia*, VR^{1}T. *Thrachinia*, R^{2}a. *Trachynia*, Dalec. — *Credo*, Vd. *Credito*, R (ex corr.) a. — *falsum et*, VRad. *et falsum esse*, βγ. — *Democriti*, d. *deincerti*, VRa. — *est*, VRad. *enim est*, βγ. — *adsumere*, V. — *Atragonis*, a. Ceterum v. Dioscor. 4, 49. — *Creta*, V (littera una in fine erasa). — *insulae*, d (codd. Gel.) *insula*, VRa. — *iunipiro*, VRa. — *lacteus*, VRd. *in lacteos*, a. — *cummim*, Ra. *cummin*, V. *gummi*, dβγ. — *semen*, θVRTad. *semel*, β. — *in potione*, θRTd. *inpositione*, Vaβγ. — *spicula e*, Vad. *spicule*, R. — *corpori*, V. — *cum vino*, Vd. *in vino*, R (ex corr.) a. — *siccae*, Ra. *sicae*, V. *sicca*, d. — *farinę*, a. — *facit*, Rad. *iaci i*^{n}, V. — *onice*, V.

§ 142. *Est et*, R^{2}a. *Est*, VR^{1}d. Ceterum v. Dioscor. 4, 51. — *tragas*, a^{2}. *tragras*, a^{1}. — *sine*, Barbar. d. Omitt. VRTa. — *grano*, Barbar. *grani*, VRad. — *cacumine*, Barbar. *acumine*, VRad. — *cucumina*, a. — *tria*, R. — *excreantibus*, a. — *mensumque*, d. *mesumque*, a. *mensiumque*, VRβγ. — *tragopogon*, Dioscor. 2, 172. — *quam*, d. — *come*, Vd. *comem*, R (ex corr.) a. — *parvo*, VRa.

nascens. Huius ramorum x aut xii cacumina trita ex vino pota coeliacis, dysintericis, sanguinem exscreantibus mensumque abundantiae auxiliantur.

117. Est et tragopogon quem alii comen vocant, caule parvo, foliis croci, radice longa, dulci, super caulem calyce lato nigro; nascitur in asperis sine usu.

118. Et de herbis quidem memoria digna hactenus acce- 143
pimus aut conperimus. In fine earum admonere non ab re
iudicamus alias aliis virium aetates esse. Longissimo tem-
pore durat elaterium, ut diximus, chamaeleon niger xl annis,
centaurium non ultra xii, peucedanum et aristolochia vi ac
vitis silvestris anno, si in umbra serventur. Et animalium
quidem exterorum nullum aliud radices a nobis dictas at-
tingit excepta sphondyle quae omnis persequitur; genus id
serpentis est.

119. Ne illud quidem dubitatur, omnium radicum vim 144
effectusque minui, si fructus prius ematurescant, item semi-
num ante radice propter sucum incisa; resolvitur autem
omnium vis consuetudine et desinunt prodesse, cum opus est,
quae cotidie in usu fuere, aeque quam nocere. Omnes vero
herbae vehementiores effectu viribusque sunt in frigidis et in
aquiloniis, item siccis.

largo, d. — *nascitur in asperis*, R[2]a. *nasciturque*, VR[1]d. — *sine usu*, VR[1]d. *manditur sine usu*, R[2]. *manditurque sine usu*, a. *sine usu manditurque*, r. *ἔστι δὲ ἡ πόα ἐδώδιμος*, Dioscor.

§ 143. *de herbis*, Ra. *de erbis*, V. *dierum*, d. — *haec memoria*, K. — *accepimus*, VRad. *aut accepimus*, *β*. — *comferimus*, a. *conferimus*, R (ex corr.). — *monere*, a. — *alias aliis*, Rd. *alias alii*, a. *alii*, V (post hanc vocem duabus quattuorve litteris erasis). *aliis alias*, *β*. — *aetatis*, a. — *diximus* 20, 5. — *centaurium*, Ra. *centaureum*, Vd*βγ*. — *ultra*, VRd. *intra*, a. *extra*, r. — *et aristolochia VI*, ita nos scripsimus ex Theophr. hist. plant. IX. 14, 1: *ἡ δὲ ἀριστολοχία πέντε ἢ ἕξ — — πευκέδανον δὲ πέντε ἢ ἕξ*. *sex et aristolochia*, Hard. *et aristolochia*, VRad*β*. *sex. Aristolochia*, *γ*. — *vitus*, a. — *si in umbra*, Broter. ex Theophr. l. l.: *ἀμπέλου δὲ ἀγρίας ἐνιαυτόν*, *ἐὰν ἐν σκιᾷ ᾖ*. *in umbra*, VRad*β*. — *serventur*, VRa. *servantur*, d*βγ*. — *exterorum*, Kd. *ceterorum*, VRa*β*. *τῶν δ' ἔξω θηρίων ἄλλο μὲν οὐδὲν ἅπτεται ῥίζης οὐδεμιᾶς, ἡ δὲ σφονδύλη πασῶν*, Theophr. hist. plant. IX, 14, 3. — *a*, om. d. — *sphondyle*, *θ*K. *spondile*, VRTad. *spondyli*, *β*. — *genus id serpentis est*, haec vv. ut adulterina damnat Broter.

§ 144. *effectus quem invisis rucius*, V. Ceterum haec sunt desumpta ex Theophr. hist. plant. IX. 14, 4. — *ematurescant*, *θ*VRTd. *amaturescant*, d. *maturescant*, *βγ*. — *radicem*, VRad. — *incisura*, VR[1]. — *cottidie*, a. — *aeque*, ad. *eaque*, VR. — *vero herbae*, VR[2]ad. *herbae vero hebe*, R[1]. — *effecto*, V. — *frigidis*, VRad. *frigidis locis*, *βγ*. — *aquilonis*, Va. — *sicci*, a. *sucis*, V ex emendat.

120. Sunt et gentium differentiae non mediocres, sicut ac- 145
cipimus de taeniis lumbricisque esse Aegypti, Arabiae, Sy-
riae, Ciliciae populis, e diverso Thraciae, Phrygiae omnino
non innasci; minus id mirum quam quod in confinio Atticae
et Boeotiae Thebanis innascuntur, cum absint Atheniensibus.
Quae contemplatio aufert nos ad ipsorum animalium naturas 146
ingenitasque iis vel certiores morborum omnium medicinas;
rursus enim omnium rerum parens nullum animal ad hoc
tantum ut pasceretur, ut alia satiaret nasci voluit artisque
salutaris inseruit et visceribus. Quippe cum surdis etiam
rebus insereret, tum vero illa animae auxilia praestantis-
sima ex alia anima esse voluit, contemplatione ante cuncta
mirabili.

§ 145. *Sunt et gentium*, d. *Sunt ut gentium*, a. *ut gentium*, V^{2}R. *viventium*, V^{1}. — *accipimus*, θVRa. *accepimus*, dβγ. — *taeniis*, θ. *teneis*, VRad. *tineis*, βγ. — *lubricisque*, V. — *esse*, θVR^{1}. *et*, d. *inesse*, R^{2}aβγ. — *populis diversis*, ar. — *Thraciae*, Barbar. ex Theophr. hist. plant. IX. 20, 5. Id ipsum in codice P. Manutii lectum fuisse testatur Mercurialis var. lect. 3, 11. et probat Schneider. ad Theophr. l. l. *Graeciae*, VRadβγ. — *Phrygiaeque*, r. — *Artice*, a. — *et Boeotiae*, R^{2}. *et Bolutiae*, d. *et Boeotia*, R^{1}. *bo///eticae*, V. *Boeotiae*, a. *Boeotiaeque*, βγ. — *Thebanis*, Vad. *ethebanis*, R.

§ 146. *Quae*, Rad. *q:*^{uo}, V. — *aufert nos*, ita scribendum. *auferinos*, R. *aut ferinos*, Va. *affert nos*, d. *aufert rursus nos*, βγ. — *his*, V. — *vel certiores*; haec vv. corruptelam non dubiam prae se ferunt, cum *certae medicinae*, quae alias bene dici possunt, ab h. l. sint alienae, copula autem *vel* omnem explicationem respuat. Plinius, nisi fallor, scripsit *valentiores*, quo adiectivo de medicamentis cum alii scriptores utuntur, tum ipse Plinius 20, 202. — *rursus enim*, VRTad. *enimvero*, β. — *rerum enim*, γ. — *omnium rerum*, ita nos scripsimus. *eam rem*, a. *eam rē*, V. *eā rē*, R. *ea re*, Td. *rerum omnium*, β. *omnium*, γ. — *parceretur*, R. — *ut*, a. *aut*, VRdβγ. — *alia*, VRad. *alvum*, K. — *valuit*, V. — *insereret*, θVRad. *inseruerit*, β. — *tunc*, Va. Vulgo vero cum ita interpungeretur, ut vv. *quippe cum* — *insereret* apodosin efficerent priorum verborum, a vv. vero *Tum vero* nova enuntiatio inciperet, nos hanc perversam interpunctionem emendavimus. De *cum* — *tum vero* v. Cic. Brut. 71, 251. Mur. 27, 55. Fam. I. 7, 7. XIII. 55, 2. XVI. 21, 1. Quint. fr. I. 1, 13. §. 37. Notatu vero dignissimum est *tunc* in Va scriptum pro *tum*; v. Lachmann. ad Lucret. 1, 130. p. 25. — *illa*, ad. *illae*, V. *ille*, R. — *praesentissima*, Pint. — *alia anima*, VR^{1}d. *animalia alia*, a. *animali*, R^{2}. *animalibus*, r. *anima alia*, βγ. — *esse*, Vad. *ei̅ se*, R.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXVIII.

Cap. I. Sect. 1. Dicta erat natura omnium rerum inter § 1
caelum ac terras nascentium restabantque quae ex ipsa tel-
lure fodiuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia
auferrent traversos, ex ipsis animalibus quae sanantur re-
perta maiore medicina. Qui ergo dixerimus herbas et florum
imagines ac pleraque inventu rara ac difficilia, iidem tacebi-
mus quid in ipso homine prosit homini ceteraque genera
remediorum inter nos viventia, cum praesertim nisi carenti
doloribus morbisque vita ipsa paena fiat? Minume vero; 2
omnemque insumemus operam, licet fastidi periculum ur-
gueat, quando ita decretum est minorem gratiae quam utili-
tatum vitae respectum habere. Quin immo externa quoque
et barbaros ritus indagabimus, — fides tantum auctores ap-
pellet, — quamquam et ipsi consensu prope iudicata eligere
laboravimus potiusque curae rerum quam copiae institimus.

Ad hunc librum toti sunt excussi VRd.

§ 1. *Dicta*, VR. *Dictae*, d$\beta\gamma$. — *erat*, V^2. *erant*, V^{1}Rd$\beta\gamma$. — *natura omnium rerum*, VR. *naturae omnium rerum*, dγ. *omnium rerum naturae*, β. — *inter*, R^{2}d. *intre*, R^1. *in terrae*, V. — *terras*, θVR^{1}Td. *terra*, R^2. *terram*, $\beta\gamma$. — *ipsa*, R^2. *illa*, VR^{1}d. — *tractata*, d. *tractarunt*, R. *tractarent*, V. — *remedia. Remedia auferent*, V. — *traversos*, T. *traversus*, V. *transversis*, R^1. *transversos*, R^{2}d$\beta\gamma$. — *Qui*, d. *Quid*, VR. — *diximus*, T. — *idem*, V. — *carent*, V.

§ 2. *omnemque*, θVRTd. *quin omnem*, β. — *iurgeat*, R. — *gratia*, VR. — *utilitatium*, VR. — *vitae res respectum*, V. — *barbaras*, R^1. — *ritus*, VR^{1}d. *etiam ritus*, R$^2\beta\gamma$. — *iudicata*, codd. Gel. *iudicii ita*, Vd. *iudic////ta*, R. — *institumus*, R^1.

Illud admonuisse perquam necessarium est, dictas iam a 3
nobis naturas animalium et quae cuiusque essent inventa, —
neque enim minus profuere medicinas reperiendo quam pro-
sunt praebendo, — nunc quae in ipsis auxilientur indicari,
neque illic in totum omissa, haec itaque esse quidem alia,
illis tamen connexa.

2. Incipiemus autem ab homine ipsum sibi exquirentes, 4
inmensa statim difficultate obvia. Sanguinem quoque gladia-
torum bibunt ut viventibus poculis comitiales morbi, quod
spectare facientis in eadem harena feras quoque horror est.
At Hercule illi ex homine ipso sorbere efficacissimum putant
calidum spirantemque et una ipsam animam ex osculo vol-
nerum, cum plagis ne ferarum quidem admoveri ora fas sit
humana; alii medullas crurum quaerunt et cerebrum infan-
tium. Nec pauci apud Graecos singulorum viscerum mem- 5
brorumque etiam sapores dixere omnia persecuti usque ad
resegmina unguium, quasi vero sanitas videri possit feram
ex homine fieri morboque dignum in ipsa medicina, egregia
Hercules frustratione, si non prosit. Adspici humana exta
nefas habetur, quid mandi? quis ista invenit Osthane? Te- 6
cum enim res erit, eversor iuris humani monstrorumque ar-
tifex qui primus ea condidisti, credo, ne vita tui oblivisce-
retur. Quis invenit singula membra humana mandere? qua

§ 3. *et quae cuiusque essent inventa* 8, 97 seqq. 25, 89 seqq. — *quam*, Rd. *cum*, V. — *prosunt*, VR^{2}Td. *prosint*, R^1. *possunt*, β. — *indicare*, R^1. — *omissa*, R. *emissa*, Vd. — *haec itaque*, VRd. *itaque haec*, $\beta\gamma$. — *conexa*, V.

§ 4. *exquirentis*, V. — *obvla*, V. — *quoque*, VR^{2}d (codd. Gel.) Om. R^1. *plerique*, K^1. *namque*, K^2. — *ut viventibus poculis*, codd. Gel. *ut viventibus populis*, V^2. *ut bibentibus populis*, θV^{1}RTd. *ut bibentibus procul sint*, Pint. r$\delta\vartheta\rho\varphi\gamma$. *ut iuvantibus poculis*, Gronov. Utramque vulgatam scripturam, et β et γ, interpolationi deberi perspicuum est et Plinius, nisi fallor, scripsit *bibunt intuentibus populis comitiales* expuncto *morbi*, quod, quamquam per se dici potest, tamen h. l. maxime propter sequens verbum *facere* ferri nequit. *Comitiales* vero pro *comitiali morbo laborantes* a Plinio saepissime dicitur (v. index verborum), et *intuentibus populis* (coll. 31, 89.), quod cum vi quadam de spectatoribus amphitheatri dicitur, verbis seqq. *quod spectare — horror est* egregie opponitur. *ad comitiales morbos*, K. — *Ad*, V. — *sorbere*, θRd. *sobere*, V. *sorberi*, β. *sumere*, T. — *unam*, VRd. — *cum — ferarum*, omitt. R^{1}d. — *ne*, codd. Gel. *omne*, VR^2. *huic ne*, T. — *quidam*, V ex emend. — *ora fas*, V^{2}R (ex corr.) d (codd. Gel.) *oramus*, V^1 (ubi *u* ex *o* mutatum videtur). *ora mos*, θT. Idem in R fuisse videtur. — *humana*, V (codd. Gel.) *humanus*, θRTd.

§ 5. *Nec — membrorumque*, om. R^1. — *sapore*, V. — *persequuti*, V. — *usque*, omitt. VRd. — *resigmina*, R. — *medicine*, d. — *egregia*, R. *egraegia*, V. *gratia*, d. — *Hercules*, VRd. *Hercule*, $\beta\gamma$. — *frustatione*, R. — *exta*, Rd. *exista*, V. — *Osthane*, ita nos scripsimus. *Ostane*, V^{1}RT. *ostenta*, V^{2}d$\beta\gamma$.

coniectura inductus? quam potest medicina ista originem
habuisse? quis veneficia innocentiora fecit quam remedia?
Esto, barbari externique ritus invenerint, etiamne Graeci
suas fecere has artis? Exstant conmentationes Democriti ad 7
alia noxii hominis ex capite ossa plus prodesse, ad alia
amici et hospitis. Iam vero vi interempti dente gingivas in
dolore scariphari Apollonius efficacissimum scripsit, Meletos
oculorum subfusiones felle hominis sanari. Artemon calvaria
interfecti neque cremati propinavit aquam e fonte noctu co-
mitialibus morbis; ex eadem suspendio interempti catapotia
fecit contra canis rabiosi morsus Antaeus. Atque etiam qua- 8
dripedes homines sanavere contra inflationes boum perfora-
tis cornibus inserentes ossa humana, ubi homo occisus esset
aut crematus siliginem quae pernoctasset suum morbis dando.
Procul a nobis nostrisque litteris absint ista; nos auxilia
dicemus, non piacula, sicubi lactis puerperarum usus mederi
poterit, sicubi saliva tactusve corporis ceteraque similia.
Vitam quidem non adeo expetendam censemus ut quoquo 9
modo trahenda sit; quisquis es talis, aeque moriere, etiam
cum obscoenus vixeris aut nefandus. Quapropter hoc pri-
mum quisque in remediis animi sui habeat, ex omnibus bo-
nis quae homini tribuit natura nullum melius esse tempe-
stiva morte idque in ea optumum, quod illam sibi quisque
praestare poterit.

Osthanes etiam 30, 8. a Plinio princeps disciplinae magicae perhibetur, de vocativo vero huius nominis in *e* exeunte v. Schneider. grammat. Lat. 2. p. 44.

§ 6. *erit*, Rd. *rit*, V (una ab initio littera erasa). — *eversosturis*, V^1. *eversorisurĩ*, V^2. — *qui primus*, V d. *qq̇ in prim'*, R. — *tui*, omitt. VRd. — *potest*, R^2. *post*, VR^1. *p*, d. — *medicinā*, V. — *fecit*, θRTd. *effecit*, Vβγ. — *invenerant*, RT. — *Graeci suas*, V. *suas Graeci*, Rd.

§ 7. *ad*, Rd. Om. V, ubi adfuisse videtur. — *alia*, V. *aliud*, d. *aliut*, R. — *hominis ex*, d. *homines et*, R. *homines e*, V. *hominis e*, βγ. — *et*, om. R^1. — *hospites*, VR. — *vi*, R^2. *ubi*, VR^{1}d. — *gingiva*, Vd. — *scariphari*, d. *scarifari*, VRT. *scarificari*, βγ. — *Meletos*, θV^{1}R^1. *Miletos*, V^{2}R^2. *Meletes*, Td. *Miletus*, βγ. — *suffusiones*, R. *suffusione*, V. *suffusionem*, d. — *homines*, V. — *Artemon in*, T. — *calva*, codd. Barbari. — *igneque*, r. — *rabidi*, r. — *morsum*, d. — *Antaeus*, θVRd. *Antheus*, β.

§ 8. *homine*, Pint. — *inflationes*, VR^{2}d. *inflammationes*, θR^{1}T. — *fuliginem*, Pint. — *morbum*, d. — *dicemus*, Rd. *dicimus*, θV. — *poterit*, VR^{2}Td. *possit*, R^1. *potuit*, β.

§ 9. *extendendum*, K. — *quoquo*, R^{2}d (codd. Gel.) *quo*, VR^1. — *pertrahenda*, K. — *est*, VR. — *aequo*, θ. — *cum*, Rd. *quam*, VT. — *obscene*, R^1. — *animi sui*, R^2. *animis ut*, VR^1. *animi ut*, Td. — *idque in ea*, θVRTd. *in eaque id*, β, quod probat Beier. ad Cicer. oratt. fragm. p. 282. — *poterit*, R^2. *possit*, θVR^{1}Td.

II. 3. Ex homine remediorum primum maxumae quae- 10
stionis et semper incertae est, polleantne aliquid verba et incantamenta carminum. Quod si verum est, homini acceptum fieri oportere conveniat, sed viritim sapientissimi cuiusque respuit fides. In universum vero omnibus horis credit vita nec sentit. Quippe victimam caedi sine precatione non videtur referre aut deos rite consuli. Praeterea alia sunt verba 11
inpetritis, alia depulsoriis, alia conmendationis videmusque certis precationibus obsecrasse summos magistratus et ne quod verborum praetereatur aut praeposterum dicatur de scripto praeire aliquem rursusque alium custodem dari qui attendat, aliquem vero praeponi qui favere linguis iubeat, tibicinem canere ne quid aliud exaudiatur, utraque memoria insigni, quotiens ipsae dirae obstrepentes nocuerint quotiensve precatio erraverit; sic repente extis adimi capita vel corda aut geminari victima stante. Durat inmenso exemplo 12
Deciorum patris filique quo se devovere carmen, exstat Tucciae Vestalis incesti deprecatio qua usa aquam in cribro tulit anno urbis DCIX. Boario vero in foro Graecum Graecamque defossos aut aliarum gentium cum quibus tum res esset etiam nostra aetas vidit; cuius sacri precationem, qua solet praeire quindecemvirum conlegi magister, si quis legat,

§ 10. *incerta*, V. — *polleantne*, VR^{1}Td. *polleantve*, θ. *valeantne*, R^{2}βγ. — *fieri*, VRTδϑρφ. *ferri*, dβγ. — *conveniat*, θVRd. *convenit*, r. *conveniet*, β. — *in omnibus*, R^{1}. — *oris*, V. *hominis*, r. — *victimam*, ita nos scripsimus. *victima*, VRd. *victimas*, βγ. — *referri*, omnes codd. Salmas. exerc. p. 413. a. D. — *aut deos*, VRTd. *nec deos*, β. *adeo*, omnes codd. Salmas., qui *referri ad deos* legit.

§ 11. *inpetritis*, θVR^{2}d (codd. Turnebi adv. 22, 11.) *impetruis*, T. *inperitis*, R^{1}. *impetrientis*, K. *impetrantis*, β. *impetriti*, Salmas. — *depulsoriis*, θVRTd (codd. Turnebi). *depulsoris*, β. *depulsorii*, Salmas. — *commendationis*, codd. Barbari. *commentationis*, VRd (codd. Turnebi) βγ. *incantationis*, alii codd. Barbari. *commendationibus*, Turneb. et Pigh. ad Valer. Max. I. 1, 1. *commendatiis*, Gesner. chrestom. p. 677. — *videmusque*, VRTd. *vidimus*, β. *vidimusque*, γ. — *ne quod*, V. *ne quid*, Rdβγ. — *aliquem vero*, Td. *aquam vero*, V. *aqua*, R. *alium vero*, βγ. — *favere*, VRTKd. *faveri*, βγ. — *quotiens* — *nocuerint*, omitt. VR^{1}. — *extis*, R^{2}d. *extitis*, R^{1}. *extetis*, V. — *victima*, R^{2}d. *victum*, V. *victua*, R^{1}.

§ 12. *Durat*, VRTd. *Duratque*, β. Om. r. — *devora////re*, V. — *Tuctiae*, d. — *incesti deprecatio*, codd. Gel. *incestae precatio*, VRdβγ. — *qua usa aquam*, Rd. *causa quam*, V. — *cibro*, V. — *DCVIIII.*, VR. *DCVIII.*, Td. *DXIX.*, Merula ad Ennium p. 177.; et profecto scriptura vulgata vix sana haberi potest. In epitome certe Livii libri 20., ubi Tucciam incesti damnatam fuisse proditur, potius illius anni, quem Merula praefert, quam nostri res gestas nar-

profecto vim carminum fateatur, omnia ea adprobantibus
octingentorum triginta annorum eventibus. Vestalis nostras 13
hodie credimus nondum egressa urbe mancipia fugitiva re-
tinere in loco precatione, cum, si semel recipiatur ea ratio
et deos preces aliquas exaudire aut illis moveri verbis, con-
fitendum sit de tota coniectione. Prisci quidem nostri per-
petuo talia credidere difficillimumque ex his etiam fulmina
elici, ut suo loco docuimus.

4. L. Piso primo annalium auctor est Tullum Hostilium 14
regem ex Numae libris eodem quo illum sacrificio Iovem
caelo devocare conatum, quoniam parum rite quaedam fecis-
set, fulmine ictum, multi vero magnarum rerum fata et
ostenta verbis permutari. Cum in Tarpeio fodientes delubro 15
fundamenta caput humanum invenissent, missis ob id ad se
legatis, Etruriae celeberrimus vates Olenus Calenus prae-
clarum id fortunatumque cernens interrogatione in suam
gentem transferre temptavit scipione determinata prius templi
imagine in solo ante se: „hoc ergo dicitis, Romani? hic
templum Iovis optumi maxumi futurum est, hic caput in-
venimus": constantissima annalium adfirmatione transiturum
fuisse fatum in Etruriam, ni praemoniti a filio vatis legati
respondissent: „non plane hic sed Romae inventum caput

rari certum est; perquam vero est mirum duarum virginum Vestalium eiusdem nominis alteram incesti damnatam, alteram eodem crimine absolutam fuisse. — *Graecamque*, R[2]. *Graecamve*, Vd. *Graecam*, R[1]. — *defossos aut*, R ex corr. *defossa aut*, Td. *defossa ut*, V. — *tures*, V. — *qua*, R[2]d. *quia*, VR[1]. — *colligi*, V (media littera *i* ex *e* mutata). — *omnia ea*, VRd. *ea omnia*, codd. Gel. *βγ*.

§ 13. *manupia*, R[1]. — *precatione*, codd. Gel. *precationi*, R[2]. *precationis*, *θ*VR[1]d. — *cum si*, VRd (codd. Gel.) *quod si*, Pint. K. — *ratione*, Pint. — *illis*, VRd. *ullis*, *β*. — *confitendum*, RTd. *confiteri.dum*, V. — *sit*, R[2]. *sed*, VR[1]Td. *confitendum. Sed dempta coniect.*, Pint. — *coniectione*, *θ*V. *coniectatione*, RTd*βγ*. Ceterum verba *de tota coniectione* primus Gesner. chrestom. p. 672. ad superiora recte retulit, cum vulgo *βγ* nova periodus hinc incipiatur. — *talia*, VR. *alia*, d[2]. Om. d[1]. — *credidere*, *θ*VT. *prodidere*, Rd*βγ*. — *difficillimumque*, R. *difficillimamque*, d. *difficillimaque*, V. — *fulmine lici*, V. — *docuimus* 2, 140.

§ 14. *Tullium*, V[2]. — *devocavere*, VR[1]. — *parum*, R[2]d. Omitt. VR[1]. — *facta*, d.

§ 15. *ad se legatis*, Gronov. RTd. *adelegatis*, *θ*V. *a se elegatis*, *φ*. *a senatu legatis*, Barbar. *β*. — *Olemus*, R. *Solemus*, d. — *determinata prius*, VR[1]d. *prius determinata*, R[2]*βγ*. — *imagine*, d. *imagini*, V. *imagni*, R[2]. *magni*, R[1]. — *adfirmationem*, R. — *praemoniti a*, R ex corr. *praementia*, Vd. — *folio*, V. — *legati*, VR[1]d. *legati Romani*, R[2]*βγ*.

dicimus." Iterum id accidisse tradunt cum in fastigium eius- 16
dem delubri praeparatae quadrigae fictiles in fornace cre-
vissent, iterum simili modo retentum augurium. Haec satis
sint exemplis ut adpareat ostentorum viris et in nostra po-
testate esse ac prout quaeque accepta sint ita valere. In 17
augurum certe disciplina constat neque diras neque ulla
auspicia pertinere ad eos qui quamque rem ingredientes ob-
servasse ea negaverint, quo munere divinae indulgentiae
maius nullum est. Quid? non et legum ipsarum in duodecim
tabulis verba sunt: „qui fruges excantassit" et alibi „qui
malum carmen incantassit"? Verrius Flaccus auctores ponit 18
quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum a Ro-
manis sacerdotibus evocari deum cuius in tutela id oppidum
esset promittique illi eundem aut ampliorem apud Romanos
cultum; et durat in pontificum disciplina id sacrum constat-
que ideo occultatum in cuius dei tutela Roma esset, ne qui
hostium simili modo agerent. Defigi quidem diris precatio- 19
nibus nemo non metuit; huc pertinet ovorum quae exsor-
buerit quisque calyces coclearumque protinus frangi aut
eosdem coclearibus perforari. Hinc Theocriti apud Graecos,
Catulli apud nos proxumeque Vergili incantamentorum ama-
toria imitatio. Multi figlinarum opera rumpi credunt tali
modo, non pauci etiam serpentis ipsas recanere et hunc
unum illis esse intellectum contrahique Marsorum cantu,

§ 16. *id*, R. *in*, V. *hinc*, d. — *fastidium*, V. — *iterum*, VR^1d. *et iterum*, R^2βγ. — *simile*, R^1. — *modo*, VR^2. *mo*, R^1. *more*, Td. — *tentum*, d. — *ita*, VR^2d. *intita*, R^1.

§ 17. *neque diras*, R (codd. Gel.) Omitt. Vd. — *qui quamque*, Rd. *quicquam quae*, V. — *observasse*, θVR^1Td. *observare se*, R^2βγ. De omisso pronomine *se* v. ad 33, 147. — *negaverim*, Vd. — *quod monere div. ind. maius donum nullum est*, r. — *Quin etiam et legum*, r. — *excantassit*, Pint. *excantasset*, VRdβγ. — *incantassit*, V^1R^1. *incantasset*, V^2R^2dβγ. *occentassit*, Turneb. adv. 22, 11. Ceterum post hanc vocem repetunt verba *et alibi qui malum* VR.

§ 18. *Verius*, V. — *deum*, R^2d. *ad eum*, VR^1. — *promittique*, d. *promittitque*, VR. — *ampliorem*, VR^1d. *ampliorem locum*, R^2β. — *aput*, R. — *cultum*, VRd. *cultumve*, β. — *et durat*, θVRd. *durat*, β. — *pontificium*, V^2. — *dei*, Rd. *demum*, V ex emend.

§ 19. *miris*, V^2. — *precationibus*, θVR^1Td. *deprecationibus*, R^2βγ. — *nemo non*, VR^2d. *nemo num*, R^1. — *hoc*, V. — *ovorum quae*, ita nos scripsimus. *ovorumque*, VR^1Td. *ut ovorumque*, R^2. *ovorum ut*, codd. Barbari, βγ. — *exorbuerit*, VR. — *coclearumque*, d. *coclearumque exorbuerit quisque*, VR e superioribus male repetentes. — *eosdem*, d (codd. Barbari). *isdem*, VR. Verba *eosdem coclearibus* delet Pint. — *Catuli*, V. *Calvi*, Unger de Valgio Rufo p. 287. — *Vergili*, VR. *Virgilii*, dβγ. — *Multi figlinarum opera*, VR. *Figlinarum opera multi*, dβγ. — *modo non*, R^2d. *non modo*, R^1. *modo*, V. — *ipsos*, T. — *reca-*

etiam in nocturna quiete. Etiam parietes incendiorum depre- 20
cationibus conscribuntur. Neque est facile dictu, externa verba atque ineffabilia abrogent fidem validius an Latina inopinata et quae inridicula videri cogit animus semper aliquid inmensum exspectans ac dignum deo movendo, immo
vero quod numini inperet. Dixit Homerus profluvium san- 21
guinis volnerato femine Ulixen inhibuisse carmine, Theophrastus ischiadicos sanari; Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliare, M. Varro podagris. Caesarem dictatorem post unum ancipitem vehiculi casum ferunt semper ut primum consedisset, id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum aucupari solitum.

5. Libet hanc partem singulorum quoque conscientia coar- 22
guere. Cur enim primum anni incipientis diem laetis precationibus invicem faustum ominamur? cur publicis lustris etiam nomina victimas ducentium prospera eligimus? cur effascinationibus adoratione peculiari occurrimus alii Graecam Nemesim invocantes, cuius ob id Romae simulacrum in Ca-
pitolio est, quamvis Latinum nomen non sit? cur ad men- 23
tionem defunctorum testamur memoriam eorum a nobis non sollicitari? cur inpares numeros ad omnia vehementiores credimus idque in febribus dierum observatione intellegitur? cur ad primitias pomorum haec vetera esse dicimus, alia nova optamus? cur sternuentis salutamus, quod etiam Ti-

nere, θVRTd. *recinere*, cod. Torrentii ad Horat. carm. I. 16, 26., qui *recantare* legit. *incantari*, β. — *quiete*, Rd. *qui*, V.

§ 20. *Etiam*, VR. *iam*, d. — *circumscribuntur*, K. — *abrogent*, θVRTd. *derogent*, codd. Barbari, β. — *an*, codd. Barbari. *in*, VRd. — *Latine*, V. — *inridicula*, VR. *irridicula*, Tdγ. *ridicula*, β. — *ac*, Rd. *ad*, V. — *nomini*, V.

§ 21. *Homeros*, V. Odyss. τ, 455. — *Ulixen*, R^{2}. *Ulixe*, R^{1}. *Ulyxe*, V. *Ulixem*, β. *Ulyssem*, Kdγ. — *Theophrastus* ap. Athen. 14. p. 624. A. coll. Apoll. mirabb. 49. — *Cato* de re rust. 160. — *auxiliare*, θVRd. *auxiliari*, β. — *plerusque*, V. — *ter repetito*, VR^{2}. *crete petito*, R^{1}. *crete petitos*, d. — *itinerum*, R^{2}d. *iterum*, θVR^{1}.

§ 22. *Libet*, θVRTd. *Licet*, β. — *hanc partem*, θVRTd. *hac in parte*, K. *hanc in partem*, β. — *conscientia*, VRT. *conscientiam*, β. *conscientie*, d. — *precationibus laetis*, d. — *cur*, R^{2}. *cum*, d. *eum*, V. *reum*, R^{1}. — *puplicis*, V. — *numina*, d. — *prospera eligimus*, Barbar. *prospere legimus*, V. *prospera legimus*, Rdβγ. — *effascinationibus*, θVRTd. *et fascinationibus*, βγ. — *adhoratione peculiare*, V. — *alias*, K. — *Nemesim*, R. *Nemesin*, Vdβγ. — *non*, om. R^{1}.

§ 23. *mentionem*, d. *dementionem*, V. *orationem*, R. — *memoria*, VRd. — *privitias*, R. — *cur*, V:R^{2}. *alia*, θ$V^{1}R^{1}$Td. — *sternuentis*, $V^{1}R^{1}$. *sternuentes*, Tdγ. *sternumentis*, V:R^{2}. *sternumtis*, ϑ. *sternutamentis*, θβ. — *salutamus*, θVRTdrδϑρφ. *salutamur*, β.

berium Caesarem, tristissimum, ut constat, hominem, in vehiculo exegisse tradunt, et aliqui nomine quoque consalutare
religiosius putant? Quin et absentis tinnitu aurium praesen- 24
tire sermones de sese receptum est. Attalus adfirmat, scorpione viso si quis dicat „duo", cohiberi nec vibrare ictus. Et quoniam scorpio admonuit, in Africa nemo destinat aliquid nisi praefatus Africam, in ceteris vero gentibus deos ante optestatus ut velint. Nam si mensa adsit, anulum po-
nere tralatitium videmus. Quin etiam mutas religiones pollere 25
manifestum est. Alius saliva post aurem digito relata sollicitudinem animi propitiat. Pollices, cum faveamus, premere etiam proverbio iubemur. In adorando dextram ad osculum referimus totumque corpus circumagimus, quod in laevum fecisse Galliae religiosius credunt. Fulgetras poppysmis
adorare consensus gentium est. Incendia inter epulas nomi- 26
nata aquis sub mensam profusis abominamur. Recedente aliquo ab epulis simul verri solum aut bibente conviva mensam vel repositorium tolli inauspicatissimum iudicatur. Servi Sulpici principis viri conmentatio est quamobrem mensa linquenda non sit; nondum enim plures quam convivae nu-

hominem, θR^1Td. *hominum*, VR^2βγ. — *aliqui*, VR. *aliqua*, d. *alioqui*, K.

§ 24. *praesentium*, Vd. — *de sese receptum*, d. *deserere ceptum*, V. *de se receptum*, Rβγ. — *scorpionem*, VR^1. — *viso si*, Rd. *visori*, V. — *ebrare*, R^1. — *aliquid nisi*, R^2d. *nisi aliquid*, VR^1. — *ante*, om. γ vitio operarum. — *obtestatus*, θRTd. *obtestatur*, Vβγ. — *anulum*, θVRTd (codd. Turnebi adv. 22, 11.) *nullum*, β. — *tralatitium*, Hard. *tralatium*, VR. *translatium*, d. *translatitium*, β. Ceterum verba *Nam si* — *videmus* non suo loco posita esse apparet. Hucusque enim de illis modo religionibus Plinius locutus est, in quibus utebantur verbis; iam subito ad tacitam aliquam religionem transit, quae cum superioribus nulla ratione cohaeret, licet cum iis per particulam *nam* coniungatur. De tacitis vero sive mutis religionibus statim infra demum loquitur Plinius, quod se facturum esse ipse testatur ex certissima Ferrarii emendatione. Iam cum infra varia de superstitionibus in mensis narrentur, credo verba, de quibus iam agitur, aut casu ex inferiore loco (quem fuisse puto § 26. post verba *inauspicatissimum iudicatur*) huc migrasse aut, si vera est ingeniosa Bergkii suspicio, ea a Plinio ipso margini apposita male huc inserta fuisse.

§ 25. *Quin etiam*, Pint. θVK (codd. Turnebi). *quoniam etiam*, RTd. *videmus quoniam multas etiam*, r. *etiam quoniam*, β. — *mutas*, Ferrar. elect. 2, 17. *multas*, θVRdβγ. — *relegiones*, V. — *Alius*; mirum est neminem ex interpretibus hic lacunam esse vidisse. Excidit scilicet ante illam vocem sententia ab eodem adiectivo *alius* incipiens, qua itidem muta aliqua religio exponebatur. Ab illo *Alius* librarius ad posterum nostrum *Alius*, ut sexcenties factum, oculis aberravit illudque cum verbis sequentibus omisit. — *saliva post aurem*, R^2d. *salivamus paurem*, V. *salivamus post aurem*, R^1. — *dicito*, V. —

merabantur. Nam sternumento revocari ferculum mensamve, si non postea gustetur aliquid, inter diras habetur, aut omnino non esse. Haec instituere illi qui omnibus negotiis 27
horisque interesse credebant deos, et ideo placatos etiam vitiis nostris reliquerunt. Quin et repente conticiscere convivium adnotatum est non nisi in pari praesentium numero, iisque famae labor est ad quemcumque eorum pertinens. Cibus etiam e manu prolapsus reddebatur utique per mensas vetabantque munditiarum causa deflare; et sunt condita auguria quid loquenti cogitantive id acciderit; inter exsecratissima, si pontifici accidat Ditis causa epulanti; in mensa utique id reponi adolerique ad larem piatio est. Medicamenta 28
priusquam adhibeantur in mensa forte deposita negant prodesse. Unguis resecari nundinis Romanis tacenti atque a digito indice multorum pecuniae religiosum est, capillum vero contra defluvia ac dolores capitis XVII. luna atque XXIX. Pagana lege in plerisque Italiae praediis cavetur ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos aut omnino detectos ferant, quoniam adversetur id omnium spei, praecipue fru-

propitiari, d. — *dextram*, d. *dextra*, V. *dexteram*, R*βγ*. — *poppysmis*, VR (duo codd. Medicei apud Politian. miscell. 32. et codd. Barbari). *pompismis*, d. — *gentium consensus*, d.

§ 26. *sub mensam*, *θ*VT. *sub mensas*, Rd (codd. Gel.) *γ*. *sub mensa*, r (cod. Ursini in append. ad Ciaccon. tricl. p. 145.) *sub mensis*, *β*. — *perfusis*, V. — *bibentem convivam*, VRd. — *tolli*, VR^{2}d. *tollimus picalis*, R^1. — *principis viri*, R^{2}d. *principis*, VR^1. *principalia*, r. — *mensa vacua*, Ferrar. elect. 2, 17. Qui cum sententiam loci recte perspexerit, mihi tamen propius ad ductus litterarum scribi posse videtur *mensa sola* i. e. *deserta* coll. 5, 121. 25, 20. — *plures*, R^2. *in plures*, VR^{1}d. *mensae plures*, K. — *tres convivae*, cod. Ursini. *plures tribus* aut *quam quatuor* vel *quinque*, Barbar. — *sternumento*, *θ*VRd. *sternutamento*, *β*. — *mensave*, Vd. — *si non postea*, R^2. *postea si non*, VR^{1}d. — *non esse*; pro his vv. habent *inane esse* VR, *inane est* Td. — *inter dira habetur. Haut omnino inania esse haec instituere*, Pint.

§ 27. *liquerunt*, d. — *conticiscere*, VR. *conticescere*, d*βγ*. — *iisque*, *θ*. *isque*, VRTd*γ*. *qua in re*, *β*. — *ubique*, Vd. — *vetebantque*, R. — *quid*, VR^2. *qui*, R^{1}d. *si quid*, K. — *cogitantique*, T. — *execratissima*, R^{2}T. *exagrantissima*, VR^{1}d. *execratissimas*, *β*. Legendum videtur *inter execratissimast si*, ut *st* i. e. *est* per sequentem voculam *si* sit absorptum. — *Ditis*, V. *dicis*, *θ*RTd*γ*. *cogitantive exciderit*, *inter execratissima si pontifici ac Ditis causa epulanti*, K. — *epulanti*, R. *epulati*, Vd. — *utique aliquid deponi*, K. — *adolorique*, V.

§ 28. *negant*, *θ*VRTd. *negantur*, *β*. — *a*, R. Omitt. VTd*δϑρφ*. *atque digito indice moveri pecuniam religiosum est*, Gronov. *a digito tacenti atque indice*, Abram. ad Cic. Phil. 2, 14. p. 270. ed. W. — *indige*, VR. — *contra*, R^2. *contracti*, VR^{1}d. *contrectari contra*, *βγ*. — *ac*, R. *ad*, Vd. — *colores*, d. — *Pagane*, d. — *praedis*, V. — *caventur*, d. — *perit in ara*, V. — *deiectos*, d. — *id*, R. *in*, V. Om. d. — *praecipue*, VRd. *praecipueque*, *βγ*.

gum. M. Servilius Nonianus princeps civitatis non pridem 29
in metu lippitudinis, priusquam ipse eam nominaret aliusve
ei praediceret, duabus litteris Graecis. P A chartam inscri-
ptam circumligatam lino subnectebat collo, Mucianus ter
consul eadem observatione viventem muscam in linteolo albo,
his remediis carere ipsos lippitudine praedicantes. Carmina
quidem exstant contra grandines contraque morborum genera
contraque ambusta, quaedam etiam experta; sed prodendo
obstat ingens verecundia in tanta animorum varietate, qua-
propter de iis ut cuique libitum fuerit opinetur.

III. 6. Hominum monstrificas naturas et veneficos ad- 30
spectus diximus in portentis gentium et multas animalium
proprietates, quae repeti supervacuum est. Quorundam ho-
minum tota corpora prosunt, ut ex his familiis quae sunt
terrori serpentibus tactu ipso levant percussos suctuve mo-
dico, quorum e genere sunt Psylli Marsique et qui Ophi-
ogenes vocantur in insula Cypro, ex qua familia legatus
Evagon nomine a consulibus Romae in dolium serpentium
coniectus experimenti causa circummulcentibus linguis mira-
culum praebuit. Signum eius familiae est, si modo adhuc 31
durat, vernis temporibus odoris virus; atque eorum sudor
quoque medebatur, non modo saliva. Nam in insula Nili
Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori ut vocem
quoque eorum fugiant. Horum omnium generum in sua re-

§ 29. *Nonnianus*, θV. — *non*, d. *num*, VR. — *PA*, VRd. *P et A*, βγ. — *cartam*, V. — *Mucianus*, θVRd. *Mutianus*, β. — *albo*, VR^{2}. *ob*, R^{1}d. — *his*, V^{2}d. *iis*, V^{1}R. — *se ipsos*, K. — *quidem*, VRd. *quaedam*, βγ. — *cardines*, Vd. — *experta*, codd. Gel. *ex parte*, VRd. — *animorum*, VRTd. *animarum*, β. — *de iis*, R. *deus*, V. *de his*, dβγ. — *cuique libitum*, VRd. *libitum cuique*, βγ. *libitum*, K. — *fuerit quisque opinetur*, K.

§ 30. *veneficos*, R. *venificos*, V. *verificos*, d. — *diximus* 7, 13. 14. — *ut ex*, R^{2}. *ex*, VR^{1}d. — *modico*, R^{2}. *tumodo*, R^{1}. *tumido*, θVTd (codd. Salmas. exerc. p. 246. b. B.) *humido*, Salmas. *medico* vel *tumidos*, Dalec. — *Sylli*, R. — *Ophiogenis*, Rd. *opio ghenes*, V. — *Cypro*, R^{2}. *Paro*, θVR^{1}Td (codd. Turnebi adv. 22, 11.) *in Hellesponti Pario*, Pint. *Paro* ita tantum probari potest, ut Plinium sui ipsius immemorem (7, 13.) et contra omnium scriptorum testimonium (v. interpp. ad Aelian. hist. anim. 12, 39.) insulam Parum cum urbe Pario confudisse dicamus. — *quo*, Vd. — *Evagon*, VRTd (codd. Turnebi). *Evegon*, θK. *Exagon*, β. — *in dolium*, Rd. *nidulium*, V. — *coniectus*, R^{2}d. *contectus*, VR^{1}. — *experimenti*, Vd. *experimento*, R^{1}. *experimentis*, R^{2}. *experimentum*, r. — *circummulcentibus*, R^{2}. *circummultibus*, VR^{1}. *circummultis*, d.

ylii nas *: lurias*

§ 31. *modo*, VR^{2}d. *m*, R^{1}. — *in*, om. R. — *Tenti ricentes*, R. *tenti ricentes*, V. *Tentyricentes*, Td. *Tentyri natantes*, K. *Tentyritae gens*, Pint. — *Horum*

pugnantia interventum quoque mederi constat, sicuti adgra-
vari volnera introitu eorum qui umquam fuerint serpentium
canisve dente laesi. Iidem gallinarum incubitus, pecorum fe- 32
tus abortu vitiant; tantum remanet virus ex accepto semel
malo, ut venefici fiant venena passi. Remedio est ablui prius
manus eorum aquaque illa eos quibus medearis inspergi.
Rursus a scorpione aliquando percussi numquam postea a
crabronibus, vespis apibusve feriuntur. Minus miretur hoc 33
qui sciat vestem a tineis non attingi quae fuerit in funere,
serpentis aegre praeterquam laeva manu extrahi; IV. e Py-
thagorae inventis non temere fallere inpositivorum nominum
inparem vocalium numerum clauditates oculive orbitatem ac
similis casus dextris adsignare partibus, parem laevis. Fe-
runt difficilis partus statim solvi, cum quis tectum in quo
sit gravida transmiserit lapide vel missili ex his qui tria
animalia singulis ictibus interfecerunt, hominem, aprum, ur-
sum. Probabilius id facit hasta velitaris evolsa corpori ho- 34
minis, si terram non attigerit; eosdem enim inlata effectus
habet. Sic et sagittas corpori eductas, si terram non atti-
gerint, subiectas cubantibus amatorium esse Orpheus et
Archelaus scribunt, quin et comitialis morbos sanari cibo e
carne ferae occisae eodem ferro quo homo interfectus sit.
Quorundam partes medicae sunt, sicuti diximus de Pyrri
regis pollice; et Elide solebat ostendi Pelopis costa quam

omni vi sua repurgantium, Pint. — *sicuti*, R^{2}d. *sucū*, R^1. *sicum*, V. — *in introitu*, d. — *umquam*, R^{2}d. *quam*, VR^1. — *fuerit*, R^1.

§ 32. *Item*, V. — *ex accepto*, θVRTd. *excepto*, βγ. — *ut venefici*, d (codd. Barbari). *ut veneficii*, R^2. *veneficii*, V. *beneficii*, R^1. — *prius ablui*, d. — *aspergi*, T. — *a*, R^2. Omitt. VR^{1}d. — *corpione*, R^1.

§ 33. *quis*, VR. — *fuerint*, VR^1. — *e Pythagorae*, VRTd. *Pythagorae*, β. — *nominum*, d. *hominum*, VR. — *clauditates enim*, K. Nonnulla transponit Pint., quem refutat Gronov. — *oculive*, θVRTd. *oculorumve*, β. — *ut parem*, K. — *ex his* ita intelligendum esse videtur, ut ille lapidem vel missile iaculans inter homines sit collocatus, qui singulis ictibus tria animalia interfecerunt, quorum ex medio telum suum proiicit. — *interfecerunt*, θV. *interfecerint*, Rdβγ. — *ursum*, θVRTd. *ursam*, β.

§ 34. *evolsa corpori*, ita nos scripsimus. *euuis a corporis*, V. *eius a corporis*, R^1. *evulsa corporis*, R^2. *evulsa e corporis*, d. *evulsa e corpore*, βγ. — *si*, om. V. — *habet*, VRd. *agit*, r. — *corpori*, VR^{1}d. *corpora*, R^2. *corpore*, βγ. — *amatorum*, V. — *comitiales morbos*, VTd. *comitialem morbo*, R^2. *comitialem morbus*, R^1. *comitialem morbum*, βγ. — *cibos*, R^1. — *medicae*, R^2. *medicinae*, θVR^{1}Td. — *diximus* 7, 20. — *Phyri*, V. — *ostendit*, R. — *costa*; pro h. v. habent *ostiliam* VT, *ostiliā ni* R, *ostiliani* d, *hostilia* codd. Barbari, *hasta* P apud Ian. observv. crit. p. 29. *costilla* vel *ossicula*, Barbar. *scapula*, Gronov. *ascilla*, Ian.

eburneam adfirmabant. Naevos in facie tondere religiosum
habent etiam nunc multi.

7. Omnium vero in primis ieiunam salivam contra serpen- 35
tis praesidio esse docuimus; sed et alios efficacis eius usus
recognoscat vita. Despuimus comitialis morbos, hoc est con-
tagia regerimus; simili modo et fascinationes repercutimus
dextraeque clauditatis occursum. Veniam quoque a deis spei
alicuius audacioris petimus in sinum spuendo. Eadem ratione 36
terna despuere praedicatione in omni medicina mos est at-
que ita effectus adiuvare, incipientis furunculos ter praesi-
gnare ieiuna saliva. Mirum dicimus sed experimento facile:
si quem paeniteat ictus eminus conminusve inlati et statim
exspuat in mediam manum qua percussit, levatur illico in
percusso culpa; hoc saepe delumbata quadripede adprobatur,
statim a tali remedio correcto animalis ingressu. Quidam 37
vero adgravant ictus ante conatum simili modo saliva in
manum ingesta; credamus ergo et lichenas leprasque ieiunae
inlitu adsiduo arceri, item lippitudines matutina cotidie velut

Neios, V. — *relegiosum*, V. — *etiam nunc multi*, om. R^{1}.

§ 35. *Omnium*, VRd. *Hominum*, *βγ*. — *docuimus* 7, 15. — *Despimus*, V. — *contagia regerimus*, R. *contraria regerimus*, d. *contrariae segerimus*, V. — *fascinationes*, RVd (codd. Gel.) *defascinationes*, *β*. — *dextraeque*, R (codd. Gel.) *dextraque*, d. *de atraque*, V. *sinistrae dextraeque*, r. — *occursu*, K. — *audacioris*, R^{1}. *audaciores*, VR^{2}Td*γ*. — *spuendo*, Rdr. *spuendum*, VK.

§ 36. *Eadem*, VR^{1}Kd. *Etiam eadem*, R^{2}r*γ*. *etiam. Eadem*, *β*. *in sinum etiam proprium spuendo. Eadem*, codd. Gel. — *praedicatione*, *θ*VRTd. *deprecatione*, *βγ*. — *mos est atque*, R^{2}d. *mos e statuque*, V. *se a atque*, R^{1}. — *ita*, *θ*VRTd. Om. *β*. — *adiuvaret*, Vd. — *furunculis*, R^{1}. — *praesignare*, VRd. *resignare*, *θ*T. — *dicimus*, *θ*VR^{1}d. *dicemus*, R^{2} (codd. Gel.) *βγ*. — *conminus*, om. R^{1}. — *in mediam*, VR^{1}d. *mediam in*, R^{2}*βγ*. — *percussit*, d. *percussa*, VR. — *in percusso culpa*, VRTd. *in percussu culpa*, *θ*. *percussus a poena*, Barbar. *βγ*. — *delumbata*, R^{2}. *lumbata*, VR^{1}d.

§ 37. *in manum*, K. *in manu*, VRd*βγ*. — *et lichenas*, *θ*VRTd. *lichenas*, *βγ*. — *et lepras*, d. — *ieiunae illitu*, VRd (codd. Gel.) *ieiuna illita*, r. — *lepitudines*, VR. — *velut*, om. R. — *manipulo terrae*, Gesner. chrestom. p. 701.; lutum enim saliva ieiuna subactum mirum in modum commendare superstitionum patronos coll. Casaub. ad Pers. p. 201., pro Harduino tamen cyclaminum intelligente facere 25, 114. 115. — *cervici*, VR. — *dolores*, *θ*VRTd. *dolorem*, *βγ*. — *aurem*, Rd. *aut rem*, V.

§ 38. *urina*, V. — *exspuere*, R^{1}. — *priusquam*, VRd. *antequam*, *βγ*. — *Micton*, Hard. in ind. auctorum s. h. v. — *Zmyrnaeus*, VR. *Smyrnaeus*, d*βγ*. — *de simplicium*, Pint. K. — *sputo*, d. *spotu*, R. *potu*, V (in initio una littera erasa). — *Opilius*, d. *Ofilius*, VR. *Ophilius*, *β*. — *stupente*, VRTKd. *instupente*, *βγ*. — *superiorem*, R^{1}. *superiorum*, R^{2}. *superior*, Vd*βγ*. — *palpebram*, ita nos scripsimus. *palpebra*, VRd*βγ*. — *tangat*, ita nos scripsimus. *tangant*, R^{1}. *tangantur*, VR^{2}. *tangatur*, *βγ*.

§ 39. *Nos si haec — rite fieri*, codd. Barbari. *Eos haec credamus rite fieri*, V.

inunctione, carcinomata malo terrae subacto, cervicis dolores
saliva ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem relata, laeva
ad sinistrum, si quod animal aurem intraverit et inspuatur,
exire. Inter amuleta est editae quemque urinae inspuere, 38
similiter in calciamentum dextri pedis priusquam induatur,
item cum quis transeat locum in quo aliquod periculum
adierit. Marcion Zmyrnaeus qui de simplicibus effectibus
scripsit rumpi scolopendras marinas sputo tradit, item rube-
tas aliasque ranas, Opilius serpentis, si quis in hiatum ea-
rum exspuat, Salpe torporem sedari quocumque membro
stupente, si quis in sinum exspuat aut si superiorem pal-
pebram saliva tangat. Nos si haec, et illa credamus rite 39
fieri, extranei interventu aut si dormiens spectetur infans a
nutrice terna adspui, quamquam illos religione tutatur et
fascinus inperatorum quoque, non solum infantium custos
qui deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur et currus
triumphantium sub his pendens defendit medicus invidiae,
iubetque eosdem respicere similis medicina linguae, ut sit
exorata a tergo Fortuna gloriae carnifex.

Eos haec credamus rite, R. *Nos haec credamus rite fieri*, d. *Eis haec credamus, item*, Gronov. Verbis vero § 37. *credamus ergo* seqq. comparatis potius legendum arbitror: *Nos si haec credamus, item rite extranei interventu* rell., ut Plin. dicat: si credamus illas ineptias a multis prolatas, tum credamus etiam infantem dormientem rite a nutrice adspui, ut mala avertantur; deridet igitur ficta credulitate illas ineptias, deridet et hanc de saliva nutricis. — *terna*, VRd (codd. Barbari). *ter*, K. — *adspui*, VRd. *expui*, codd. Barbari. — *illos*, VRTd. Omitt. codd. Barbari, β. — *tutatur*, Gronov. *mutuatur*, VTd. *utuatur*, R[1]. *mutatur*, R[2] (codd. Barbari) β. Quamquam Gronovius in universum locum recte emendavit, nondum tamen persanatus videtur. Ex voce scilicet *mutuatur* eliciendum censeo *religione muta tutatur*; religionem fascini mutam (coll. § 25. ex emendatione Ferrarii) opponit medicinae linguae i. e. carminibus ludicris et petulantibus militum imperatorem triumphantem sequentium, quibus pariter atque fascino tacito averruncatur invidia ob nimiam fortunam nata et fortuna gloriae inimicissima exoratur i. e. propitiatur. — *inter sacra*; ab his vv. transeunt δϑρφ statim ad verba *eadem strigmenta* § 51. media omnia omittentes. — *a Vestalibus colitur*, d. *mestalibus cubitus*, V. *estalibus culitur*, R. — *eosdem*, θVTd. *eodem*, R. *invidiam*, K. — *recipere*, θVRTKd. At neque *respicere* (quod deberi videtur Rhodigino lect. ant. 3, 7.) neque *recipere* ferri potest, cum obiectum necessarium inde aptum desit. Hinc Gronov. ultima huius enuntiationis verba ita refinxit: *ut sit exorata Fortuna gloriae, a tergo carnificem*, secutus miram illam nulloque testimonio fultam opinionem de carnifice in curru triumphali adstante. Legendum potius est *resipiscere* i. e. ex superbia sua ad mentis sanitatem redire, nisi forte, ut codicum scripturam propius sequaris, *resipere* legere malis, qua voce ita nove Plinium eadem qua resipiscendi notione usum esse statuas, cum alias ea apud eum uti apud alios scriptores sensum habeat „gustum alicuius rei praeferre". Cum hoc *resipiendi* verbo apte componi potest verbum *desipere*.

8. Morsus hominis inter asperrimos quoque numeratur. 40
Medentur sordes ex auribus ac, ne quis miretur, etiam scorpionum ictibus serpentiumque statim inpositae, melius e percussi auribus; produnt ita et redivias sanari, serpentium vero ictum contunsi dentis humani farina.

9. Capillus puero qui primum decisus est podagrae in- 41
petus dicitur levare circumligatus et in totum inpubium inpositu. Virorum quoque capillus canis morsibus medetur ex aceto et capitum volneribus ex oleo aut vino, si credimus, a revolso cruci, quartanis, conbustus utique capillus carcinomati. Pueri qui primus ceciderit dens, ut terram non attingat, inclusus in armillam et adsidue in bracchio habitus muliebrium locorum dolores prohibet. Pollex in pede prae- 42
ligatus proxumo digito tumores inguinum sedat; in manu dextera duo medii lino leviter conligati destillationes atque lippitudines arcent. Quin et eiectus lapillus calculoso adligatusque supra pubem levare ceteros dicitur ac iocineris etiam dolores et celeritatem partus facere; adicit Granius efficaciorem ad hoc esse ferro exemptum. Partus adcelerat vicinos, ex quo quaeque conceperit si cinctu suo soluto feminam cinxerit, dein solverit adiecta precatione se vinxisse eundem et soluturum atque abierit.

10. Sanguine ipsius hominis quacumque parte emisso effi- 43
cacissime anginam inlini tradunt Orpheus et Archelaus, item ora comitiali morbo conlapsorum; exsurgere enim protinus; quidam, si pollices pedum pungantur eaeque guttae refe-

§ 40. *asperrimus*, VR. — *numerator*, V[1]R. — *etiam*, R. *et*, Vd. — *e*, pro h. v. habent *et* VRd. — *produnt ita et*, θVRTd. *prosunt; ita et*, βγ. — *redivias*, Broter. et Schneider. ad Colum. VI. 2, 6. coll. Festo p. 270. ed. Müller. *rediviva*, Td. *reduvia*, VR. *reduvias*, Barbar. β. — *aiunt sanari*, K.

§ 41. *puero*, θVRTd. *puerorum*, βγ. — *inpositu*, θV. *inpositū*, R. *impositus*, dβγ. — *caedimus*, V. *cedimus*, R. — *a revolso*; pro his vv. habent *ac revulso* Vd, *hoc revulso* R, *et revulsus*, K. — *a cruce*, K. — *utique*, θVRTd. *aeque*, βγ. — *carginomati*, V[1]. *varginomati*, R. — *Puer*, R.

§ 42. *alligatus*, V. — *sedit*, R[1]. — *dextera*, R. *dextra*, Vdβγ. — *liviter*, VR. — *destillationes*, Rd. *distillationes*, Vβ. — *lepitudines*, VR. — *Quin et ex eiectis*, K. *Quin ex eiectis*, Barbar. — *capillus*, VR. — *alligatusque*, θT. *alligatus qui*, VRd. *alligatus*, β. — *ceterus*, VR. — *et celeritatem*, VRTd. *ac celeritatem*, βγ. — *adicit*, ita nos scripsimus. *adigit*, R. *ad igitur*, V. *adit id*, d. *addidit*, βγ. — *Granius*, index auctorum in libro primo. *Granus*, VRd. — *accelerat*, d. *celerat*, VR. — *vicinos*; pro h. v. aperte corrupta habet *hec mos* V, *ecinos* R, *hecinos* d. *haerentes*, Gronov. — *que quae*, V. — *conciperit*, VR. — *si/// cictu*, V. — *cincxerit*, V. — *evinxisse*, V. — *soliturum*, R.

rantur in faciem aut si virgo dextro pollice attingat, hac
coniectura censentes virgines carnis edendas. Aeschines Athe- 44
niensis excrementorum cinere anginis medebatur et tonsillis
uvisque et carcinomatis; hoc medicamentum vocabat botryon.
Multa genera morborum primo coitu solvontur primoque fe-
minarum mense aut, si hoc non contingit, longinqua fiunt
maxumeque comitiales. Quin et a serpente aut scorpione
percussos coitu levari produnt, verum feminas venere ea
laedi. Oculorum vitia fieri negant nec lippire eos qui cum
pedes lavant aqua inde ter oculos tangant.

11. Inmatura morte raptorum manu strumas, parotidas, 45
guttura tactu sanari adfirmant, quidam vero cuiuscumque
defuncti, dumtaxat sui sexus, laeva manu aversa; et ligno
fulgure icto reiectis post terga manibus demorderi aliquid
et ad dentem qui doleat admoveri remedio esse produnt.
Sunt qui praecipiant dentem suffiri dente hominis sui sexus
et eum qui caninus vocetur insepulto exemptum adalligari.
Terram e calvaria psilotrum esse palpebrarum tradunt, herba 46
vero, si qua ibi genita sit, conmanducata dentis cadere, ul-
cera non serpere osse hominis circumscripta. Alii e tribus
puteis pari mensura aquas miscent et prolibant novo fictili,
relicum dant in tertianis accessu febrium bibendum; iidem
in quartanis fragmentum clavi a cruce involutum lana collo
subnectunt aut spartum e cruce liberatoque condunt caverna
quam sol non attingat.

§ 43. *Sanguinis*, V. — *quacumque*, R. *ex quacumque*, Vd$\beta\gamma$. — *anguinam*, Vd. — *ara*, R. — *conlapsorum*, VR. *cum lapsorum*, θ. *lapsorum*, d$\beta\gamma$. — *exsurgere*, V. *exurgueri*, Rd[1]. *exurgi*, d[2]. — *purgantur*, V. — *eaeque*, θ. *eae quae*, V. *ę eque*, R. *eque*, d. *exque his*, $\beta\gamma$. — *referantur*, d. *sēferantur*, R. *se fera*[n]*tur*, V. — *atinguat*, V. — *hac*, d. *haec*, VR. — *coniectura*, V[2]d. *contectura*, V[1]. *contextura*, R. — *virginis*, K. — *sedandas*, V.

§ 44. *haec sines*, V. — *excrementorum*, θVRTd. *ex crematorum*, β. — *consiliis*, R. — *suuisque*, V[1]R. — *botrion*, V. — *solventur*, R. — *hoc non*, θd. *co non*, V. *id non*, R. *non id*, β. — *contingit*, θVRd. *contingat*, β. — *fuit*, R. — *serpente*, Vd. *serpentis*, R. — *aut*, ita nos scripsimus. *a*, VR. *et a*, T. *ac*, d$\beta\gamma$. — *percussos*, d. *percussus*, θVR. — *levare*, VR. — *nec lippire*, d. *ineclipiere*, R. *inedipiere*, V. — *levant*, R. — *oculis*, R.

§ 45. *cuiuscumque*, θVRd. *cuiusque*, β. — *et ligno*, VRd. *et e ligno*, $\beta\gamma$. — *fulgore*, V. — *manus*, R. — *suffuri*, VR. — *dente*, d. *dentem*, VR. — *et eum*, Vd. *etiam*, R.

§ 46. *e calvaria*, θVR. *ex calvaria*, β. *ex alvaria*, d. — *osse*, R. *eos se*, V. *ex osse*, Td. — *Ali*, V. — *e*, V[1]Rd. *a*, V[2]. — *accessu*, Rd. *a decessu*, θV. Utrum sit praeferendum, dubitat Gesner. chrestom. p. 709. — *febris*, K. — *iidem*, θVRd. *item*, β. — *a*, om. V.

12. Magorum haec conmenta sunt, ut cotem qua ferramenta saepe exacuta sint subiectam ignari cervicalibus de veneficio deficientis evocare indicium, ut ipse dicat quid sibi datum sit et ubi et quo tempore, auctorem tamen non nominare. Fulmine utique percusso, circumactum in volnus hominem loqui protinus constat. Inguinibus medentur aliqui licium telae detractum adligantes novenis septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam atque ita inguini adalligantes; licio et clavom aliudve quod quis calcaverit adligatum ipsos iubent gerere ne sit dolori volnus. Verrucas abolent a vicesima luna in limitibus supini ipsam intuentes ultra caput manibus porrectis et quidquid adprehendere eo fricantes. Clavom corporis cum cadit stella si quis destringat, vel cito sanari aiunt cardinibus ostiorum aceto adfuso, lutum fronti inlitum capitis dolorem sedare, item laqueum suspendiosi circumdatum temporibus; si quid e pisce haeserit faucibus, cadere demissis in aquam frigidam pedibus, si vero ex aliis ossibus, inpositis capiti ex eodem vase ossiculis; si panis haereat, ex eodem in utramque aurem addito pane.

(Margin section numbers: 47 at "ferra-", 48 at "aliqui", 49 at "destringat,".)

13. Quin et sordis hominis in magnis fecere remediis quaestuosorum gymnasia Graecorum; quippe ea strigmenta molliunt, calefaciunt, discutiunt, conplent, sudore et oleo medicinam facientibus. Volvis inflammatis contractisque admoventur; sic et menses cient, sedis inflammationes et condylomata leniunt, item nervorum dolores, luxata, articulorum nodos. 50

§ 47. *ut*, Rd. *qui*, V. — *exacuta*, d. *et exacuta*, VR. — *ignari*, d. *migrari*, VR. — *beneficio*, V. — *quid sit sibi datum sit*, R. — *Fulminis utique percussu*, K.

§ 48. *liceum*, V. *liceu*, R. — *nodis*, V ante litteram *n* erasis duabus litteris, quarum posterior videtur *e* fuisse. — *inguini*, θVRK. *inguina*, dβ. — *adalligantes*, VRd. *alligantes*, Kβ. — *licio*, Vdβ (ad superiora referens). *liceo*, R. *licium*, K (ad superiora referens). — *claudum*, R. — *ictos*, K. — *Verucas*, V. — *abolent*, T. *avolent*, VRd. *avellunt*, βγ. — *vicensima*, V. — *liminibus*, K. — *quisquid*, VR. — *apprehendere*, θVRTd. *comprehendere*, β.

§ 49. *cadit*, θVRd. *cadat*, β. — *destringatu*ʳ, V, unde *destringat* scripsi. *distringat*, Rdβγ. Praeterea vero *vel* delendum puto ut ortum ex *u* praecedentis vocis secundum V, quamquam gnarus *vel* etiam cum positivo iungi; v. ad 2, 25. — *osteorum*, V. — *adfusus*, VRd. — *sedare*, R. *sedari*, θVd. — *haeserit*, Rd. *eserit*, V. *inhaeserit*, K. — *e faucibus*, Vd. *a faucibus*, R. — *cadere demissis in aquam frigidam pedibus*, VR. *demissis in aquam frigidam pedibus cadere*, d. *in aquam demissis frigidam pedibus cadere*, βγ. — *ex animalibus ossibus*, K. — *vase*, θVRTd. *osse*, β. — *tereat*, V. — *audito*, VR.

§ 50. *homines imagines*, VR. — *quaestorum*, d. *quaestivo*, VR. — *gymnasia*, d. *gymnit*, VR. — *iuxtata*, R.

§ 51. *eadem*, VR. *addem*, d. *ad eadem*, βγ. — *supporatoriis*, V. — *sunt et*

Efficaciora eadem strigmenta a balineis et ideo miscentur 51
suppuratoriis medicamentis; nam illa quae sunt e ceromate
permixta coeno articulos tantum molliunt, calefaciunt, discu-
tiunt efficacius, sed ad cetera minus valent. Excedit fidem
inpudens cura qua sordis virilitatis contra scorpionum ictus
singularis remedi celeberrimi auctores clamant; rursus in 52
feminis, quas infantium alvo editas in utero ipso contra ste-
rilitatem subdi censent; meconium vocant. Immo etiam ipsos
gymnasiorum rasere parietes et illae quoque sordes excal-
factoriam vim habere dicuntur; panos discutiunt, ulceribus
senum puerorumque et desquamatis ambustisve inlinuntur.

14. Eo minus omitti convenit ab animo hominis pendentis 53
medicinas. Abstinere se cibo omni aut potu, alias vino tan-
tum aut carne, alias balineis, cum quid eorum postulet va-
letudo, in praesentissimis remediis habetur. His adnumeratur
exercitatio, intentio vocis, ungui, fricari cum ratione; vehe-
mens enim fricatio spissat, lenis mollit, multa adimit corpus,
auget modica. In primis vero prodest ambulatio, gestatio et
ea pluribus modis. Equitatio stomacho et coxis utilissima, 54
phthisi navigatio, longis morbis locorum mutatio, item somno
sibi mederi aut lectulo et rara vomitione. Supini cubi-
tus oculis conducunt, at proni tussibus, in latera adversus
destillationes. Aristoteles et Fabianus plurumum somniari
circa ver et autumnum tradunt magisque supino cubitu, at
prono nihil; Theophrastus celerius concoqui dextri lateris

ceromate, VRd. — *permixta*, θVRTdr. *permixto*, β. — *articulos*, R^{2}r. *articulis*, VR^{1}d. — *tantum*, VR^{1}d. *quoque*, R^{2}r. — *mollient*, R. — *clamant*, Rd. *damnant*, θV.

§ 52. *quas alvo reddunt infantes utero editas*, K. *quas reddunt infantes alvo, ex utero editi, contra*. Dalec. — *meconium*, R^{2}d. *meconiam*, θR^1. *metonian*, V. — *vim*, Rd. *eum*, V. — *puerorumque*, R^{2}d. *quoque rorumque*, R^1. *quoque rarumque*, V. *puerperarumque*, Gronov.

§ 53. *omnis*, R. — *medicinas. Hae sunt: abst.*, Barbar. K. — *Abstenere*, VR. — *se*, θVR^{1}Td. Omitt. R^2 (codd. Gel.) βγ. — *valitudo*, V. — *His*, VRTKd. *His remediis*, βγ. — *ungui*, R^{2}d. *ungi*, θVTK. *vigi*, R^1. *ungue*, β. — *spissas*, V. — *lenis*, Barbar. R. *lenit*, Vd.

§ 54. *pthisi*, R^2. *ptysi*, d^2. *pilisi*, R^1. *pilusi*, V. *plus*, d^1. *et phtisi plus*, T. — *longis — mutatio*, omitt. VR^1. — *sibi mederi*, VRd. *mederi sibi*, βγ. — *et rara*, VR^{1}d. *aut rara*, R^{2}βγ. — *cubitos*, R^1. — *condicunt*, VR^1. — *ad*, V. — *tusibus*, V. — *latere*, V. — *adversus*, d. *ad usus*, V. *adversum*, Rβγ. — *destil lationes*, R^2. *destinationes*, R^{1}d^1. *distinationes*, V. *distillationes*, d^{2}β. — *Aristo teles* apud Plutarch. sympos. quaest. VIII. 10, 1. p. 734. — *somniare*, V. — *ver*, θVRTKd. *vernum*, β.

incubitu, difficilius a supinis. Sol quoque remediorum maxu- 55
mum ab ipso sibi praestari potest sicut linteorum strigilium-
que vehementia; perfundere caput calida ante balinearum
vaporationem et postea frigida saluberrimum intellegitur,
item praesumere et cibis et interponere frigidam eiusdemque
potu somnos antecedere et si libeat interrumpere. Notandum
nullum animal aliud calidos potus sequi ideoque non esse
naturalis. Mero ante somnos conluere ora propter halitus, 56
frigida matutinis inpari numero ad cavendos dentium dolores,
item posca oculos contra lippitudines certa experimenta sunt;
V. sicut totius corporis valetudinem iuvari varietate victus
inobservata. Hippocrates tradit non prandentium celerius
senescere exta, verum id remediis cecinit, non epulis; quippe
multo utilissima est temperantia in cibis. L. Lucullus hanc
de se praefecturam servo dederat ultimoque probro manus
cibis triumphali seni deiciebatur vel in Capitolio epulanti,
pudenda re servo suo facilius parere quam sibi.

VI. 15. Sternumenta pinna gravedinem emendant, et si 57
quis mulae nares, ut tradunt, osculo attingat, sternumenta et
singultum; ad hoc Varro suadet palmam alterna manu scal-
pere, plerique anulum e sinistra in longissimum dexterae

§ 55. *Sol*, θ V R d. *Solium*, K. *Solum*, β. — *sicuti*, V. — *strigliumque*, V d^1. — *calida*, V R d. *aqua calida*, T. — *balnearum*, d. — *et cibis et*, V R. *et cibis*, d. *cibis et*, β γ. — *animal aliud*, V R (codd. Gel.) *aliud animal*, d β γ. — *potuisse qui*, V. — *non*, R d. *nosi*, V.

§ 56. *coluere*, V^2. *colcere*, V^1. — *halitus*, R d ϑ ρ. *abitus*, V. *anhelitus*, δ φ. — *frigida aqua*, r. — *oculis*, R. — *lepetudines*, R. — *valetudinem*, Dalec. *valetudine*, θ V. *valitudini*, R. *valetudini*, d β γ. — *iuvari varietate victus inobservata*, ita nos scripsimus secuti partim Dalecampium. *in varietatem victus inobservata*, V. *in varietate victus inobservata*, R T d γ. *varietate victus inobservata*, θ. *in varietate victus observata*, β. *valetudinem iuvari ratione victus observata*, Dalec., qui egregie emendavit *valetudinem iuvari*, quod in optimorum codd. scriptura clare inest, lapsus in voce *ratione*, uti patet ex Celso de medic. II. 1. *valetudini varietatem victus inobservatam*, Gronov. — *celerius senescere extra*, R^2. *senescere sceleris extra*, R^1. *senescere sceleris exta*, d. *senescere sceleris et ita*, V lineola per vocem *sceleris* traducta. *exta celerius senescere*, β. *extra celerius senescere*, Hard. γ vitio operarum. — *L. Lucullus*, R^2. *Viriculis*, R^1. *Luculus*, V. *Lucullus*, d. *L.*, T. Pint. verba *L. Lucullus — quam sibi* ut adulterina damnat. — *praefutura*, V. — *sevo*, R^1. — *probro*, R δ ϑ ρ φ (codd. Gel.) *probrum*, T d. *probum*, V. — *cibis*, θ. *in cibis*, V R T d δ ϑ ρ φ (codd. Gel.) β γ. *in cibos*, K. — *triumphali seni*, θ R (codd. Gel.) *triumphalis enim*, δ ϑ ρ φ. *triumphali*, V. *triumphali, sede*, T d. — *deiiciebatur*, R. *deiiciebantur*, θ. *id eiciebatur*, V. *deidicebatur*, δ ϑ ρ φ. *utebatur*, T d. *deducebatur*, codd. Gel. β. — *aepulandi*, V. Verba *vel in Capitolio epulanti* omitt. δ ϑ ρ φ. — *pudenda re*, V R δ ϑ ρ φ. *pudenda res*, T d.

digitum transferre, in aquam ferventem manus mergere. Theophrastus senes laboriosius sternuere dicit.

16. Venerem damnavit Democritus, ut in qua homo alius 58
exsiliret ex homine; et Hercules raritas eius utilior; athletae tamen torpentes restituuntur venere; vox revocatur, cum e candida declinat in fuscam. Medetur et lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis ac melancholicis.

17. Adsidere gravidis vel cum remedia alicui adhibeantur 59
digitis pectinatim inter se inplexis, veneficium est idque
conpertum tradunt Alcmena Herculem pariente; peius, si
circa unum ambove genua, item poplites alternis genibus
inponi. Ideo haec in consiliis ducum potestatumve fieri ve-
tuere maiores velut omnem actum inpedientia; vetuere vero 60
et sacris votisve simili modo interesse, capita autem aperiri adspectu magistratuum non venerationis causa iussere sed, ut Varro auctor est, valetudinis, quoniam firmiora consuetudine ea fierent. Cum quid oculo inciderit, alterum conprimi prodest; cum aqua dextrae auriculae, sinistro pede exsultari, capite in dextrum umerum devexo, invicem e diversa aure; si tussim concitet saliva, in fronte ab alio adflari; si iaceat uva, verticem morsu alterius suspendi; in cervicum dolorem

§ 57. *Sternumenta*, VR. *Sternutamenta*, θdβ. — *pinna*, VRd. *capitis*, K. Legendum vero est *a pinna*, de quo dicendi usu v. ad 36, 133. — *gravidinem*, VR. — *emendant*, R^2. *emendantes*, VR^{1}d. — *mulae nares*, Hard., cui praeivit Reines. var. lect. 3, 15. p. 585., qui coll. 30, 31. *muli nares* coniecit. *mutare nares*, VR^2. *mutae nares*, Dalec. R^1. *muta enarras*, θ. *muta nares*, Td^2. *muta naras*, d^1. *manu nares*, K. *muris nares*, Barbar. β. — *osculo*, VRd. *et oculos*, K. — *sternumenta*, R^2. *sternutamenta*, VR^{1}dβ. — *ad hoc*, θVRTd. *ob hoc*, βγ. — *alterna*, R. *in altera*, θVTd. *altera*, K. — *dexterae*, V. *dextre*, Rd. — *in aquam*, VR. *aut in aquam*, dβγ. — *aqua ferventi*, r. — *mergere*, VRd. *immergere*, βγ. — *senex*, VR.

§ 58. *alius*, Rd. *altus*, V. Om. K. — *exiliret*, V. — *et Hercules*, d. *ex Hercules*, VR. *et Hercule*, T. *est Hercule*, βγ. — *et lumborum*, VR^{2}d. *lumborum*, R^1. — *hebitationi*, R.

§ 59. *remedia alicui adhibeantur*, VRTd. *remedium alicui adhibeatur*, βγ. — *implexis*, codd. Gel. *inplexi*, VRd. — *beneficium*, VR. — *parientem; pelus*, V, — *alternis*, R. *alteris*, Vd. — *consiliis*, d. *conciliis*, VRγ. — *potestatiumve*, VR. — *vetuere*, d. *et vere*, V. *et veri*, R. — *impedientes*, γ vitio operarum.

§ 60. *vero*, θVTd. *revera*, R. Omitt. βγ. — *et sacris et votisve*, Harduini operae. — *autem*, omitt. Td. — *conprimi*, VR^{2}d. *primo*, R^1. — *cum aliqua*, r. — *exultari*, VR. *exaltari*, d. *exsultare*, βγ. — *tussim*, VRTd. *tussis*, β. — *saliva in*, Rd. *salibam*, V. *saliva*, T. *salivam in*, Kβ. — *fronte*, VR. *frontem*, TKd. — *iacet*, Hard. γ vitio operarum. — *verticem*, θVTd. *a vertice*, Rβγ. *a vertice cutem morsu*, Dalec. — *cervicum*, Td. *cervicium*, θVR^1. *cervici*, R^2. *cervicis*, βγ. — *dolorem*, θVR. *dolore*, Tdβγ.

poplites fricari aut cervicem in poplitum; pedes in humo 61
deponi, si nervi in his cruribusve tendantur in lectulo, aut
si in laeva parte id accidat, sinistrae plantae pollicem dextra
manu adprehendi, item e diverso; extremitates corporis vel-
leribus perstringi contra horrores corporis sanguinemve na-
rium inmodicum, lino vel papyro principia genitalium, femur
medium ad cohibenda urinae profluvia; in stomachi solutione
pedes pressari aut manus in ferventem aquam demitti. Iam 62
et sermoni parci multis de causis salutare est; triennio Mae-
cenatem Melissum accepimus silentium sibi inperavisse, a
convolsione reddito sanguine. Nam eversos scandentisque et
iacentis si quid ingruat contraque ictus spiritum cohibere
singularis praesidi est, quod inventum esse animalis docui-
mus. Clavom ferreum defigere in quo loco primum caput 63
fixerit conruens morbo comitiali absolutorium eius mali di-
citur. Contra renium aut lumborum vesicaeve cruciatus in
balinearum soliis pronos urinam reddere mitigatorium ha-
betur. Volnera nodo Herculis praeligare mirum quantum
ocior medicina est; atque etiam cotidiani cinctus tali nodo 64
vim quandam habere utilem dicuntur, quippe cum Hercules
eum prodiderit; numerum quoque quaternarium Demetrius
condito volumine, et quare quaterni cyathi sextariive non
essent potandi. Contra lippitudinem retro auris fricare prod-
est et lacrimosis oculis frontem. Augurium ex homine ipso
est non timendi mortem in aegritudine, quamdiu oculorum
pupillae imaginem reddant.

politis, V^1. *pollicis*, V^2. — *fricari*, ita nos scripsimus. *fricare*, Rdβγ. *frigare*, V.

§ 61. *in humo*, VR. *in unum*, θ. *in humum*, Dalec. Td. — *his*, R^{2}d. Omitt. VR^1. — *cruribusque*, d. — *id*, VR^{2}d. *levi parti*, R^1. — *velleribus*, θVR^{1}Td. *vel auribus*, R^2. *vel aurium*, βγ. *vel aurium vellicaribus*, K. — *errores*, R. — *corporis*, R^{2}d. Omitt. VR·T. — *sanguinem vel*, VRd. — *modicum*, V. — *acho ibenda*, V. — *solune*, V. — *pressari*, ita nos scripsimus. *pressare*, VRdβγ. — *in*, R^{2}d. Omitt. VR^1. — *frigidam*, K. — *demitti*, d. *dimitti*, VR. *demittere*, β. *dimittere*, γ.

§ 62. *et*, om. R^1. — *sermoni*, d. *sermone*, θVR. — *pasci*, R. *parcere*, Dalec. — *Melissum*, Td. *Melissimum*, θVR^1. *Messimum*, R^2. *Messium*, β. — *et iacentis*, ita nos scripsimus. *ciacentes*, V. *ac iacentes*, Rdβγ. Causa erroris aperta, si proximae vocis ultimam litteram respexeris. — *singularii*, V. — *docuimus*, 8, 138.

§ 63. *defigure*, V. — *fixerit*, θVR^{1}d. *defixerit*, R^{2}βγ. — *renium*, Rd. *renum*, Vβγ. — *vesicaeve*, R^2. *vesicae*, d. *visicae*, VR^1. *vesicaeque*, βγ. —

18. Magna et urinae non ratio solum sed etiam religio 65
apud auctores invenitur digestae in genera, spadonum quo-
que ad fecunditatis beneficia. Verum ex his quae referre fas
sit inpubium puerorum contra salivas aspidum quas ptyadas
vocant, quoniam venena in oculos hominum exspuant, contra
oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema, palpe-
bras et cum ervi farina contra adustiones, contra aurium
pura vermiculosque, si decoquatur ad dimidias partis cum
porro capitato novo fictili; vaporatio quoque ea menses fe-
minarum ciet. Salpe fovet illa oculos firmitatis causa, inlinit 66
sole usta cum ovi albo, efficacius struthocameli binis horis;
hac et atramenti liturae abluuntur. Virilis podagris medetur,
argumento fullonum quos ideo temptari eo morbo negant.
Veteri miscetur cinis ostreorum adversus eruptiones in cor-
pore infantium et omnia ulcera manantia; ea exesis, ambu-
stis, sedis vitiis, rhagadiis et scorpionum ictibus inlinitur.
Obstetricum nobilitas non alio suco efficacius curari pronun- 67
tiavit corporum pruritus, nitro addito ulcera capitum, porri-
gines, nomas, praecipue genitalium. Sua cuique autem, quod
fas sit dixisse, maxume prodest, confestim per se canis morsu
echinorumque spinis inhaerentibus et in spongea lanisve in-
posita aut adversus canis rabidi morsus cinere ex ea subacto,
contraque serpentium ictus. Nam contra scolopendras mi-
rum proditur vertice tacto urinae suae gutta liberari pro-
tinus laesos.

balnearum, d. — *praeliganti*, K. — *ocioris medicinae est*, Heins. ad Ovid. heroid. 9, 86.

§ 64. *cinctos*, d. — *Hercules eum*, d (codd. Barbari). *Herculaneum*, VRT. *Herculaneam* scil. *vim*, Gronov. Verba *quippe cum* — *prodiderit* Pintian. ut suppositicia delet; at maior corruptela in h. l. latet et plura excidisse apparet ex eo, quod sine ullo transitu ad superstitionem in numeris progreditur Plinius. — *et quare*, VRd. *quare*, *θ*. — *lippitudinem*, *θ*Vd. *lepitudinem*, R. *lippitudines*, *β*. — *prodest*, Rd. *potest*, V.

§ 65. *solum*, d. Omitt. VR. — *digestae*, VRTd. *digesta*, *βγ*. — *spadonum* — *fas sit*, R^{2}. Omitt. VR^{1}d. — *oculis*, R^{1}. — *obscuritates*, Vd. *oculos obscuritates*, R. — *algema*, VR^{1}d. *argama*, R^{2}. — *contra adustiones* — *pura*, omitt. VR^{1}. — *pura*, R^{2}d (codd. Gel.) *pituitam*, r. — *vermiculosve*, R^{1}.

§ 66. *oculis*, d. — *albo*, Td. *albi*, VR. *albumine*, *βγ*. — *strutocameli*, VRd. *struthiocameli*, *βγ*. — *busus oris*, V. — *haec*, V. — *cinis*, R^{2}d. *crinis*, VR^{1}. — *ervotiones*, V. — *exesis*, R. *ex eius*, Vd. — *rhagadiis*, d. *ragadiis*, R^{2}. *gradis*, VR^{1}.

§ 67. *fas sit*, VR. *pax sit*, Td. — *per se*, VRTd. *perfuso*, *β*. — *morsu*, VR. *morsui*, Td*γ*. — *ecinerumque*, V. — *rabido*, V. — *morsū*, R. — *guttu*, *θ*.

19. Auguria valetudinis ex ea traduntur, si mane candida, 68
dein rufa sit; illo modo concoquere, hoc concoxisse signifi-
catur. Mala signa rubrae, pessima nigrae, mala bullantis,
crassae, in qua quod subsidit si album est, significat circa
articulos aut viscera dolorem inminere, eadem viridis mor-
bum viscerum, pallida bilis, rubens sanguinis; mala et in
qua veluti furfures atque nubeculae adparent. Diluta quoque 69
alba vitiosa est, mortifera vero crassa gravi odore et in
pueris tenuis ac diluta. Magi vetant eius causa contra solem
lunamque nudari aut umbram cuiusquam ab ipso respergi.
Hesiodus iuxta obstantia reddi suadet ne deum aliquem nu-
datio offendat. Osthanes contra mala medicamenta omnia
auxiliari promisit matutinis suam cuique instillatam in pedem.
VII. 20. Quae ex mulierum corporibus traduntur ad por- 70
tentorum miracula accedunt, ut sileamus divisos membratim
in scelera abortus, mensum piacula quaeque alia non obste-
trices modo verum etiam ipsae meretrices prodidere. Capilli
si crementur, odore serpentis fugari, eodem nidore volvae
morbo strangulatas respirare; cinere eo quidem, si in testa 71
sint cremati vel cum spuma argenti, scabritias oculorum ac
prurigines emendari, item verrucas et infantium ulcera cum
melle, capitis quoque volnera et omnium ulcerum sinus ad-
dito melle ac ture, panos, podagras cum adipe suillo, sa-

§ 68. *Auguri*, VR. *Augurium*, Td. — *traduntur*, R^{2}. *tradentur*, θVR^{1}. *traditur*, Td. — *ruffa*, V. — *praessima*, V. — *crassae*, Vd. *et crassae*, Rβγ. — *in qua*, R. *in aqua*, Vd. — *subsidit si album*, d. *subdi zalbum*, V. *subdit album*, R^{1}. *subdia album*, R^{2}. — *significat*, R^{2}d. *significant*, VR^{1}. — *viridis*, R. *virilis*, Vd. — *sanguinis*, V^{2}R. *languidis*, V^{1}d. *pallida bilem, rubens sanguinem*, Dalec. — *in qua*, R^{2}. *in aqua*, VR^{1}d.

§ 69. *vitiosa*, R. *ultosa*, V. *ulcosa*, d. — *crassa*, d. *grassa*, R^{2}. Omitt. VR^{1}. — *odore*, d. *odores*, VR. — *ab ipso*, VRd. *ab ipsa*, β. — *respergi*, θVRTd. *aspergi*, β. — *Hesiodus* opp. et dies 727. — *optantia*, V. — *Osthanes*, R. *Osthanas*, θV. *Ophanes*, d. *Hostanes*, β. — *auxiliari promisit*, VRd. *promisit auxiliari*, βγ. — *matutinis*, VR. *matutinis horis*, dβγ. — *in*, om. R^{1}.

§ 70. *Quae de mulierum*, K. — *diviso*, VRd. — *mesum*, V. *mensium*, Rdβγ. — *Capillis*, R. — *nidore*, Dalec. VTd. *nitore*, θ. *odore*, Rβγ. — *strangulatas*, R^{2}. *strangulatis*, VR^{1}d.

§ 71. *eo quidem*, V. *meo quidem*, R^{2}. *quidem eo*, R^{1}Td. — *sit*, VR. — *ac prurigines*, R^{2}d. *aspruriginės*, V. *et prurigines*, R^{1}. — *emendat*, Vd. — *quoque*, Rd. *quodque*, V. — *volnera*, R^{2}d. *ulcera*, VR^{1}. — *et in omnibus ulceribus sinus*, r. — *sanguinemque*, V. *sanguinem*, R. *sanguine*, d. — *sistit*, V^{2}. — *inlito*, θVRTd. *illico*, β. — *informicationes*, θVRd. *formicationes*, βγ.

§ 72. *febri*, V. *febre*, Rdβγ. Ceterum v. Dioscor. 2, 78. — *infantem iam*, d. — *malacia*, Rd. *malatia*, V. *malitia*, θ. *mollitia*, Dalec. — *rosionibusque*, θVRTKd. *rosionibus*, β. — *tura*, V. — *icto*, VR. — *epiphora*, θVRd.

crum ignem sanguinemque sisti inlito et informicationes corporum.

21. De lactis usu convenit dulcissimum esse mollissimum- 72
que et in longa febri coeliacisque utilissimum maxume eius quae iam infantem removerit. Et in malacia stomachi, in febribus rosionibusque efficacissimum experiuntur; item mammarum collectionibus cum ture, oculo ab ictu cruore subfuso et in dolore aut epiphora, si inmulgeatur, plurumum prodest magisque cum melle et narcissi suco aut turis polline, superque in omni usu efficacius eius quae marem enixa sit multoque efficacissimum eius quae geminos maris et si vino ipsa cibisque acrioribus abstineat. Mixto praeterea ovorum 73
candido liquore additaque lana frontibus inpositum fluctiones oculorum suspendit; nam si rana saliva sua oculum adsperserit, praecipuum est remedium et contra morsum eiusdem bibitur instillaturque. Eum qui simul matris filiaeque lacte inunctus sit liberari omni oculorum metu in totam vitam adfirmant. Aurium quoque vitiis medetur admixto modice oleo aut, si ab ictu doleant, anserino adipe tepefactum; si sit odor gravior, ut plerumque fit longis vitiis, diluto melle lana includitur. Et contra regium morbum in oculis relictum 74
instillatur cum elaterio; peculiariter valet potum contra venena quae data sint e marino lepore, bupresti, ut Aristoteles tradit, dorycnion, et contra insaniam quae facta sit

epiphoris, *βγ*. — *aut turis*, Rd. *auctoris*, V. *et turis*, T. — *superque*, VRd. *semperque*, *βγ*. — *eius quae*, Vd. *ēē quae*, R (ex corr.) *eius esse quae*, r. — *geminos*, *θ*R^{1}Td. *geminos peperit*, VR^2*β*. — *abstineat*, R. *abstineatur*, V. *abstineat'*, d.

§ 73. *liquorem*, V. — *additaque*, ita nos scripsimus. *addidatque*, V. *madidataque*, T. *madidaque*, Rd*βγ*. — *item si rana*, Herel. ad Frontin. strat. p. 560. ed. Oudend. II. — *oculorum*, V. — *est*, d. *et*, VR. — *instillaturque*, *θ*VR^{1}Td. *instillatur*, K. *stillaturque*, R^2*β*. — *Eum qui*, RTd. *Eumque*, *θ*V. *Qui*, *β*. — *inunctus*, d. *inunctu*, R^2. *inuncta*, VR^1. — *omni*, RTd. *omnium*, *θ*V. Om. *β*. — *admixto modice*, VRTd. *modice admixto*, *β*. — *oleo*, VR. *opio*, *θ*K. *apio*, Td. — *doleant*, *θ*VRTd. *dolent*, *β*. — *si sit*, ita nos scripsimus. *sistit*, VRd*ϑ*. *si*, *βγ*. — *gravior*, Rd. *gravior sit*, V*ϑβγ*. — *lana madens inditur*, K.

§ 74. *regium morbum*, VRd. *morbum regium*, *βγ*. — *valet*, Rd. *datur*, V ex emend. — *sint*, VR^{1}d. *sunt*, R^2*βγ*. — *bupresti*, R^2. *bupraesti*, V^2. *bupresti mutatim*, d. *prestimutatim*, R^1. *praestimutatim*, V^1. *buprestique*, *βγ*. — *ut*, VRd. *et ut*, *γ*. — *dorycnum*, Rd. *dorhicnum*, V. De veritate scripturae dubitat Schneid. ad Nicandr. alex. 376., et sane in h. l. aliquid turbatum videtur, quia *dorycnion* a praegressa praepositione *contra* nimis est remotum, quam ut hinc aptum dici possit; non minus mirum est, quod statim infra *contra* denuo sequitur. Si in

*

hyoscyami potu. Podagris quoque iubent inlini cum cicuta, alii cum oesypo et adipe anserino, qualiter et volvarum doloribus inponitur. Alvom etiam sistit potum, ut Rabirius scribit, 75
et menses ciet, eius vero quae feminam enixa sit, ad vitia tantum in facie sananda praevalet. Pulmonum quoque incommoda lacte mulieris sanantur, cui si admisceatur inpubis pueri urina et mel Atticum, omnia coclearium singulorum mensura, murmura quoque aurium eici invenio. Eius quae marem peperit lacte gustato canes rabiosos negant fieri.

22. Mulieris quoque salivam ieiunae potentem diiudicant 76
cruentatis oculis et si contra epiphoras ferventes anguli oculorum subinde madefiant, efficacius si cibo vinoque se pridie ea abstinuerit; invenio et fascia mulieris adligato capite dolores minui.

23. Post haec nullus est modus. Iam primum abigi gran- 77
dines turbinesque contra fulgura ipsa mense nudato; sic averti violentiam caeli, in navigando quidem tempestates etiam sine menstruis. Ex ipsis vero mensibus, monstrificis alias, uti suo loco indicavimus, dira et infanda vaticinantur e quibus dixisse non pudeat, si in defectus lunae solisve congruat vis illa, inremediabilem fieri, non segnius et in si-

talibus hariolari liceret, ego dicerem Plinium *ut Aristoteles tradit. et contra insaniam* scripsisse omissa voce *dorycnion*, quae librario alicui debetur, quam ipsam lectionem cum maxime video codicem Petropolitanum infimae fidei exhibere. — *alii cum*, VR. *aliqui*, d. — *oesypo*, codd. Gel. *s//epo*, V. *esopo*, R². *meepo*, R¹. *mesipo*, d. — *qualiter et*, θVRT. *qualiter etiam*, dβγ.

§ 75. *potum*, R. *potu*, VTd. — *scripsit*, Td. — *menses*, Vd. *necse s*, R. — *in facie*, R². Omitt. VR¹d. — *si*, Vd. *sic*, R. — *et mel Atticum*, Rd (codd. Gel.) *et melaticum*, V. *vel mel Atticum*, βγ. — *coclearium singulorum*, VRd. *singulorum cochlearium*, codd. Gel. βγ. — *murmura*, codd. Gel. *marmora*, θVRdr. — *aureum*, V. — *amarem*, V. — *negant fieri*, VRd. *fieri negant*, βγ.

§ 76. *quoque salivam*, θVRdr. *salivam quoque*, β. — *ieiunae*, codd. Barbari. *ieiuna*, R¹. *ieiunam*, VR²d. — *cruentatis oculis*, VRd. *oculis cruentatis*, βγ. — *et sic*, Dalec. *et contra epiphoras si*, Broter. — *madefiant*, d (codd. Gel.) *madedificant*, V¹R. *madeficant*, V². — *fascia*, R. *fasciam*, Vβ. *fasciis*, Td.

§ 77. *mense nudato*, θVR¹T. *mense nudatos*, R². *ense nudato*, d. *mense nudata*, r. *ipsa in mense connudata*, Barbar. βγ. *ipsa in mense nudata*, Broter. — *quidam*, R. — *tempestatis*, R. — *ut*, Rd. — *indicavimus* 7, 63 seqq. — *defectus*, θVRTd. *defectu*, β. — *solisve*, Vd. *suae*, R. — *congruat vis*; pro his vv. habent *congruatis* VRd. — *morbum irremediabilem*, Dalec. — *in silente*, θVRTd. *silente*, codd. Gel. β. — *tum maribus*, R (codd. Gel.) *summaribus*, V. *si in maribus*, d.

§ 78. *purpuram*, d. *purpura*, V¹. *fulgora*, V²R (ex emend.) — *eo tempore ab his*, VR. *ab his eo tempore*, βγ. *eo tempore albis*, d. — *potui*, d. — *quoque*, R. — *menstruos*, R. — *urucas*, VR²d. *verrucas*, R¹. *erucas*, βγ. — *ac*, V. *et*,

lente luna, coitusque tum maribus exitialis esse atque pestiferos; purpuram quoque eo tempore ab his pollui; tanto 78
vim esse maiorem; quocumque autem alio menstruo, si nudatae segetem ambiant, urucas ac vermiculos scarabaeosque ac noxia alia decidere. Metrodorus Scepsius in Cappadocia inventum prodit ob multitudinem cantharidum; ire ergo per media arva reiectis super clunis vestibus. Alibi servatur ut 79
nudis pedibus eant, capillo cinctuque dissoluto; cavendum ne id oriente sole faciant; sementem enim arescere, item novellas vitis eius tactu in perpetuum laedi, rutam et hederam, res medicatissimas, illico mori. Multa diximus de hac violentia, sed praeter illa certum est apis tactis alveariis fugere, lina cum coquantur nigrescere, aciem in cultris tonsorum hebetari, aes contactu grave virus odoris accipere et aeruginem, magis si decrescente luna id accidat, equas si sint gravidae tactas abortum pati, quin et adspectu omnino, quamvis procul visas, si purgatio illa post virginitatem prima sit aut in virgine aetatis sponte. Nam bitumen in Iudaea 80
nascens sola hac vi superari filo vestis contactae docuimus. Ne igni quidem vincitur quo cuncta, cinisque etiam ille, si quis adspergat lavandis vestibus, purpuras mutat, florem co-

Rd. — *noxa*, V. — *alia*, VRd. *animalia*, K. — *medio*, R. — *reiectis*, Pint. et codd. ap. Oudend. ad Suet. Caes. 9. *retectis*, VRd$\beta\gamma$.

§ 79. *soluto*, T. — *calendum*, V. — *sementia*, VRd. — *novellas vites eius*, codd. Gel. *novelle*, VR. *novella*, Td. Mihi scribendum videtur: *item vitem novellam e tactu*; prorsus eadem ratione dicitur *ex attritu olere* 21, 38. — *laedi, rutam*, codd. Gel. *ledituruturtam*, R. *leditur ut am*, V. *////ledituruturt tamen*, d. — *ederam*, θRTd. *ederas*, V (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *medicatissimas illico mori*, codd. Gel. *medicatissima illico mori*, R. *medicatissimas illico mari*, d. *medicatissima sico mari*, V. — *hac*, Rd. *ac*, V. — *alvariis*, V. *alvarihis*, R. — *lina*, VRTd. *linaque*, β. — *cum coquantur*, VRTd. *cum inquinantur*, r. *cum contingantur*, K. *cum quibus cogantur, inquinantur*, codd. Salmas. exerc. p. 20. a. B. *cum quibus cudantur, inquinantur*, Salmas. — *hebetari*, Tr. *ebetari*, V. *ebetare*, d. *hebetescere*, R (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *contactu*, VRTd. *contactum*, $\beta\gamma$. — *odoris*, θVRTd. Omitt. codd. Gel. β. — *aspectu quamvis procul omnino*, r. — *virgine*, VRTd. *virginea*, β. — *aetatis sponte*, VB. *aetatis spontanea*, Td. *aetate*, $\delta\rho\varphi$. *aetate spontanea*, β. *virginitate sponte absumpta*, Pint.

§ 80. *Nam*, VR (codd. Gel.) *ut*, Td. — *bitumen*, Td (codd. Gel.) *ubi semen*, R (ex corr.) *u bi^{se}men*, V (post *u* una littera, post *i* duae videntur erasae). — *in Iudaea*, codd. Gel. *Iudaea in*, d. Omitt. VR. — *hac vi*, codd. Gel. *haec vi*, V. *haec vis*, Rd. — *superare*, Vd. — *vestis contactae*, d (codd. Gel.) *vesti conteste*, θV. *vesti contexte*, R (litterae *x* littera *c* suprascripta). *hac vi sponte superari, et in fila velut vestis contextae dispergi docuimus*, r. Ex vestigiis optimorum codd. Plinius *filo vestis ea* (sc. hac vi) *infectae* videtur scripsisse. — *docuimus* 7, 65. — *Ne*, R^{2}d (codd. Gel.) *Nec*, θVR^1. — *igni*, θRd. *igne*, V (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *aspargat*, VB; v. Wagner. ad Vergil. georg. 3, 419.

loribus adimit, ne ipsis quidem feminis malo suo inter se
inmunibus; abortus facit inlitu aut si omnino praegnans su-
pergradiatur. Quae Lais et Elephantis inter se contraria 81
prodidere de abortivis, carbone e radice brassicae vel myrti
vel tamaricis in eo sanguine exstincto, itemque asinas tot
annis non concipere quot grana hordei contacta ederint,
quaeque alia nuncupavere monstrifica aut inter ipsas pugnan-
tia, cum haec fecunditatem fieri iisdem modis quibus sterili-
tatem illa pronuntiaret, melius est non credere. Bithus Dur- 82
rachenus hebetata adspectu specula recipere nitorem tradit
iisdem aversa rusus contuentibus omnemque vim talem resolvi
si mullum piscem secum habeant; multi vero inesse etiam
remedia tanto malo, podagris inlini, strumas et parotidas,
panos, sacros ignis, furunculos, epiphoras tractatu mulierum
earum leniri; Lais et Salpe canum rabiosorum morsus et
tertianas quartanasque febris menstruo in lana arietis nigri
argenteo bracchiali incluso; Diotimus Thebanus vel omnino 83
vestis ita infectae portiuncula ac vel licio bracchiali inserto.
Sotira obstetrix tertianis quartanisque efficacissimum dixit
plantas aegris supterlini multoque efficacius ab ipsa muliere
et ignoranti; sic et comitialis excitari. Icetidas medicus quar-
tanas finiri coitu, incipientibus dumtaxat menstruis, spopon-
dit; inter omnis vero convenit, si aqua potusque formidetur 84
a morsu canis, supposita tantum calici lacinia tali, statim

abortus, VR. *abortum*, d (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *illitu*, Td. *illitus*, VR. — *supergradiatur*, VR. *supergrediatur*, d$\beta\gamma$. Ceterum v. Dioscor. 2, 97.

§ 81. *Lais et Elephantis*, codd. Gel. *Lais et Elepatis*, d. *Lais et Clepatis*, V. *Lagis et Elephantis*, R. — *inter se*, om. K. — *de*, omitt. VRd. — *abortivo*, K. — *e radice*, R. *ac radice*, Vd. — *vel myrti*, VRd (codd. Gel.) *vel myricae*, Barbar. — *itemque*, VRTd. *item*, $\beta\gamma$. — *tot annis non concipere*, Rd. *concipere tot annis*, V. *non concipere tot annis*, $\beta\gamma$. — *quod*, V. — *noncupavere*, V. — *sterilitatem illa*, VRd. *illa sterilitatem*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *pronuntiaret*, codd. Gel. *praenuntiaret*, VRd$\beta\gamma$. — *est*, Rd. Omitt. θV.

§ 82. *Bithus*, V (codd. optimi in indice libri primi). *Bythus*, Rdβ. *Bytus*, γ. Add. Salmas. exerc. p. 20. b. D. — *Durachinus*, R. *Dyrachinus*, V. *Dyracinus*, d. — *hebetata*, R. *hebetat*, d. *ebetat*, V. *hebetari aspectu speculorum nitorem; iisdem rursus adversa contuentibus omnem vim*, Barbar. — *aspectus*, d. — *aversas*, V[2]. — *rusus*, V. *rursus*, Rd$\beta\gamma$. — *malo*, θVd. *magis*, R (*gis* in rasura). *malo aiunt*, $\beta\gamma$. — *podagris*, VRd. *podagras*, $\beta\gamma$. — *panos*, R. *et panos*, Vd. — *mulierum earum*, VRd. *earum mulierum*, $\beta\gamma$.

§ 83. *vel omnino vestis*, θRTd. *vel omnino vestes*, V. *vestis omnino*, β. — *portiuncula*, R. *porcionē ullā*, V. *portione ulla*, d. — *vel licio*, Barbar. et codd. Gel. *vel pelicio*, θVR[1]. *vel pellicio*, R[2]Td. — *inserto*, Gesner. hist. anim. 1, 186.

metum eum discuti, videlicet praevalente sympathia illa Grae-
corum, cum rabiem canum eius sanguinis gustatu incipere
dixerimus. Cinere eo iumentorum omnium ulcera sanari cer-
tum est addita caminorum farina et cera, maculas autem e
veste eas non nisi eiusdem urina ablui; cinerem per se ro- 85
saceo mixtum feminarum praecipue capitis dolores sedare
inlitum fronti asperrimamque vim profluvi eius esse per se
annis virginitate soluta. Id quoque convenit quo nihil equi-
dem libentius crediderim, tactis omnino menstruo postibus
inritas fieri magorum artis, generis vanissimi, ut aestumare
licet. Ponam enim vel modestissimum e promissis eorum, ex 86
homine siquidem resegmina unguium e pedibus manibusque
cera permixta ita ut dicatur tertianae, quartanae vel coti-
dianae febri remedium quaeri ante solis ortum alienae ia-
nuae adfigi iubent ad remedia in his morbis, quanta vani-
tate si falsum est, quanta vero noxia si transferunt morbos!
Innocentiores ex his omnium digitorum resegmina unguium
ad cavernas formicarum obici iubent eamque quae prima
coeperit trahere conreptam subnecti collo; ita discuti morbum.

VIII. 24. Haec sunt quae retulisse fas sit ac pleraque 87
non nisi honore dicto; reliqua intestabilia, infanda, ut festi-
net oratio ab homine fugere; in ceteris claritates animalium
aut operum sequemur. Elephanti sanguis, praecipue maris,
fluctiones omnes quas rheumatismos vocant sistit. Ramentis 88

Confirmat T. *inserte*, R. *insertae*, V. *inserta*, Barbar. d*βγ*. — *aegris*, V. *aegri*, Rd*βγ*. — *et ignoranti*, VRd. *aliam ignoranti*, r. — *Icatidas*, VR. *Ichatidas*, d. — *quartana*, d. — *finiri coitu*, VRd. *coitu finiri*, *βγ*. — *popondat*, R^1.

§ 84. *lacinia menstruo tincta tali*, K. — *metum*, R. *metu*, Vd. — *dixerimus* 7, 64. — *e veste eas*, R^1. *evestias*, V^2. *eiceaesteneas*, V^1R^1. *eiiciet. Tenias*, d. — *ablui*, *θ*VRd. *elui*, *β*.

§ 85. *se rosaceo*, R^2. *soraceo*, VR^1d. — *dolores sedare*, VRd. *sedare dolores*, *βγ*. — *per se annis*, RTd. *pro se annis*, *θ*V. *primis annis*, *β*. — *soluta*, R. *resoluta*, *θ*VTd. — *quod*, VRd. — *omnino*, R^2. *omni*, VR^1Td.

§ 86. *Poena*, R^1. — *resigmina*, Vd. — *quartanae vel cotidianae*, RTd. *vel quotidianae vel quartanae*, V*βγ*. — *quaeri remedium*, T. — *his*, V. *iis*, Rd*βγ*. — *quanta vero*, R^1. *quantave*, VR^2d*βγ*. — *noxia*, *θ*VR. *noxa*, Pint. d*β*. — *Innocentiores*, VRTad. *ad innocentiores*, *β* ad superiora referens. Rationem loci interpungendi iam Pintian. perspexit. *ad innocentiores ex iis. Iidem ex omnibus digitis resegmina*, K. — *resigmina*, Rd. — *obici*, V^2. *ibici*, V^1. *abiici*, Rd*βγ*. — *eam quaque prima*, V. — *culo*, V. — *et ita*, K. — *morborum*, R^1.

§ 87. *pleraque*, R^1Td. *plereque*, V. *pleraque ex his*, R^2. *pleraque ex iis*, *βγ*. — *reliquid*, V. — *infanda*, VRd. *et infanda*, *βγ*. — *ab homine fugere*, VRd. *abfugere*, T. — *sequimur*, R^1. *sequeremur*, R^2. — *fluctionibus*, R^1.

eboris cum melle Attico, ut aiunt, nubeculae in facie, scobe
paronychia tolluntur. Proboscidis tactu capitis dolor levatur,
efficacius si et sternuat; dextra pars proboscidis cum Le-
mnia rubrica adalligata inpetus libidinum stimulat. Sanguis
et syntecticis prodest iocusque comitialibus morbis.
25. Leonis adips cum rosaceo cutem in facie custodit a 89
vitiis candoremque servat; sanat et adusta nivibus articulo-
rumque tumores. Magorum vanitas perunctis adipe faciliorem
gratiam apud populos regesve promittit, praecipue tamen eo
pingui quod sit inter supercilia, ubi esse nullum potest.
Similia dentis maxume a dextera parte villique e rostro in- 90
feriore promissa sunt. Fel aqua addita claritatem oculis in-
iunctis facit et cum adipe eiusdem comitialis morbos discu-
tit levi gustu et ut protinus qui sumpsere cursu id digerant.
Cor in cibo sumptum quartanis medetur, adips cum rosaceo
cotidianis febribus; perunctos eo bestiae fugiunt; resistere
etiam insidiis videtur.
26. Cameli cerebrum arefactum potumque ex aceto comi- 91
tialibus morbis aiunt mederi, item fel cum melle potum; hoc
et anginae; cauda arefacta solvi alvom, fimi cinere crispari
capillum cum oleo. Et dysintericis prodest inlitus cinis po-
tusque quantum tribus digitis capiatur, et comitialibus mor-
bis. Urinam fullonibus utilissimam esse tradunt itemque ul-

§ 88. *maculae*, K. — *Promoscidis*, V[2] (uti statim infra). — *et sternuat*, R (codd. Gel.) *externuat*, VTd. *et sternutet*, K. — *Sanguinis*, VR[1]. — *syntecticis*, VRd (codd. Gel.) *ischiadicis*, r. — *iocusque*, θV. *iecurque*, Rdβγ. Recepi illam formam secutus optimos codd. coll. § 265., quaerendum tamen, annon sit scribendum *iocurque*, quod legitur 32, 76. 114. 128. 135.

§ 89. *adips*, ita nos scripsimus. *adeps*, θr. *adipes*, VRd (codd. Gel.) βγ. Numerus pluralis huius loci in bonis ceterum codd. exstans inde ortus est, quod librarii ignorantes formam *adips* Plinio esse unice usitatam hanc per errorem pro *adipes* scriptam esse putarunt et proinde singularem numerum ubique in pluralem mutarunt. — *rosatio*, R. — *faciem*, VR. — *custodit*, θr. *custodiunt*, RVd (codd. Gel.) βγ. — *servat*, θr. *servant*, βγ. Omitt. VRTd. — *sanat*, θr. *sanant*, VRdβγ. — *articulorumque*, Rd. *articolorem*, V. *oculorumque*, θr. — *Magnorum*, VR. — *vanitas*, R[2]d (codd. Gel.) *vanitates*, θVR[1]r. — *adipe*, VR[1]d. *adipe eo*, R[2]. *eo adipe*, βγ. — *populos regesve*, θVRd. *reges populosve*, β.

§ 90. *maximi*, T. — *ad*, V. — *dextera*, VRd. *dextra*, βγ. — *inferiore*, R[2]. *inferiori*, d. *inferi*, VR[1]. — *unctis*, R[1]. — *facit*, VRd. *iacit*, θ. *acuit*, r. — *cursu*, Vd. *gustu*, R ex corr. — *digerunt*, V. — *Cor in cibo*, d. *Corimbo*, V. *Cor in cibos*, R[2]. *Cor in bos*, R[1]. — *adips cum*; pro his vv. habent *adipsum* Vd, *adipe cum* R[2], *adipum* R[1]. — *eos*, VR[1]. — *videtur*, R[2]. *videntur*, VTd. *suidentur*, R[1].

§ 91. *Camelli*, V. — *ang///inae*, R. — *caulae*, V. — *fumi canere*, V. — *Et*,

ceribus manantibus; barbaros servare eam quinquennio et heminis potam ciere alvom; saetas e cauda contortas et sinistro bracchio adligatas quartanis mederi.

27. Hyaenam magi ex omnibus animalibus in maxuma 92
admiratione posuerunt, utpote cui et ipsi magicas artis dederint vimque qua adliciat ad se homines mente alienatos. De permutatione sexus annua vice diximus ceteraque de monstrifica natura eius; nunc persequemur quaecumque medicinis produntur. Praecipue pantheris terrori esse traditur 93
ut ne conentur quidem resistere, et aliquid e corio eius habentem non adpeti; mirumque dictu, si pelles utriusque contrariae suspendantur, decidere pilos pantherae; cum fugiant venantem, declinare ad dexteram ut praegressi hominis vestigia occupent, quod si successerit, alienari mentem ac vel ex equo hominem decidere; at si in laevam detorserit, deficientis argumentum esse celeremque capturam; facilius autem capi si cinctus suos venator flagellumque inperitans equo septenis adligaverit nodis. Mox, ut est sollers ambagi- 94
bus vanitas magorum, capi iubent geminorum signum transeunte luna singulosque prope pilos servari; capitis dolori inligatam cutem prodesse quae fuerit in capite eius; lippitudini fel inlitum frontibus aut, ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus et croci uncia inun-

VR^1d. *ad*, R^2. — *et comitialibus*, VRd. *etiam comitialibus*, r. — *barbaros*, θV^1R^1Td. *barbaros constat*, V^2R^2β. — *servare eam*, VRd. *eam servare*, βγ. — *potam*, ita nos scripsimus. *pota*, dβγ. *potae*, V. *pote*, R. *potu*, r. — *setas e cauda*, R^2. *seta secunda*, V. *s; a secunda*, d. *secundo*, R^1. — *sed*, R^2. — *alligatas*, θVRTd. *adalligatas*, codd. Gel. β. *illigatas*, r.

§ 92. *Hienam*, V. — *posuerunt*, VRd. *prostituunt*, r. — *dederint*, V^1d. *dederunt*, V^2R. — *quia*, R^1. — *mente*, d. *mentes*, V^1R^1. *mentis*, V^2R^2. — *alienantes*, R^1. *alienantos*, R^2. — *De permutatione*, θVR^2 (codd. Gel.) *Permutatione*, R^1d. *De permutationis*, β. — *diximus* 8, 105. — *de*, omitt. VR^1d. — *monstrifica*, VRd (codd. Gel.) *monstrifico*, θ. — *natura*, Rd (codd. Gel.) *naturae*, θV. — *quaecumque*, R. *quaecum////*, d. *quae cum*, θVT.

§ 93. *terroris*, VR^1. — *esse*, θVRTd (codd. Gel.) *esse hyaenae*, r. — *traditur*, θVRTd. *traduntur*, r (codd. Gel.) β. — *conentur*, VR^2d. *conventus*, R^1. — *aliqui*, d. — *e*, θVR. *de*, Tdβ. — *eius*, θVRTd. *earum*, β. — *pelle*, VR^1. — *declinare*, R^2. *declinantem*, VR^1d. — *dexteram*, VR. *dextram*, dβγ. — *praegressi*, VR. *praetergressi*, Tdγ. — *mentem*, θVR. *mente*, dβγ. — *ac*, om. r. — *decidere*, R. *decipere*, Vd. — *at*; pro h. v. habent *ut* VR^1d, *aut* r; om. R^2. — *leva*, VRd. — *facilemque*, r. — *inperitans equo*, Rd (codd. Gel.) *inperitas equos*, V. *et ipsos equos*, K. — *septinis*, V.

§ 94. *ut est*, Vd. *aut*, R^1. *est*, R^2. *autem*, r. — *magnarum*, V. — *iubet*, K. — *prope*, R. *pro*, Vd. — *inligatam*, θVRTd. *alligatam*, βγ. — *lippitudini*, Rd. *libidine*, V (ad marg. *loteros* adscriptum). — *uncia*, Rd. *in uncia*, θV.

ctum; sic et caligines discuti et subfusiones. Claritatem 95
excitari melius inveterato medicamento, adservari autem in
Cypria pyxide; eodem sanari argema, scabritias, excrescen-
tia in oculis, item cicatrices, glaucomata vero recentis ioci-
neris inassati sanie cum despumato melle inunctis. Dentis
eius dentium doloribus tactu prodesse vel adligatos ordine,
umeros umerorum et lacertorum doloribus; eiusdem dentis,
si de sinistra parte rostri eruti sint, inligatos pecoris aut
capri pelle stomachi cruciatibus. Pulmones in cibo sumptos 96
coeliacis, ventriculis cinerem cum oleo inlitum, nervis medul-
las e dorso cum oleo vetere ac felle, febribus quartanis iocur
degustatum ter ante accessiones, podagris spinae cinerem
cum lingua et dextro pede vituli marini addito felle taurino,
omnia pariter cocta atque inlita hyaenae pelle; in eodem
morbo prodesse et fel cum lapide Assio. Tremulis, spasticis, 97
exsilientibus et quibus cor palpitet aliquid ex corde coctum
mandendum ita ut reliquae partis cinis cum cerebro hyaenae
inlinatur; pilos etiam auferri hac compositione inlita aut per
se felle, evolsis prius quos renasci non libeat; sic et pal-
pebris inutilis tolli. Lumborum doloribus carnis e lumbis
edendas inlinendasque cum oleo. Sterilitatem mulierum emen-
dari oculo cum glycyrriza et aneto sumpto in cibo, promisso
intra triduum conceptu. Contra nocturnos pavores umbra- 98
rumque terrorem unus e magnis dentibus lino adligatus suc-
currere narratur; furentis suffiri eodem et circumligari ante
pectus cum adipe renium aut iocinere aut pelle praecipiunt.

§ 95. *melius*, VRd. *et melius*, T. — *argemata*, Kd. — *vero*, R. *verum*, Vd. — *recentis iocineris*, Vd. *iocineris recentis*, Rβγ. — *inassatis ante*, V. — *inuncta*, K. — *vel*, om. K. — *alligatos*, θVRdr. *adalligatos*, βγ. — *ordine humeros*, V. *umeri ordine*, Rd. *humeros ordine*, T. — *et*, om. T. — *lacertorum lacertos*, Pint. — *si*, om. r. — *rostri eruti sint*, omitt. VR^{1}Tdr. *rostri*, R^2. — *inligatos*, θVRdr. *alligatos*, β.

§ 96. *iliacis*, r (codd. Barbari). — *illitu*, d. — *vetere oleo*, d. — *ac felle*, VRd. *ac melle*, K. — *iocur*, R. *iecur*, Vdβγ. — *ter*, VRd (codd. Gel.) Om. r. — *podagri*, V. — *pelle*, VR. *pelle'*, d. *pelli*, K. — *Asio*, θVRd.

§ 97. *spasticis*, VRd. *ischiadicis*, r. — *exilientibus*, V. — *coctum*, θVRTd. Om. β. — *hac compositione*, Rd. *a compositione*, V. — *illita aut per se felle*, Rd. *illita vel per se felle*, VT. *per se illita aut cum felle*, K. — *quos*, R. *quam*, Vd. — *sedandas*, V. — *emendare*, R. — *oculo cum*, d. *oculorum*, VR^1. *oculorum cum*, R^2. — *cliceriza*, VR^1. — *aneto*, R. *anetho*, Vdβγ.

§ 98. *lino alligatus succurrere narratur*, VR^2. *lino alligatus*, R^{1}d. *adalligatus prodest*, r. — *furentes suffiri*, R^2. *suffiri furentes*, VR^{1}d. — *pectus*, R^2. *pectus suum*, θVTd. *pedes suum*, R^1. — *renium*, VRTd. *renum*, β. — *iocinere*, Vd.

Mulieri candida a pectore hyaenae caro et pili septem et
genitale cervi, si inligentur dorcadis pelle, collo suspensa
continere partus promittuntur. Venerem stimulare genitalia 99
ad sexus suos in melle sumpta etiamsi viri mulierum coitus
oderint, quin immo totius domus concordiam eodem genitali
et articulo spinae cum adhaerente corio adservatis constare;
hinc ruinae articulum sive nodum atlantion vocant; est au-
tem primus; in comitialium quoque remediis habent eum.
Adipe accenso serpentis fugari dicunt, maxilla conminuta in 100
aneso et in cibo sumpta horrores sedari, eodem suffitu mu-
lierum menses evocari; tantumque est vanitatis ut, si ad
bracchium adligetur superioris dextrae partis rostri dens, ia-
culantium ictus deerraturos negent. Palato eiusdem arefacto
et cum alumine Aegyptio calefacto ac ter in ore permutato
fetores et ulcera oris emendari, eos vero qui linguam in cal-
ciamento sub pede habeant non latrari a canibus. Sinistra parte 101
cerebri naribus inlita morbos perniciosos mitigari sive hominum
sive quadripedum. Frontis corium fascinationibus resistere,
cervicis carnis, sive mandantur sive arefactae bibantur, lumbo-
rum doloribus; nervis a dorso armisque suffiendos nervorum
dolores, pilos rostri admotos mulierum labris amatorium esse,
iocur in potu datum torminibus et calculis mederi. Nam cor 102
in cibo potuve sumptum omnibus doloribus corporum auxi-
liari, lienem lienibus, omentum ulcerum inflammationibus
cum oleo, medullas doloribus spinae et nervorum lassitudini.

iocineri, R^2. *iocineribus*, R^1. — *candida*, VRd. *praegnanti*, r. — *cervi si*, R. *cervis*, V. *cervicibus*, d. — *collae*, V. — *promittuntur*, θVRdr. *promittunt*, codd. Gel. β.

§ 99. *stimulare genitalia* et *sumpta*, θVRTd. *stimulari genitali* et *sumpto*, β. — *adservatis*, VRd (codd. Gel.) *conservatis*, r. — *hinc*, θVR^1Td. *hunc*, R^2γ. *quem*, β. — *ruinae*, R^2. *spinae*, VR^1Tdβγ. — *adlantion*, V. — *comitialibus*, d. — *adhibent*, K.

§ 100. *maxilla*, θVRTd. *maxillae parte*, β. — *in aneso*, V. *in aniso*, Rdβ. *cum aniso*, K. — *sumpta*, om. R^1. — *suffitu*, d. *suffito*, R^2. *suffitis*, θR^1r. *suffittis*, V. — *mulierum*, VRd (codd. Gel.) *mulieribus*, r. — *alligetur*, θVRTd. *adalligetur*, β. — *superioris*, d. *superiori*, VRT. — *dextrae partis rostri*, R^2. *dextra parte rostri*, VR^1Td. *rostri dextrae partis*, βγ. — *calefacto*, VRd. *calfacto*, γ. — *emendare*, VR.

§ 101. *mitigare*, VRd. — *arefactae bibantur*, VRd. *bibantur arefactae*, βγ. — *suffiendos*, Rd. *sufficiendos*, V. *fugandos*, r. — *iocur*, V. *iecur*, RTdβγ. — *in potu datum*, θVRTd. *potum*, β.

§ 102. *Nam*, θVTd. *Iam*, Rβγ. — *potuve sumptum*, R^2d. *potune sumptum*, V. *potu*, R^1. — *auxiliare*, R^1. — *inflammationis*, VR.

Renium nervos potos in vino cum ture fecunditatem resti-
tuere ademptam veneficio; volvam cum mali punici dulcis
cortice in potu datam prodesse mulierum volvae; adipe a
lumbis suffiri parientis difficulter et statim parere. E dorso 103
medullam adalligatam contra vanas species opitulari, spasticis
genitale e maribus suffitu, item lippientibus, ruptis et contra
inflammationes servatos pedes tactu, laevos dexteris partibus,
dexteros laevis. Sinistrum pedem superlatum parturienti le-
talem esse, dextro inlato facile eniti. Membranam quae fel
continuerit cardiacis potam in vino vel in cibo sumptam suc-
currere, vesicam in vino potam contra urinae incontinentiam;
quae autem in vesica inventa sit urina, additis oleo ac se-
samis et melle, haustam prodesse aegrimoniae veteri. Costa- 104
rum primam et octavam suffitu ruptis salutarem esse, ex
spina vero parturientibus ossa, sanguinem cum polenta
sumptum torminibus; eodem tactis postibus ubicumque ma-
gorum infestari artis, non elici deos nec conloqui, sive lu-
cernis sive pelvi, sive aqua sive pila, sive quo alio genere
temptetur. Carnes si edantur, contra rabidi canis morsus
efficacis esse, etiamnum iocur efficacius. Carnis vel ossa 105
hominis quae in ventriculo occisae inveniantur suffitu po-
dagricis auxiliari; si ungues inveniantur in his, mortem ali-
cuius capientium significari. Excrementa sive ossa reddita,

Renium, θVRTdr. *renum*, β ad superiora referens ita, ut a *Nervos* incipiat nova periodus. — *veneficiis*, Td. — *cum mali*, VR^{2}d. *comma mali*, R^1. — *data*, V. — *adipe a*, VTd. *adipsoea*, R. *adipe e*, βγ. — *parientes difficulter*, VRd. *difficulter parientes*, βγ.

§ 103. *medulla*, V. — *spasticis*, VRd. *ischiadicis*, r. — *lipientibus*, VR. — *inflammationes*, Rd. *inflationes*, θVT. — *servatos* quid h. l. sibi velit, nemo facile explicet. Vox corrupta, et quid in talibus ineptiis verum sit, vix inveniatur. Num forte *fervefactos* scribendum? — *tactu laevos*, Rd. *tactulae vox*, V. — *dexteris* et *dexteros*, Rd. *dextris* et *dextros*, Vβγ. — *superlatu*, V. — *niti*, d. — *continuerit*, θVRTd. *continuerat*, r. *contineat*, β. — *potam*, d (codd. Gel.) *pota*, VR. — *sumpta*, V. — *succurre*, R^2. *contra succurrere*, VTd. *contra succurre*, R^1. — *sesamis*, Td. *sebamis*, V. *sebanis*, R. *sesamo*, βγ. — *haustam*, codd. Gel. *asiam*, VR. *has iam*, d. — *aegrimoniae*, codd. Barbari et Gel. *acrimoniae*, K (alii codd. Barbari). *aegrimonio*, d. *egrimonio*, VR^2. *melli egrimonio*, R^1. *argemo*, alii codd. Barbari.

§ 104. *raptis*, θT. — *pina*, V. — *vero*, om. d. — *sanguine* et *sumpto*, d. — *infestant*, T. — *sive lucernis*, d (codd. Gel.) *sine lucernis*, VRβ. — *pelvi*, codd. Gel. *lvi*, V^{1}R^1. *pulvi*, V^{2}R^2. *///vi*, d. *pelvibus* vel *pluviis*, Barbar. — *sive aqua*, VRd. *sive visu sive aqua*, K. — *quo*, Rd. *quod*, θV. — *temptetur*, θVR^1. *temptentur*. R^{2}dβγ. — *rabidi canis*, VRd. *canis rabidi*, βγ. — *etiannum*, V. — *iocur*, VR. *iecur*, dβγ.

cum interimatur, contra magicas insidias pollere. Fimum quod in intestinis inventum sit arefactum ad dysintericos valere potum inlitumque cum adipe anserino toto corpore opitulari laesis malo medicamento, a cane vero morsis adipem inlitum et corium substratum. Rursus tali sinistri cinere de- 106
cocto cum sanguine mustelae perunctos omnibus odio venire; idem fieri oculo decocto. Super omnia est quod extremam fistulam intestini contra ducum ac potestatum iniquitates conmonstrant et ad successus petitionum iudiciorumque ac litium eventus, si omnino tantum aliquis secum habeat; at eiusdem cavernam sinistro lacerto religatam, si quis mulierem prospiciat, amatorium esse tam praesens ut illico sequatur; eiusdem loci pilorum cinerem ex oleo inlitum viris qui sint probrosae molliciae severos, non modo pudicos mores induere.

28. Proxume fabulosus est crocodilus, ingenio quoque ille 107
cui vita in aqua terraque conmunis; duo enim genera eorum. Illius e dextra maxilla dentes adalligati dextro lacerto coitus, si credimus, stimulant; canini dentes febris statas arcent ture repleti, — sunt enim cavi, — ita ne diebus quinque ab aegro cernatur qui adalligaverit. Idem pollere et ventre exemptos lapillos adversus febrium horrores venientis tradunt; eadem de causa Aegyptii perungunt et adipe aegros

§ 105. *quae*, VRTd. *si quae*, βγ. — *suffitu* — *inveniantur*, omitt. R^1d. — *podagricis*, V. *podagris*, Rdγ. — *unguis*, V. — *in his*, om. d. — *significare*, d. — *interimatur*, θ. *interematur*, VR. *interimitur*, dβγ. — *quod*, VRTd (codd. Gel.) *qui*, r. — *in*, om. V. — *inventum*, VRTd (codd. Gel.) *inventus*, r. — *toto corpore opitulari*, VRd. *opitulari toto corpore*, βγ. — *malo*, VR. *malum*, d. — *medicamento* — *inlitum*, omitt. R^1d.

§ 106. *perunctis omnibus optata venire*, r. — *potestacium*, V. — *tantum*, VRd. *aliquantum*, r. *tantillum*, K^1. *aliquantulum*, K^2. — *aliquis secum*, VRd. *quia secum*, K. — *habeat*, V^2R (codd. Gel.) *hab*, V^1. *habet*, θd. — *at*, K. *ad*, θVd. Omitt. Rβγ. — *eius*, K. — *cavernam*, θ. *caverna*, V^1Rdβγ. *cavernas*, V^2. — *sinistro*, θV^1R. *in sinistro*, V^2d. — *religatam*, θR^1d. *alligatam*, R^2. *alligata*, Vβγ. — *prospiciat*, θVRTd. *respiciat*, βγ. — *cinere ex oleo illito viros*, r. — *sunt*, d. — *molliciae*, R. *mollicia*, V (post *a* erasis duabus litteris). *mollitiei*, dβγ. — *severos non modo pudicos*, θVRd. *non modo pudicos, sed et severos*, β. — *inducere*, K.

§ 107. *fabulosis*, V. — *est*, R^2d. *et*, VR^1. — *crocodilos*, VR^1. — *ingenio*, RTd. *ingento*, V. *ingens*, Hard. γ. — *ille*, VRTd. *illo*, β. — *canini*, VRTd. *canini eius*, βγ. — *ture*, VR (codd. Gel.) *ut*, Td. — *alligaverit*, d. — *Iidem* sc. magi, Dalec. — *et ventre*, R. *ventre*, Vd. — *horrores*, R. *horrore*, Vd. — *eadem*, R^2. *etiam*, VR^1. *hac etiam*, Td. — *et adipe*, R. *adipe*, Vd.

suos. Alter illi similis, multum infra magnitudine, in terra 108
tantum odoratissimisque floribus vivit; ob id intestina eius
diligenter exquiruntur iucundo nidore farta. Crocodileam vocant, oculorum vitiis utilissimam cum porri suco inunctis et
contra subfusiones vel caligines. Inlita quoque ex oleo cy- 109
prino molestias in facie nascentis tollit, ex aqua vero morbos omnis quorum natura serpit in facie, nitoremque reddit; lentigines tollit ac varos maculasque omnis et contra comitialis morbos bibitur ex aceto mulso binis obolis, adposita menses ciet. Optuma quae candidissima et friabilis minumeque ponderosa, cum teratur inter digitos fermentescens;
lavatur ut cerussa. Adulterant amylo aut Cimolia, sed ma- 110
xume qui captos oryza tantum pascunt. Felle inunctis oculis ex melle contra subfusiones nihil utilius praedicant. Intestinis et reliquo corpore eius suffiri volva laborantis salutare tradunt, item velleribus circumdari vapore eiusdem infectis. Cori utriusque cinis ex aceto inlitus his partibus quas secari opus sit aut nidor cremati sensum omnem scalpelli aufert.
Sanguis utriusque claritatem visus inunctis donat et cica- 111
trices oculorum emendat. Corpus ipsum excepto capite pedibusque elixum manditur ischiadicis tussimque veterem sanat, praecipue in pueris, item lumborum dolores. Habent et adipem quo tactus pilus defluit; hic perunctos a crocodilis

§ 108. *magnitudine*, VRTd. *magnitudinem*, *β*. — *odore*, K. — *farta*, V. *farcta*, codd. Barbari, *β*. *referta*, RTKd*γ*. *refercta*, alii codd. Barbari. — *Crocodillea*, V. — *vocant. Oculorum vitiis utilissima*, r. — *inunctis*, VRd. *inuncta*, r. *inunctam*, K.

§ 109. *nascentis*, V^{2}R^{1}d. *enascenti*, R^2. *enascentis*, V^1. *enascentes*, *βγ*. — *varas*, V ex emend. — *maculasque omnes*, *θ*VRd. *omnesque maculas*, *β*. — *morbos*, R^2. Omitt. *θ*VR^{1}d. — *quae est*, r. — *ut cerussa*, d. Omitt. VR.

§ 110. *aut Cimolia*, R^{2}d. *autem oluis*, V. *aut olias*, R. Ceterum v. Dioscor. 2, 98. — *qui*, R^2 (codd. Gel.) *sui*, VR^{1}d (codd. Barbari). *qui sturnos captos oryza tantum pascunt* aut *sturni quos captos oryza pascunt*, Barbar. — *orizia*, V. — *vulvam laborantis*, r. — *eiusdem*, *θ*VRd. *eius*, *β*. — *crenti*, d.

§ 111. *donat et*, omitt. VRTd. — *sanat*, d. *sanant*, VR. — *Habent*, VR^2. *Habas*, R^{1}d. — *et*, om. V. — *hoc*, VRd. — *perunctos*, R. *perunctus*, V. *perungi ossa*, d. — *crocodillus*, V. — *tuetur*, R. *retur*, V. *tue*, d. *defendit*, r. — *ossibus*, d. — *alius colos*, R. *alius color*, Vd*βγ*. *aries*, r. — *et*, Vd. *ex*, R. — *et quae primo p. genita sit*, r.

§ 112. *chamaeleonem*, *θ*VRd. *chamaeleontem*, Ambr. I. II. *β*. — *desecratum*, Rd. *desegratum*, V (Ambr. I. II.) *dissecatum*, K^1 (codd. Barbari). *dissectum*, K^2. — *nostra*, VR^{2}d. *nostra voluptatis*, R^1. — *et*, VRd. *ex*, T. *extra magnitudinem*, Pint. Ceterum multa ex h. l. transcripsit Gellius 10, 12. nominato auctore. — *spinae*, VR (codd. Barbari). *spina*, d. — *acutiore curvatura*,

tuetur instillaturque morsibus. Cor adnexum in lana ovis
nigrae cui nullus alius colos incursaverit et primo partu ge-
nitae quartanas abigere dicitur.
29. Iungemus illis simillima et peregrina aeque animalia 112
priusque chamaeleonem peculiari volumine dignum existu-
matum Democrito ac per singula membra desecratum non
sine magna voluptate nostra, cognitis proditisque mendaciis
Graecae vanitatis. Similis et magnitudine est supra dicto
crocodilo, spinae tantum acutiore curvatura et caudae am-
plitudine distans. Nullum animal pavidius existumatur et 113
ideo versicoloris esse mutationis. Vis eius maxuma contra
accipitrum genus; detrahere enim supervolantem ad se tra-
ditur et voluntarium praebere lacerandum ceteris animalibus.
Caput eius et guttur si roboreis lignis accendantur, imbrium
et tonitruum concursus facere Democritus narrat; item iocur
in tegulis ustum. Reliqua ad veneficia pertinentia quae dicit, 114
quamquam falsa existumantes omittemus, praeterquam ubi
inrisu coarguendum. Dextro oculo, si viventi eruatur, albu-
gines oculorum cum lacte caprino tolli, lingua adalligata pe-
ricula puerperi; eundem salutarem esse parturientibus, si sit
domi, si vero inferatur, perniciosissimum. Linguam si vi-
venti adempta sit ad iudiciorum eventus pollere, cor ad-
versus quartanas inligatum lana nigra primae tonsurae. Pedem 115

VR (codd. Barbari). *ac vitio menstruatura*, d. *vitio ac recurvatura*, r. *vitio ac recurvaturae*, cod. Salmas. exerc. p. 613. b. A., qui *tantum ut in pisce curvatura* legit. — *caule*, d. — *amplitudine distans*, d (cod. Salmas.) *amplitudinem*, VR.

§ 113. *supervolantem*, θVRTd. *supra volantem*, β. — *et*, Rd. *ei*, V. — *voluntarium*, VRd. *devolutum*, K[1]. *volucrum pr. lacerandam*, K[2]. *sponte sua*, Gell. — *concursus*, R. *cursus*, Vd. — *iocur*, V. *iecur*, Rdβγ.

§ 114. *dic^{un}t*, V (littera *i*, uti videtur, erasa). — *tamquam*, Kr. At Plin. dicit se, quamquam illa veneficia falsa eoque nemini nocitura existimet, tamen ea omittere, nisi ubi Democritus ipso irrisu refutetur, omittere ea de causa, quia timendum tamen sit, ne quis iis utatur et ita aut sibi aut aliis aliquam noxam afferat. — *coarguendum*, d (codd. Gel.) *coarguentium*, VR. *coarguendus*, K. Ex optimorum librorum vestigiis scribendum videtur: *praeterquam ubi irrisu coarguetur. Iam dextro* rell. *Irrisu Democritus coarguitur* eodem modo dicitur, quo *quam sententiam proventus coarguit* 11, 46., *coarguuntur cervarum natura* 11, 128., *libet hanc partem singulorum conscientia coarguere* 28, 22. Particula vero *iam* ex usu Pliniano (v. ad 33, 159.) inservit exemplis enumerandis. Scriptura vulgata interpolationi debita contortam modo explicationem admittit. — *alligata*, r. — *parientibus*, codd. Gel. — *si sit*, d (codd. Gel.) *sisti*, VR. *circa domum*, K. — *sin vero domibus infertur*, r. — *adempta*, Vd. *exempta*, Rβ. — *lana nigra*, VRd. *nigra lana*, βγ.

e prioribus dextrum hyaenae pelle adalligatum sinistro brac-
chio contra latrocinia terroresque nocturnos pollere, item
dextram mamillam contra formidines pavoresque, sinistrum
vero pedem torreri in furno cum herba quae aeque chamae-
leon vocetur, additoque unguento pastillos eos in ligneum
vas conditos praestare, si credimus, ne cernatur ab aliis qui
habeat. Armum dextrum ad vincendos adversarios vel hostis 116
valere, utique si abiectos eiusdem nervos calcaverit; sinistrum
umerum quibus monstris consecret, qualiter somnia quae velis
et quibus velis mittantur, pudet referre; somnia ea dextro pede
resolvi sicut sinistro latere lethargos quos fecerit dexter. Sic ca-
pitis dolores insperso vino in quo latus alterutrum maceratum
sit sanari. Feminis sinistri vel pedis cinere si misceatur lac
suillum, podagricos fieri inlitis pedibus. Felle glaucomata et 117
subfusiones corrigi prope creditur tridui inunctione, serpentis
fugari ignibus instillato, mustelas contrahi in aquam coniecto,
corpore vero inlito detrahi pilos. Idem praestare narrant
iocur cum ranae rubetae pulmone inlitum, praeterea iocinere
amatoria dissolvi, melancholicos autem sanari si ex corio cha-
maeleonis sucus herbae tepente bibatur; intestina et fartum
eorum, cum animal id nullo cibo vivat, cum simiarum urina
inlita inimicorum ianuae odium omnium hominum his con-
ciliare. Cauda flumina et aquarum inpetus sisti, serpentis 118

§ 115. *hyaenae pelle*, V. *pelle hyaenae*, Rd. — *erroresque*, V (una littera ab initio erasa). — *valere*, K. — *maxillam*, K. — *quae aeque*, θVRTd. *quae etiam*, β. — *vocatur*, T. — *pastillos eos*, V. *in pastillos eos*, R. *in pastillos digeri; eos*, dβγ. — *in*, θTd. *ad in*, VR. — *ligneum vas*, θVRTd. *ligneo vase*, β. — *crediorum'*, R[1]. — *quid*, VR.

§ 116. *vel hostes*, Rd. *vel ostes*, V. Om. r. — *nervos aliquis calcaverit*, K[1]. *nervos calcaverint*, K[2]. — *humerum*, VRd. *mirum*, r. *vero*, Pint. Mihi ipsa vox suppositicia videtur, quia *armum* proxime praecessit. — *et quibus*, R. *ac quibus*, θVd. — *mittantur*, d. *mittant*, VR. *mittat*, K. — *somnia*, Pint. *omnia*, VRdβγ. — *dexter*, θVRTdr. *dextrum*, β. — *Sic*, Td. *sit*, VR. Omitt. βγ. — *laus*, V. — *sit maceratum*, d. — *Feminis*, VRd (codd. Gel.) *Si feminis* infra omisso *si*, T. *sanari feminis. Si sinistri* item infra omisso *si*, K. — *cinere*, VR. *cineri*, d (codd. Gel.) βγ. — *si*, codd. Gel. Omitt. VRTKd.

§ 117. *creditur prope tridui*, K. — *iniunctione*, V. — *ignibus*, R (codd. Gel.) *lenibus*, θVd. *liene*, r. — *coiecto*, V. — *corpore*, V. *corpori*, Rd. — *narrant iocur*, ita nos scripsimus. *narratio cur*, V[1]. *narratio cor*, V[2]. *narrant iecur*, Rdβγ (coll. ad § 88.). — *ranae*, Rd. *rana*, V. *vivae*, r. — *propterea iocineri amatori ad id solvi*, V. — *chamaeleonis*, θVRd. *chamaeleontis*, β. — *sucus herbae*, θVRTd. *herbae succus*, βγ. — *tepente*, Hard. *debente*, VR[2]. *bebente*, R[1]. *hebente*, Tdρφ. *habente*, δ. *gentilis* i. e. cognominis, Gronov. Omitt. βγ. Hard. quamquam in universum verum attigit, paulo ulterius tamen progrediendum videtur ac le-

soporari; eadem medicata cedro et murra inligataque gemino ramo palmae percussam aquam discuti ut quae intus sint omnia adpareant; utinamque eo ramo contactus esset Democritus, quoniam ita loquacitates inmodicas promisit inhiberi. Palamque est virum alias sagacem et vitae utilissimum nimio iuvandi mortalis studio prolapsum.

30. Ex eadem similitudine est scincus quem quidam terre- 119
strem crocodilum esse dixerunt, candidior autem et tenuiore
cute; praecipua tamen differentia dignoscitur a crocodilo
squamarum serie a cauda ad caput versa; maxumus Indicus,
deinde Arabicus; adferuntur salsi. Rostrum eius et pedes in
vino albo poti cupiditates veneris accendunt, utique cum
satyrio et erucae semine, singulis drachmis omnium ac pi-
peris duabus admixtis, ita ut pastilli singularum drachmarum
bibantur; per se laterum carnes obolis binis cum murra et
pipere pari modo potae efficaciores ad idem creduntur. Prod- 120
est et contra sagittarum venena, ut Apelles tradit, ante post-
eaque sumptus; in antidota quoque nobilia additur. Sextius
plus quam drachmae pondere in vini hemina potum perni-
ciem adferre tradit, praeterea eiusdem decocti ius cum melle
sumptum venerem inhibere.

31. Est crocodilo cognatio quaedam amnis eiusdem gemi- 121
nique victus cum hippopotamo, repertore detrahendi sangui-

gendum: *tepens ebibatur*, quia magis refert sucum tepere quam corium. Ceterum in *tepens* quoque idem Hard. incidit. — *fartum eorum*, Daleč. R. *farctum eorum*, T. *fartis meorum*, V¹d. *partem eorum*, V². *sartis meorum*, ρφ. *falsum eorum*, θ. *corum*, δ. *fimum eorum*, β. — *cum*, VR²d. *aim*, R¹. — *animal id*, R². *animal*, VR¹d. *id animal*, βγ. — *bibat*, V. Ceterum v. 8, 121. — *cum*, omitt. VRd. — *urinam*, VR. — *ianuae*, VR (codd. Gel.) *sane*, Td.

§ 118. *palmae*, Rd. *palmo*, θV. — *ut quae*, d. *utq;*, R². *vaq;*, R¹. *utique*, V. — *utinamque eo*, Rd. *ut in aquae*, V. *atque utinam eo*, r. — *ita*, VRd. *illita*, K. — *proba ipsum*, R.

§ 119. *quem*, R. *et*, VTd. Ceterum v. Dioscor. 2, 71. — *candidior*, VRTdr. *candidiore*, θβ. — *autem*, θVRTdr. *tamen*, β. — *tenuior*, Td. — *dinoscitur*, V. — *serie*, RTKd. *serte*, V. *seta*, β. — *versa*, Rd. *tunsa*, V. — *poti*, R. *potu*, VTd. — *acedunt*, V. — *cum*, omitt. Td. — *ut*, omitt. VRd.

§ 120. *Sextius*, VRdr. *Sestius*, β. — *tradit*, VRd. *dicit*, T. — *eiusdem*; pro h. v. Gesner. hist. anim. 2, 28. *lentium* scribi posse coniicit, pronior tamen ad errorem Plinio tribuendum. Dioscorides scilicet l. l. dixit venerem inhiberi *φακοῦ ἀφεψήματι μετὰ μέλιτος πινομένῳ*. — *decocto vis*, V.

§ 121. *cognatio*, R²d. Omitt. VR¹. — *quaedam*, VRd (codd. Gel.) *quaedam affinitatis*, r. *quaedam affinitasque*, K. *quaedam gemini convictus cum hippopotamo amnis eiusdem*, Pint. — *cum*, Rd. *quo*, V. — *hippopotamio*, VR. — *detrahendi*, V (codd. Gel.) *trahendi*, θRTd.

nis, ut diximus, plurumo autem super Saiticam praefecturam. Huius cori cinis cum aqua inlitus panos sanat, adips frigidas febris, item fimum suffitu, dentes e parte laeva dolorem dentium scariphatis gingivis. Pellis eius e sinistra parte frontis in inguina adalligata venerem inhibet; eiusdem cinis alopecias explet. Testiculi drachma ex aqua contra serpentis bibitur; sanguine pictores utuntur.

32. Peregrinae sunt et lynces quae clarissime quadripedum 122
omnium cernunt. Unguis earum omnis cum corio exuri efficacissime in Carpatho insula tradunt; hoc cinere poto propudia virorum, eiusdem adspersu feminarum libidines inhiberi, item pruritus corporum, urina stilicidia vesicae; itaque eam protinus terra pedibus adgesta obruere traditur; eadem autem et iugulorum dolori monstratur in remedio. Hactenus de externis.

IX. 33. Nunc praevertemur ad nostrum orbem primumque 123
conmunia animalium remedia atque eximia dicemus, sicuti e lactis usu. Utilissimum cuique maternum; concipere nutrices exitiosum est; hi sunt enim infantes qui colostrati appellantur, densato lacte in casei speciem; est autem colostra prima a partu spongeosa densitas lactis. Maxume autem alit quodcumque humanum, mox caprinum, unde fortassis fabulae Iovem ita nutritum dixere. Dulcissimum ab hominis camelinum, efficacissimum ex asinis; magnorum animalium et

diximus 8, 96. — *plurimo*, VT. *plurimi*, Rdβγ. — *Saiticam*, Barbar. Rd. *Salticam*, V. *inter Aegypti praefecturas*, K. — *fimus*, r. — *dolorem*, VR^{2}d. *dolorum*, R^{1}. *dolores*, βγ. — *scarifatis*, Vd. *scarificatis*, R^{2}βγ. *sacrificatis*, R^{1}. — *inguina*; pro h. v. habent *agmina* VRd, *angina* r. — *adalligatam*, V.

§ 122. *et*, omitt. VRd. — *quadripedum omnium*, VRd. *omnium quadrupedum*, βγ. — *Carphato*, V. — *propudia*, VRd (codd. Barbari). *praeputia*, r. — *eiusdem aspersu feminarum*, VR^{2}. Omitt. R^{1}dr. — *libidines*, R^{2}d. *libines*, V. *libies*, R^{1}. *libidinesque*, r. — *urine*, d. — *terra*, R (codd. Barbari). *terrae*, Vd. *protinus fera pedibus obruere*, K^{1}. *protinus pedibus obruere*, K^{2}. — *iugulorum*, VR. *ungulorum*, d. *ungularum*, Barbar. r. Varia de h. l. proponit idem Barbar.

§ 123. *praevertemur*, Gronov. *praevertens*, VR^{1}. *revertens*, d. *revertemur*, R^{2}βγ. — *e*, R^{1}d. *ac*, V. *de*, R^{2} (codd. Gel.) βγ. — *conspicere*, R^{1}. — *hii*, V. — *colostrum*, K. — *spongea*, VRd. — *ab hominis*, VRd. *ad hominis*, β. — *camellinum*, V. — *e corpore*, Pint.

§ 124. *alit*, R. *a^{lii}*, V. *ait*, d. *appetibile*, r. Ceterum v. Dioscor. 2, 75. — *vernum aquatius*, d. *aquatius vernum*, VR. — *ungue*, Vd. *ung^{u}&^{n}te*, R. *unge*, R ad marginem. — *marinis*, VRTd (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 2, 60.) Om. β. — *autem*, θVRd. Omitt. Murbac., codd. Gel. et β.

corporum facilius redditur. Stomacho adcommodatissimum 124
caprinum, quoniam fronde magis quam herba vescuntur;
bubulum medicatius, ovillum dulcius et magis alit, stomacho
minus utile, quoniam est pinguius; omne autem vernum
aquatius aestivo et de novellis, probatissimum vero quod in
ungue haeret nec defluit. Innocentius decoctum, praecipue
cum calculis marinis. Alvos maxume solvitur bubulo, minus
autem inflat quodcumque decoctum. Usus lactis ad omnia 125
intus exulcerata, maxume renis, vesicam, interanea, faucis,
pulmones, foris pruritum cutis, eruptiones pituitae poti ab
abstinentia. Nam ut in Arcadia bubulum biberent phthisici,
syntectici, cachectae, diximus in ratione herbarum. Sunt inter
exempla qui asininum bibendo liberati sint podagra chira-
grave. Medici speciem unam addidere lactis generibus quod 126
schiston appellavere; id fit hoc modo: fictili novo fervet ca-
prinum maxume ramisque ficulneis recentibus miscetur ad-
ditis totidem cyathis mulsi quot sint heminae lactis. Cum
fervet, ni circumfundatur praestat cyathus argenteus cum
frigida aqua demissus ita ne quid infundat; ablatum deinde
igni refrigeratione dividitur et discedit serum a lacte. Qui- 127
dam et ipsum serum iam multo potentissimum decocunt ad
tertias partis et sub dio refrigerant. Bibitur autem effica-
cissime heminis per intervalla singulis diebus quinis; melius

§ 125. *Usus lactis ad omnia*, VRd (Murbac., codd. Gel.) *Sanat uvas lichenas ad omnia utile*, r. — *intus exulcerata*, Murbac., codd. Gel. *ictus exulcerata*, R^{2}d. *tetuseaulcerata*, V^{1}. *tetus aulocrata*, R^{1}. *ictus*, V^{2}. *contusa aut luxata*, K. *χοινῶς δὲ χαὶ ταῖς ἐντὸς ἑλχώσεσι βοηθεῖ, μάλιστα δὲ βρόγχου, πνεύμονος, ἐντέρων, νεφρῶν, χύστεως*, Dioscor. — *pruritum cutis*, VR^{2}d. *proripitua citis*, R^{1}. *ad pruritum cutis*, K. *pruritum aut intus*, r. — *poti ab abstinentia*, *θ*. *post abstinentiam*, R^{2}*βγ*. *poscit abstinentiam*, R^{1}. *poti* (post hanc litteram duae litterae videntur erasae) *abstinentiam*, V. *potior abstinentia*, d. *cibi aut potus abstinentia*, r. De praepositione *ab* i. q. *statim post* significante v. ad 35, 198. — *ut*, om. R^{1}. — *Arcadia*, codd. Gel. *Achaia*, R. *Achaiam*, Vd. — *syntectici cacohetae*, VR. *sintecti cycachoete*, d. *syntectici cacoethe*, *θ*. *syntecticique et cachectae*, *βγ*. *cachectae* etiam codd. Barbari. — *diximus* 25, 94. — *quia si vinum*, d. — *liberati sint*, Rd. *liberatis in*, V. *liberati sunt*, r. — *cheragrave*, R. *theragrative*, d. *theragraqu e*, V.

§ 126. *fictile*, VR. Ceterum v. Dioscor. 2, 77. — *fervet caprinum*, R. *fero et caprinum*, Vd. — *ficulniis*, V. — *quod*, V. — *sint*, om. R^{1}. — *ni circumfundatur*, VRd. *ne circumfundatur*, *βγ*. — *cum et frigida*, VRd. — *dimissus*, V. — *infundat*, VRTd. *effundat*, K^{1}. *effundatur*, K^{2}. *fundat*, *β*.

§ 127. *multo*, VRTd. *mulso*, *θ*K*γ*. *musto*, *β*. — *diu*, VRd. — *singulis*; pro h. v. habent *salis θ*VR^{1}d, *salis in* R^{2}. — *quine melius*, Rd. *quinae illius*, V. *quinque a potu illius solitis gestari*, r.

*

a potu gestari; datur comitialibus, melancholicis, paralyticis,
in lepris, elephantiasi, articulariis morbis. Infunditur quoque 128
lac contra rosiones a medicamentis factas et, si urat dysin-
teria, decoctum cum marinis lapillis aut cum tisana hordea-
cia; item ad rosiones intestinorum bubulum aut ovillum uti-
lius. Recens quoque dysintericis infunditur, ad colum autem,
crudum, item volvae et propter serpentium ictus, potisve
pityocampes, buprestis, cantharidum aut salamandrae venenis;
privatim bubulum his qui colchicon biberint aut cicutam aut 129
dorycnium aut leporem marinum, sicut asininum contra gy-
psum et cerussam et sulphur et argentum vivom, item durae
alvo in febri. Gargarizatur quoque faucibus exulceratis uti-
lissime; et bibitur ab inbecillitate viris recolligentibus quos
atrophos vocant, in febri etiam quae careat dolore capitis.
Pueris ante cibum lactis asinini heminam dari aut si exitus
cibi rosiones sentirent, antiqui in arcanis habuerunt; si hoc
non esset, caprini. Bubuli serum orthopnoicis prodest ante 130
cetera addito nasturtio; inunguntur etiam oculi in lactis he-
minas additis sesimae drachmis quattuor tritis in lippitudine.
Caprino lienes sanantur, post bidui inediam tertio die hedera
pastis capris, per triduum poto sine alio cibo. Lactis usus
alias contrarius capitis doloribus, hepaticis, splenicis, nervo-
rum vitio, febris habentibus, vertigini praeterquam purga-
tionis gratia, gravedini, tussientibus, lippis. Suillum utilissi-

datur, Dioscor. 2, 76. — *articulariis*, VRd. *articularibus*, β.

§ 128. *urat*, VRTdr. *urget*, K. *uratur*, β. — *item ad*, VRd. *item contra*, r. — *rosiones intestinorum*, V. *intestinorum rosiones*, Rd. — *propter*, θVRTd. *contra*, β. — *potisve pityocampes* (*potisve pytoscampis*, R. *potisve potio campis*, V. *potisve potio campes*, d) *buprestis* (*bupresti*, θVRd) *cantharidum aut* (hanc copulam om. θ) *salamandrae venenis*, θVRTd. *phthisicis cantharidum aut salamandrae aut buprestis aut pityocampes venenis*, β.

§ 129. *colchicon*, codd. Barbari. *cholicum*, VRd. — *Gargariziatur*, V. — *atrophitos*, R^1. — *Pueris*, om. R^1. — *asinino*, R. — *exitus*, VRTd. *in exitu*, β. — *sentirent*, R. *sentiret*, V. *sentiant*, d. — *esset*, RT. *esse*, V. *est*, d. *adesset*, K. — *caprini*, RK. *e caprini*, d. *e caprino*, VT. *habuerunt e caprino*, β.

§ 130. *oculi*, Rd. *cauli*, V. — *in lactis*, Rd. *inlatis*, V^1. *illatis*, V^2. — *heminas*, VR. *hemina*, d. *heminis*, βγ. — *additis sesamae*, T. *additis ami id*, d. *additis semi*, V (in ultima voce *e* mutatum ex *a*, et post *i* erasae una duaeve litterae). *additum samiid*, R^1. *addita semi*, R^2. *sesamae additis*, βγ. — *inediam*, Rd. *in id iam*, V. — *tertio*, V. *tertia*, Rdβγ. — *Lactis usus*, R. *Lacti sucus*, Vd. — *splenicis*, R^2Td. Omitt. VR^1β. — *vitiis*, K. — *gravedini*, R. Omitt. Vd. — *ovillum*, Hard. e Dioscoride 2, 77. — *hoc et*, VRd. *hoc etiam*, r. *hoc si*, θ. — *mulieribus*, Td. *mulieres*, θVR. *mulieri*, β. *mulieres quae dicerent saluberrimum fuerunt*, r.

mum tenesmo, dysinteriae nec non phthisicis; hoc et mulieribus saluberrimum qui dicerent fuerunt.

34. De generibus caseorum diximus cum de uberibus 131
singulisque membris animalium diceremus. Sextius eosdem
effectus equino quos bubulo tradit; hunc vocant hippacen.
Stomacho utiles qui non sunt salsi, id est recentes; veteres
alvom sistunt corpusque minuunt, stomacho utiliores, et in
totum salsa minuunt corpus, alunt mollia. Caseus recens cum 132
melle suggillata emendat, mollit alvom, sistit sedatque tormina pastillis in vino austero decoctis rursusque in patina tostis cum melle. Saprum vocant qui cum sale et sorbis siccis e vino tritus potusque medetur coeliacis; genitalium carbunculis caprinus tritus inpositus, item acidus cum oxymelite; maculis in balineo inlitus oleo interlinitur.

35. E lacte fit et butyrum, barbararum gentium lautissi- 133
mus cibus et qui divites a plebe discernat; plurumum e
bubulo et inde nomen, pinguissimum ex ovibus. Fit et ex
caprino, sed hieme calefacto lacte, aestate expresso tantum
crebro iactatu in longis vasis angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore alias praeligato; additur paulum aquae
ut acescat. Quod est maxume coactum in summo fluitat; id 134
exemptum addito sale oxygala appellant; relicum decocunt in ollis; ibi quod supernatat butyrum est oleosum natura; quo magis virus resipit, hoc praestantius iudicatur. Pluribus compositionibus miscetur inveteratum. Natura eius adstringere, mollire, replere, purgare.

§ 131. *diximus* 11, 237 seqq. — *membris animalium*, VR. *animalium membris*, d$\beta\gamma$. — *hoc*, V. — *vocat*, R¹. — *hippacen*, Rd. *hyppacen*, V. *hippacem*, β. Ceterum v. Dioscor. 2, 79. 80. — *sunt*, VRd. *sint*, $\beta\gamma$. — *minuunt*, Rd. *miniunt*, V¹. *muniunt*, V².

§ 132. *mollit alvum, sistit sedatque*, θ. *mollis alvum sistit. Sedat*, VRd$\beta\gamma$. — *cum melle*, om. r. — *Saprum*, VRd. *Sapron*, $\beta\gamma$. — *tritis*, V. — *genitalium*, R². *genitalibus*, VR¹d. — *inpositus*, VRd. *et impositus*, $\beta\gamma$. — *idem*, V. — *balneo*, d.

§ 133. *lautissimus*, θVRTd. *laudatissimus*, β. Ceterum v. Dioscor. 2, 81. — *Fit ex* omisso *et*, VRd. — *hieme*, R. *hifaxe*, V. *in faxe*, Td. *hieme in vase*, r. — *calefacto*, VR. *calfacto*, dγ. — *iactato*, V. — *spiritu*, V. — *paulum*, θV. *paululum*, Rd$\beta\gamma$. — *accescat*, V.

§ 134. *coactum*, Vd. *quoacto*, R¹. *quoagulum*, R². — *fluitad*, V. — *exemplum*, R. — *oxygalla*, Vd (uti et infra). — *appellant*, VR. *vocatur*, Tdγ. Ceterum hunc locum multis coniecturis tentarunt Dalecampius, Cluverius Germ. ant. 1. p. 150. et Beckmann, *Beiträge zur Gesch. der Erfind.* 3, 287. — *reliquum*, θVRTd. *reliquias*, K. *reliqua*, β. — *quo*, Vd. *qua*, R¹. *quod*, R².

36. Oxygala fit et alio modo, acido lacte addito in recens 135
quod velis inacescere, utilissimum stomacho; effectus dicemus suis locis.

37. Proxuma in conmunibus adipi laus est, sed maxume
suillo; apud antiquos etiam religiosus erat; certe novae nuptae intrantes etiamnum sollemne habent postis eo attingere.
Inveteratur duobus modis, aut cum sale aut sincerus, tanto
utilior quanto sit vetustior; axungiam Graeci etiam appellavere in voluminibus suis. Neque est occulta virium causa, 136
quoniam id animal herbarum radicibus vescitur; — itaque
etiam fimo innumeri usus; — quamobrem non de alia loquemur sue, multo efficaciore femina et quae non peperit; multo
vero praestantior in apris est. Igitur usus axungiae est ad
emollienda, excalfacienda, discutienda purgandaque. Medico- 137
rum aliqui admixto anseris adipe taurorumque sebo et oesypo ad podagras uti iubent, si vero permanet dolor, cum
cera, myrto, resina, pice. Sincera axungia medetur ambustis
vel nive, pernionibus autem cum hordei cinere et galla pari
modo; prodest et confricatis membris itinerumque lassitudines et fatigationes levat. Ad tussim veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini cyathis tribus addito melle.
Vetus etiam phthisis pilulis sumpta sanat quae sine sale 138
inveterata est; omnino enim non nisi ad ea quae purganda

§ 135. *velis*, codd. Gel. *ve*, R^2. Omitt. θVR^1. In d rasura. — *inacescere*, d. *inmacescere*, R. *inmarcescere*, θV. *acescere*, codd. Gel. β. *quod dum acescit utilissimum est stomacho*, r. — *docemus*, θ. — *Proxima*, VRd (codd. Gel.) *Proximum*, β. — *adipi*, θVRTdr. *adipis*, codd. Gel. β. — *suillo*, θVRTdr. *suilli*, codd. Gel. β. — *religiosus erat*, θ. *religiosius*, VRTd. *religiosi*, codd. Gel. β. — *novicae*, R^1. — *aut cum*, d. *cum*, VR. — *utilior quanto*, omitt. VRd. — *sit*, VR. *fit*, d. — *vetustior*, Vd. *vectior*, R^1. *utilior*, R^2. — *Graeci etiam*, VRd. *etiam Graeci*, β. — *appellavere in*, r. *appellavere eam in*, V (*eam* ex emend.) *appellavere iam in*, RTdγ. *appellavere eum in*, β.

§ 136. *herbarum*, R^{2}d. *herbarum causa*, θVR^1. — *loquemur*, VR^{1}Td. *loquimur*, R^{2}βγ. Ceterum v. Dioscor. 2, 94. — *efficaciore*, VR. *efficacior est*, Tdγ. *loquemur. Et sue multo efficacior est femina*, Pint. — *praestantiore*, R. Hac potissimum ex scriptura suspicio mihi orta est locum esse corruptum, quo etiam illud accedit, quod in proxime praegressis verbis *efficaciore femina* inepte dicitur, cum non de feminae, sed de axungiae efficacitate agatur. Scribendum igitur existimo: *multo efficaciore e femina et quae non peperit, multo vero praestantiore in apris* omisso *est*, quod propter vulgatam scripturam additum. — *Igitur usus*, VRd. *Usus igitur*, βγ. — *est*, V. Omitt. Rd. — *emollienda*, RTd. *emolienda*, V. *mollienda*, β. — *purganda*, om. R^1.

§ 137. *permanet*, θVRTd. *permaneat*, β. — *pernicionibus*, V^2. — *cum hordei*, VR^2. *hordei*, R^{1}d.

§ 138. *phthisis*, R^1. *pthisicis*, V. *ptysis*, d. *phthisin*, R^{2}βγ. — *pilulis*, VRd. *in*

sint aut quae non sint exulcerata salsa recipitur. Quidam
quadrantis axungiae et mulsi in vini cyathis ternis decocunt
contra phthisis, quarto quoque die picem liquidam in ovo
sumi iubent; circumligatur et lateribus pectoris et scapulis
eorum qui phthisim sentiunt, tantaque est vis ut genibus
etiam adalligata redeat in os sapor eamque exspuere videantur.
E sue quae non peperit aptissime utuntur ad cutem muli- 139
eres, contra scabiem vero quivis admixto iumentorum sebo
pro parte tertia et pice pariterque subfervefactis. Sincera
partus in abortum vergentis nutrit collyri modo subdita; ci-
catrices concolores facit cerussa admixta vel argenti spuma,
at cum sulphure unguium scabritias emendat. Medetur et
capillo fluenti et ulceribus in capite mulierum cum gallae
parte quarta, et infumata pilis oculorum. Datur et phthisicis
unciatim cum vini veteris hemina decocta, donec tres unciae
e toto restent; aliqui et mellis exiguum adiciunt. Panis in- 140
linitur cum calce, item furunculis duritiaeque mammarum;
rupta et convolsa et spasmata et luxata sanat, clavos et
rimas callique vitia cum helleboro albo, parotidas admixta
farina salsamentariae testae, quo genere proficit et ad stru-
mas. Pruritus et papulas in balineo perunctis tollit alioque
etiamnum modo podagricis prodest mixto oleo vetere, con-
trito una sarcophago lapide et quinquefolio tunso in vino

pilulis, r βγ. — *sumpta sanatur*, r. — *non*, om. d. — *salsa*, r (codd. Gel.) *sals*, R^2. *gallica*, θ V T d. *callica*, R^1. — *recipitur*, θ V T d r. *petitur*, codd. Gel. βγ. *capitur*, R. — *multis*, V R d. *mellis*, K. — *in vini*, om. T. — *ternis*, θ V R^1 d. *iis*, R^2. *tribus*, βγ. — *quarto quoque*, R T d. *quanto quoque*, V. *quintoque*, β. — *picem liquidam*; haec verba prorsus inepta, cum h. l. de sola axungia agatur, debentur librario, qui ex 24, 40. meminerat picem liquidam tussim veterem et crebras exscreationes pectoris sanare. — *circumligatur*, θ V T. *circumligatis*, R d βγ. — *et lateribus pectoris*, V T. *lateribus pectoris*, θ d. *et lateribus pectoribus*, R. *lateribus et pectoribus*, βγ. *cratibus pectoris*, Heins. advers. p. 381. — *et scapulis*, V. *scapulis*, R T d. — *genis etiam illita*, Pint. — *sapor*, R d. *sapro pō re ut*, V. (e written above pō)

§ 139. *peperit*, θ V R d. *pepererit*, β. — *quivis*, R. *qui vix*, V d. *quamvis*, K. — *pariterque*, R d. *pariterve*, θ V. — *nutrit*, d. *nutrum*, V^1 R. *nytrum*, V^2. *sanat*, r. — *at*, R d. *ad*, V. — *sulpure*, V. — *unguium*, d. *adunguium*, V R. — *capillo*, d. *capillos*, V^1 R. *capillis*, V^2. — *fluenti*, V^1 R d. *fluentibus*, R^2. — *pilis*, R d. *filis*, V. *filiis*, θ r. — *e toto*, V R^2. *ex toto*, T d. *e cocto*, R^1. — *restent*, θ V R T K d. *residant*, β.

§ 140. *Panis inlinitur*, R^2. *Panis illito*, V R^1 T d. *Panos sanat illita*, r. — *furunculos duritiemque*, r. — *et convulsa et spasmata*, R^2. Omitt. V R^1 d. — *farina salsamentariae*, R (codd. Gel.) *farina salsamentaria*, θ V d. *farina a salsamentaria testa*, K. — *balneo*, d. — *perunctos*, V. — *etiannum*, V. — *prodeest*, V. — *tusa*, V d.

vel cum calce vel cum cinere. Facit et peculiare emplastrum 141
LXXV X ponderi centum spumae argenteae mixtis, utilissimum contra ulcerum inflammationes. Adipe verrino et inungui putant utile, quaeque serpant inlinere cum resina. Antiqui axibus vehiculorum perunguendis maxume ad faciliorem circumactum rotarum utebantur, unde nomen, sic quoque utili medicina cum illa ferrugine rotarum ad sedis vitia virilita-
tisque. Et per se axungiam medici antiqui maxume proba- 142
bant, renibus detractam exemptisque venis aqua caelesti fricabant crebro decoquebantque fictili novo saepius, tum demum adservantes. Convenit salsam magis mollire, excalfacere, discutere utilioremque esse vino lotam. Masurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradidit; ideo novas nuptas illo perunguere postis solitas ne quid mali medicamenti inferretur.

38. Quae ratio adipis, eadem in his quae ruminant sebi 143
est, aliis modis, non minoris potentiae. Perficitur omne exemptis venis aqua marina vel salsa lotum, mox in pila tunsum, adspersa marina; crebro postea coquitur, donec odor omnis aboleatur; mox adsiduo sole ad candorem reducitur;
a renibus autem omne laudatissimum est. Si vero vetus revo- 144
cetur ad curam, liquefieri prius iubent, mox frigida aqua lavari saepius, dein liquefacere adfuso vino quam odoratissimo, eodemque modo iterum ac saepius cocunt, donec virus evanescat. Multi privatim sic taurorum leonumque ac pantherarum et camelorum pinguia curari iubent. Usus dicetur suis locis.

calce vel, R[2]. *calce aut*, VR[1]Td.

§ 141. *LXXV x*, V. *LXXV* et dein rasura, R. *LXXV*, Td. *LXXXV*, β. — *ponderi*, VRTd. *pondo*, β. — *utilissimum*, Rd. *utilissima*, θVT. — *ulcerum inflammationes*, VR. *inflammationes ulcerum*, Tdβγ. *inflammationes. Ulcera quae serpunt adipe verr. in. put. utile cum resina*, K. — *et inungui*, VR. *inungui*, Tdγ. — *utile quaeque*, VR[2]d. *utique*, R[1]. — *inlinere*, V. *inlinire*, Rdβγ. — *Antiqui*, VRd. *Antiqui maxime*, βγ. — *maxime ad*, VR. *ad*, dβγ. — *utile*, R. — *medicinae*, K. — *ferugine*, V.

§ 142. *axuncia*, V. *axungia et*, Rd. — *exemptisque*, θVRTdr. *et exemptis*, β. — *cribro*, θ. — *saepius tum*, R. *saeiustum*, V. *sevi ustum*, Td. — *mollire*, VRd. *emollire*, βγ. *molliendo calfacere*, K. — *Masurius*, θVRTd. *Massurius*, β. — *dedisse*, Rd. *addedisse*, V. — *tradidit*, θVRTd. *tradit*, βγ. — *postes*, Rd. *potest*, V.

§ 143. *aspersa*, θVRTdr. *aspersum*, β. Ceterum v. Dioscor. 2, 89. 90. . . *marina crebro. Postea*, K. — *cogitur*, VR. — *mox*, om. r. — *omne*, Vd. Omitt. Rβγ.

39. Conmunis et medullarum est; omnes molliunt, explent, 145
siccant, excalfaciunt. Laudatissima e cervis, mox vitulina,
dein hircina et caprina. Curantur ante autumnum recentes
lotae siccataeque in umbra, per cribrum dein liquatae per
lintea exprimuntur ac reponuntur in fictili locis frigidis.

40. Inter omnia autem conmunia animalium vel praestan- 146
tissimum in effectu fel est. Vis eius excalfacere, mordere,
scindere, extrahere, discutere. Minorum animalium subtilius
intellegitur et ideo ad oculorum medicamenta utilius existumatur; taurino praecipua potentia, etiam in aere pelvibusque aureo colore obducendis; omne autem curatur recens praeligato ore lino crasso, demissum in ferventem aquam semihora, mox siccatum sine sole atque in melle conditum. Damnatur equinum, tantum inter venena; ideo flamini sacrorum ecum tangere non licet, cum Romae publicis sacris ecus etiam inmoletur.

41. Quin et sanguis eorum septicam vim habet; item equa- 147
rum praeterquam virginum erodit, emarginat ulcera. Taurinus
quidem recens inter venena est excepta Aegira; ibi enim
sacerdos Terrae vaticinatura sanguinem tauri bibit prius
quam in specus descendat; tantum potest sympathia illa de
qua loquimur, ut aliquando religione aut loco fiat. Drusus 148
tribunus plebei traditur caprinum bibisse, cum pallore et
invidia veneni sibi dati insimulare Q. Caepionem inimicum

§ 144. *iubent prius*, d. — *deinde*, d. — *leonumque*, R^2d (codd. Gel.) *leonum*, VR^1. — *et camelorum*, R (codd. Gel.) *ac camelorum*, Vd.

§ 145. *medullarum*, VRd. *ratio medullarum*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 2, 95. — *Laudatissima e cervis*, ita nos scripsimus. *Laudatissime cervicis*, V. *Laudatissima cervicis*, R^1. *Laudatissima cervis*, R^2. *Laudatissime cervina*, d. *Laudatissima cervina*, βγ. — *recedentes*, VR^1. — *umbra. Dein liquatae per cribrum aut lintea*, K.

§ 146. *vel praestantissimum*, ita nos scripsimus. *vel praestantissima*, R^2. *vel praestantium*, θVR^1Td. *vel praestantissimi*, codd. Gel. βγ. *fel praestantius*, r. Ceterum v. Dioscor. 2, 96. — *in effectu*, VRTdr. *in effectus*, θ. *effectus*, codd. Gel. βγ. — *fel est*, om. r. — *laurino*, V. — *et faminae re*, V. — *pelvibusque*, K (Cornar. ad Dioscor. 2, 67. e Murbac.) *pellibusque*, VRTdβγ. — *aureo colore*, VRd. *colore aureo*, βγ. — *obducendis*, ita nos scripsimus. *ducendis*, V^2Rdβγ. *dicendis*, V^1. *inducendo*, K. — *semihoram*, V. — *flaminii*, V.

§ 147. *emarginat*, d (codd. Gel.) *marginat*, VR. — *ulcera*, R^2 (codd. Gel.) *ulcerat*, VR^1d. — *vaticinatarum*, Vd. — *sanguinem tauri*, VR. *tauri sanguinem*, dβγ. — *specus*, θVR^1Td. *specum*, R^2βγ. — *loquimur*, Rd (codd. Gel.) *loquemur*, V ex emend.

§ 148. *Furius*, r. — *plebei*, θVd. *plebe*, R^1. *plebis*, R^2β. Om. r.

vellet. Hircorum sanguini tanta vis est ut ferramentorum
subtilitas non aliter acrius induretur, scabritia poliatur vehe-
mentius quam lima. Non igitur et sanguis animalium inter
conmunia dici potest et ideo suis quisque dicetur effectibus?
42. Digeremus enim in mala singula usus primumque 149
contra serpentis. Exitio his esse cervos nemo ignorat ut, si
quae sunt, extractas cavernis mandentis; nec vero ipsi spi-
rantesque tantum adversantur sed membratim quoque. Fugari
eas nidore cornus eorum si uratur dictum est; at e summo
gutture ustis ossibus congregari dicuntur. Pelles eiusdem 150
animalis substratae securos praestant ab eo metu somnos,
coagulum ex aceto potum ab ictu, et si omnino tractatum
sit, eo die non ferit serpens. Testes quoque eius inveterati
vel genitale eius maris salutariter dantur in vino, item venter
quem centipellionem vocant. Fugiunt et omnino dentem cervi
habentis aut medulla perunctos sebove cervi aut vituli. Sum-
mis autem remediis praefertur hinnulei coagulum matris utero
exsecti, ut indicavimus. Sanguine cervino, si una urantur 151
dracontion et cunilago et anchusa lentisci ligno, contrahi ser-
pentis tradunt, dissipari deinde, si sanguine detracto adiciatur
pyrethrum. Invenio apud auctores Graecos animal cervo mi-
nus et pilo demum simile, quod ophion vocaretur, Sardiniam

sanguini, V T R d r. *sanguine*, θ. *sanguinis*, β. — *ut ferramentorum*, V R^2 (codd. Gel.) *afferamentorum*, R^1. *ac ferramentorum*, d. — *aliter acuatur aut induretur aut scabritia*, r. — *poliatur*, θ V R^1 T d. *tollatur*, R^2 (codd. Gel.) β. — *vehementiusque limet*, r. — *suis quisque*, R d. *suis suisque*, V. *quisque suis*, codd. Gel. β. Ceterum extremae huic periodo signum interrogationis apposuimus, cum vulgo plene interpungeretur contra loci sententiam, quia apparet Plinium sanguinem etiam animalium uti fel, medullas, alia communibus adscribere. De *non* pro *nonne* dicto v. ad 32, 7. 35, 9.; huc potissimum quadrat 36, 6.

§ 149. *mala*, θ V^1 R T d. *animalia*, V^2 β. — *primumque*, Pint. *plurimumque*, V R d β γ. — *extractas cavernis mandentes*, V R d (codd. Gel.) *extractae cavernis mandant*, r. *utique spiritu extractas cavernis mandentes*, Pint. — *ipsis spirantes tantum*, T. — *cornus*, θ V. *cornu*, R T d γ. — *eorum*, θ V R T d. Om. β. — *dictum est* 8, 116. — *at e*, V. *at de*, R γ. *ac de*, T d. — *guttore*, R. — *gustis*, V R.

§ 150. *coagulum*, V R d. *coagulum quoque*, β γ. — *ictu*, V d. *eo*, R in rasura. — *tractatum*, V R. *tractum*, T d. *tactum*, Pint. — *eius maris*, V R d. *maris*, β γ. — *venter quem centipellionem vocant*, T d. Idem est in θ V R, nisi quod *centipeleonem* habent. *ventres qui centipelliones vocantur*, β. — *perunctas*, V. — *cervi*, R^2 (codd. Barbari). *cervitia*, V R^1. *cervi tacta*, T d. — *vituli*, V R T d r (codd. Barbari). *hinuli*, codd. Gel. β. *innulei*, V. — *coagulum*, R d. *cogulum*, V^1. *coagulatum*, V^2. — *utero*, R. *vero*, V d. — *execti*, V. — *indicavimus* 8, 118.

§ 151. *Sanguine*, V R d. *Sanguine quoque*, β γ. — *una urantur*, R d. *maturantur*, V. — *tradunt*, θ V R T d. *dicunt*, β. — *detracta*, V. — *pyrhetrum*, V. —

tantum ferre solitam; hoc interisse arbitror et ideo medicinas
ex eo omitto.

X. Apri quoque cerebrum contra eas laudatur cum san- 152
guine, iocur etiam inveteratum cum ruta potum ex vino,
item adips cum melle resinaque, simili modo verrinum iocur
et fellis dumtaxat fibra X IIII pondere vel cerebrum in vino
potum. Caprarum cornu vel pilis accensis fugari serpentis
dicunt cineremque e cornu potum et inlitum contra ictus va-
lere, item lactis haustus cum uva taminia vel urinae cum
aceto scillite, caseum caprinum cum origano inpositum vel
sebum cum cera. Milia praeterea remediorum ex eo animali 153
demonstrantur sicut adparebit, quod equidem miror, cum febri
negetur carere. Amplior potentia feris eiusdem generis quod
numerosissimum esse diximus, alia vero et hircis. Demo-
critus etiamnum effectus auget eius qui singularis natus sit.
Fimo quoque caprarum in aceto decocto inlini ictus serpen-
tium placet et recentis cinere in vino, atque in totum diffi-
cilius sese recolligentes a serpentium ictu in caprilibus optume
convalescunt. Qui efficacius volunt mederi occisae caprae 154
alvom dissectam cum fimo intus reperto inligant statim; alii
carnem recentem haedorum pilo suffiunt eodemque nidore
fugant serpentis. Utuntur et pelle eorum recente ad plagas
et carne et fimo equi in agro pasti, coagulo leporis ex aceto,
contraque scorpionem et murem araneum; aiunt non feriri

sed pilo, Pint. — *simili*, r. — *vocaretur*, θVR[1]Td. *diceretur*, R[2]. *vocatur*, β. — *Sardiniam*, VRd. *Sardiniam id*, βγ. *Sardiniam eum*, Pint. — *ferre tantum*, d. — *interisse*, ita nos scripsimus. *interesse*, VRd. *interiisse*, βγ.

§ 152. *eos*, V. — *iocur*, R. *iecur*, Vdβγ. — *inveteratum*, R. *inveteratur*, Vd. — *potum cum ruta et vino*, r. — *adips*, θ. *adeps*, VRdβγ. — *verinum*, V. — *iecore*, ρφ. *ciccore*, δ. — *et fellis dumxtaxat fibra*, VRTd. *et fellis dum zazat fibra*, θ. *fellis dumtaxat librae*, δρφ. *exemptis dumtaxat fibris*, β. — *X IIII*, VR. *IIII*, d. *quatuor obolorum*, β. Omitt. δρφ. — *cineremque e cornu*, δρφ. *cineremque et cornu*, d. *cinereque et cornu*, VR. *cineremque eorum*, β. — *et illitum*, d. *ei illitum*, V. *vel illitum*, Rβγ. — *haustus*, Rd. *in austus*, V. — *taminia*, VRd (codd. Gel.) *aminea*, r. — *scillito*, Rd. *scillato*, θV. *scillitico*, r.

§ 153. *miror*, VR[2]d. *mero*, R[1]. — *carere negetur*, Td. — *diximus* 8, 214. — *etiamnum*, Rd. *etiam hiannum*, V[1]. *etiam*, V[2]. *et biennis*, r. — *auget eius*, VRdr. *eius auget*, βγ. — *Fimo — serpentium*, VRd (codd. Gel.) *Fimus — decoctus et illitus in ictus serpentium*, r. — *et recentis cinere in*, VRd (codd. Gel.) *et recens cinis in*, r. — *sese recolligentes*, θVR[1]. *esse recolligentes*, R[2]. *serere colligentes*, d. *se recolligentes*, βγ.

§ 154. *Qui medicorum efficacius*, r. — *reperio*, V. — *inligant statim*, VR. *statim illigant*, dβγ. — *aedorum*, V. — *pilo suffiunt*, Rd. *pilosus fifiunt*, V. *pilo suffitam*, K. — *eoque*, K. — *et carne*, θVRT. *carne*, dβγ. — *aiunt*, VRTd. *aiunt autem*, βγ. — *ferire*, V.

leporis coagulo perunctos. A scorpione percussis fimum ca- 155
prae efficacius cum aceto decoctum auxiliatur, lardum iusque decocti potum et his qui buprestim hauserint. Quin etiam si quis asino in aurem percussum a scorpione se dicat, transire malum protinus tradunt venenataque omnia accenso pulmone eius fugere; et fimo vituli suffiri percussos a scorpione prodest.

43. Canis rabiosi morsu facta volnera circumcidunt ad vivas 156
usque partis quidam carnemque vituli admovent et ius ex eodem carnis decoctae dant potui aut axungiam cum calce tunsam. Laudant hirci iocur quo inposito ne temptari quidem aquae metu adfirmant, laudant et caprae fimum ex vino inlitum, melis et cuculi et hirundinis decoctum et potum. Ad reliquos bestiarum morsus caprinum caseum siccum cum origano inponunt et bibi iubent, ad hominis morsus carnem bubulam coctam, efficacius vituli, si non ante quintum diem solvant.

44. Veneficiis rostrum lupi resistere inveteratum aiunt ob 157
idque villarum portis praefigunt. Hoc idem praestare et pellis e cervice solida existumatur; quippe tanta vis est animalis praeter ea quae retulimus, ut vestigia eius calcata equis adferant torporem.

45. Iis qui argentum vivom biberint lardum remedio est. 158
Asinino lacte poto venena restinguntur, peculiariter si hyoscyamum potum sit aut viscum aut cicuta aut lepus marinus

§ 155. *cum aceto*, R. *aceto*, d. *acetum*, V. — *et his*, θVR. *ex his*, T. *his*, dβγ. *iis*, K. — *quibus praestim auserint*, V. — *in aurem dixerit percussum a scorpione transire malum*, r. — *accenso*, d. *accensa*, θVR. — *pulmone eius*, θVRd. *eius pulmone*, βγ.

§ 156. *rabiosi*, θVRTdr. *rabidi*, β. — *partes*, VRd (codd. Gel.) *carnes*, K. *partes. Quidam carnem vituli*, r. — *admonent*, V. — *ius eiusdem carnis*, K. — *Laudant*, hanc vocem rursus recepi ex β, omissam a VRTdγ, quia statim infra repetita legitur. — *hirci iocur quo*, VR. *hirci iecur quo*, β. *hirci iecore*, Tdγ. — *inpositione*, R¹. — *aquae*, R. *aqua*, V. *aliquo*, Td. — *illitum*, VRTd. *illitum aut melle*, β. — *irundinis*, V. — *et potum*, VRd. *potum*, K. — *ante quintum diem quam solvunt*, r.

§ 157. *villarum*, om. r. — *solida manica*, θVTd. *solidamanua*, R. His in librariorum erroribus si quid hariolari licet, Plinius videtur scripsisse *et pellis et e cervice solida manica existumatur*, ut sit intelligenda manica solida (cui nulla alia materia sit addita) e cervice lupi facta; quodsi quem singularis numerus *manica* offendit, quia, quantum scio, alias modo numerus pluralis legatur, scribi potest *solidae manicae existumantur*, unde scriptura codicum ita est orta, ut, quod sexcenties factum esse constat, litteram *e* vocis *manicae* per proximam vocem absorptam occasionem interpolationis dedisse dicamus. — *animalis* —

aut opocarpatum aut pharicon aut dorycnium et si coagulum
alicui nocuerit; nam id quoque venenum est in prima lactis
coagulatione. Multos et alios usus eius dicemus, sed memi-
nisse oportebit recenti utendum aut non multo postea tepe-
facto; nullum enim celerius evanescit. Ossa quoque asini 159
confracta et decocta contra leporis marini venenum dantur;
omnia eadem onagris efficaciora. De equiferis non scripse-
runt Graeci, quoniam terrae illae non gignebant; verum-
tamen fortiora omnia eadem quam in equis intellegi debent.
Lacte equino venena leporis marini et toxica expugnantur.
Nec uros aut bisontis habuerunt Graeci in experimentis,
quamquam bove fero refertis Indiae silvis; portione tamen
eadem efficaciora omnia ex his credi par est. Sic quoque 160
lacte bubulo cuncta venena expugnari tradunt, maxume supra
dicta et si ephemerum inpactum sit aut si cantharides datae,
omnia vomitione egeri, sic et caprino iure cantharidas. Con-
tra ea vero quae exulceratione enecant sebum vitulinum vel
bubulum auxiliatur; nam contra sanguisugas potas butyrum
remedio est cum aceto ferro calefacto, quod et per se prod-
est contra venena; nam si oleum non sit, vicem eius reprae-
sentat; multipedae morsus cum melle sanat. Omasi quoque 161
iure poto venena supra dicta expugnari putant, privatim
vero aconita et cicutas, itemque vitulino sebo. Caprinus ca-
seus recens his qui viscum biberint, lac contra cantharidas

afferant, V R d (codd. Gel.) *animalis. Praeterea quae retulimus et vestigia* — *afferunt*, r. — *retulimus* 8, 80 seqq.

§ 158. *si hyoscyamum*, R d. *syhioscyamum*, V. — *sit*, R d. *sic*, V. — *opocarpatum*, R d. *opocharpatum*, V. *opocarpathum*, β. — *pharicon*, Barbar. *carice*, V. *caryce*, d. *carie*, θ. *tarice*, R. — *dorignium*, R. *dorygneum*, V. — *coagulum alicui*, V R^2 d. *coagulum XX alicui*, R^1. *coagulatum lac alicui*, K. — *in prima*, V. *prima*, R d β γ. — *et alios usus eius*, V R T d. *eius et alios usus*, β γ. — *multum postea*, θ. — *eviescit*, Heins. advers. p. 460.

§ 159. *ex onagris*, K. — *non*, R^2 d. *nunc*, V R^1. — *scalpserunt*, R^2. — *aut bisontes*, R d. *et vesontes*, V (a m. pr. *visontes* fuit). — *quamquam* — *refertis*, V R^2. Omitt. R^1 d. — *reportione*, R^1 d.

§ 160. *et si*, R d. *est si*, V. — *epherum*, V R^1. — *inpactum*, V R d. *sumptum*, K. — *omnia vomitione*, V R d. *vomitione omnia*, β γ. — *iure*, V R d. *rursum*, K. — *cantharidas*, R. *cantharides*, V d. — *vel bubulum*, θ V R T d. *seu bubulum*, β. — *sanguisugas*, d. *sangisugas*, R^2. *sanguis ungias*, V R^1. — *remedio*, R^2 d. *remedium*, θ V R^1. — *calefacto*, V R. *calfacto*, d γ. — *vice*, V. — *multipedae*, θ V R T d. *millipedum*, K. *multipedum*, β.

§ 161. *Omasi quoque*, V R (codd. Gel.) *Omasi quoqui*, θ. *Omnia si coquitur*, T d. *Omasi coqui*, Dalec. *Omnia sesami quoque*, Pint. *Omasi cocti*, Hard. — *putant*, V R^2 d. *debent*, R^1. — *lac*, R V d. *lac vero*, β γ.

remedio est et contra ephemeri potum cum taminia uva. Sanguis caprinus decoctus cum medulla contra toxica venena sumitur, haedinus contra reliqua. Coagulum haedi contra viscum et chamaeleonem album sanguinemque taurinum, contra quem et leporis coagulum est ex aceto, contra pastinacam vero et omnium marinorum ictus vel morsus coagulum leporis vel haedi vel agni drachmae pondere ex vino, leporis coagulum et contra venena additum antidotis. Papilio quoque lucernarum luminibus advolans inter mala medicamenta numeratur; huic contrarium est iocur caprinum sicut fel veneficiis ex mustela rustica factis. Hinc deinde praevertemur ad genera morborum. 162

XI. 46. Capilli defluvia ursinus adips admixto ladano et adianto continet alopeciasque emendat et raritatem superciliorum cum fungis lucernarum ac fuligine quae est in rostris earum. Porrigini cum vino prodest; ad hanc et cornus cervini cinis e vino, utque non taedia animalium capillis increscant; item fel caprinum cum creta Cimolia et aceto sic ut paulum capiti inarescant, item fel scrofinum, urinam cui admiscent tauri; si vero vetus sit, furfures etiam adiecto sulphure emendat. 163 Cinere genitalis asini spissari capillum putant et a canitie vindicari, si rasis inlinatur plumboque tritus cum oleo, densari et asinini pulli cum urina; admiscent nardum 164

ephemeri, θVRTd. *ephemerum*, β. — *et contra*; pro his vv. habent *eo contra* VRd. — *cum taminia*, Rd. *contaminia*, V. *contra nimia vina*, r.

§ 162. *Coagulum haedi — ictus vel morsus*, om. R. — *chamaeleonem*, θVd. *chamaeleontem*, β. *contra chamaeleontis albi viscum*, K. — *est ex*, θVTd. *ex*, β. — *coagulum contra*, r. — *additum*, Vdr. *additur*, Rβγ. — *iocur*, R (ubique). *iecur*, Vdβγ. — *fel*, R²d. Omitt. VR¹. — *veneficis*, V. — *mustella*, V. — *praevertemur*, VR. *revertemur*, dβγ.

§ 163. *adips*, R. *adeps*, Vdβγ. — *mixtu*, V. — *adiantho*, VR. — *fugis lacernarum*, V. — *Porrigini*, Barbar. *Porriginem*, V¹R². *Purriginem*, R¹. *Pruriginem*, V²d. — *cornu*, d. — *increscant*, θVRTdr (codd. Barbari). *inhaerescant*, β. — *ceta*, V. — *sic ut*, R. *sicuti*, VTd. — *paulum*, θVRTdr. *paululum*, β. — *capiti*, VTd. *capta*, R. *capilli*, β. — *scrofinum*, θVRTd. *hircinum*, β. — *urinam cui admiscent*, ita nos scripsimus. *urina cui admiscent*, θ. *urina*, VRd. *cum urina*, βγ. — *furfures etiam*, VRd. *et furfures*, r. *etiam furfures*, βγ.

§ 164. *asini*, VRd. *asinini*, βγ. — *et a*, θ. *et e*, Vdβ. *et ea*, R. — *canitiae vindicario*, V. — *illinantur*, d. — *plumbo tritus*, K. — *pulli urina cui admiscent*, K. — *admiscent*, VRd. *admiscentque*, βγ. — *tepefacto*, K¹. *tepefactas*, K². — *Capitis ulcera*, V. *Ulcera capitis*, Rd. — *et* ante *sulphur* om. K. — *tamen*, VRd. *tamen et*, βγ. — *quod*, V. — *calefacto*, VR. *calfacto*, dγ. — *lindes*, V.

fastidi gratia. Alopecias felle taurino cum Aegyptio alumine
tepefactis inlinunt. Capitis ulcera manantia urina tauri effi-
caciter sanat, item hominis vetus, si cyclaminum adiciatur
et sulphur, efficacius tamen vitulinum fel quo cum aceto
calefacto et lendes tolluntur. Sebum vitulinum capitis ulce- 165
ribus cum sale tritum utilissimum; laudatur et volpium adips,
sed praecipue felium fimum cum sinapis pari modo inlitum.
Caprini cornus farina vel cinis magisque hircini, addito nitro
et tamaricis semine et butyro oleoque, prius capite raso,
mire continent ita fluentem capillum, sicuti carnis cinere ex
oleo inlita supercilia nigrescunt. Lacte caprino lendis tolli 166
tradunt, fimo cum melle alopecias expleri, item ungularum
cinere cum pice fluentem capillum contineri. Leporinus cinis
cum oleo myrteo capitis dolorem sedat, pota aqua quae reli-
cta est e bovis aut asini potu et, si credimus, volpis mascu-
lae genitale circumligatum, cornus cervini cinis inlitus ex
aceto aut rosaceo aut ex irino.

47. Oculorum epiphoras bubulo sebo cum oleo cocto inli- 167
nunt; cervini cornus cinere scabritias eorundem inungunt,
mucrones autem ipsos efficaciores putant. Lupi excrementis
circumlini subfusiones prodest, cinere eorum cum Attico
melle inungui obscuritates, item felle ursino, epinyctidas adipe
apruno cum rosaceo. Ungulae asininae cinis inunctus e suo

§ 165. *capitis ulceribus cum sale tritum*, VRd. *cum sale tritum capitis ulceribus*, *βγ*. — *adips*, R. *adeps*, Vd*βγ*. — *felium fimum*, ita nos scripsimus. *fellum fimum*, VR. *fel lupinum*, Td. *fel et fimum*, *β*. In illa emendatione praeivit nobis Hard., qui egregie coniecit *felis fimum* (*γ*) ex Sexto Placito 18, 1: *Cattae stercus cum sinapi aequis ponderibus aceto contritum capitis alopecias sanat*; genetivus vero *felium* item legitur apud Plin. 10, 40. 178. 11, 111. 151. 37, 69. — *sinapi*, T. — *Caprino*, VR. — *cornu*, d. — *hircino*, R. — *amarici*, VRd. — *ista*, K. — *influentem*, R. Adverbium *ita* cum prorsus sit supervacuum, scribendum existimo *item*, quod facillime in *itain* corrumpi potuit. — *sicuti*, *θ*VRTd. *sicut et*, *β*. — *carnis*, *θ*VRTd. *canis*, *β*.

§ 166. *Lacto*, V. — *lindes*, V. — *cinere*, d. *cinerem*, VR. *cinis*, r. — *contineri*, d. *continet*, VRr. — *myrtio*, V. — *dolorem*, *θ*Td. *dolore*, V[1]. *dolores*, V[2]R*β*. — *pota aqua quae*, ita nos scripsimus. *pota aquae*, R. *pota quae*, V (ante litteram *q* erasa una littera). *pota ea quae*, d. *item aqua pota quae*, *βγ*. — *relicta est e bovis aut asini potu*, VRd. *e bovis aut asini potu relicta est*, *βγ*. — *cornu*, d. — *cervini*, d. *cervicini*, R. *cervi*, V. — *cinis*, om. R[1]. — *aut rosaceo*, VTd. *aut rosatio*, R. *vel rosaceo*, *β*. Om. r.

§ 167. *scabritias*, VRTd. *scabricias*, *θ*. *scabrities*, *β*. — *eorundem*, Gronov. *eodem*, Rd*δρφ*. *eadem*, V. *eorum*, *β*. — *inunguoni*, V[1]R. *inunguono*, V[2]. *inungui*, d. *unguine sanat*, *δρφ*. — *mocrones*, V. — *etiam*, *δρφ*. — *ipsos*, VR*δρφ*. *ipso*, Td. — *apruno*, R (et, ut videtur, V a m. pr.) *aprino*, V[2]Td. *aprugno*, *βγ*. — *sue*, V ex emend.

lacte oculorum cicatrices et albugines tollit. Medulla bubula 168
e dextro crure priore trita cum fuligine pilis et palpebrarum
vitiis angulorumque occurrit; calliblephari modo fuligo in hoc
usu temperatur, optume ellychnio papyracio oleoque sesa-
mino, fuligine in novom vas pinnis detersa; efficacissime
tamen evolsos ibi pilos coercet. Felle tauri cum ovi albo
collyria fiunt, aquaque dissoluta inungunt per quatriduum.
Sebum vituli cum anseris adipe et ocimi suco genarum vitiis 169
aptissimum est; eiusdem medullae cum pari pondere cerae
et olei vel rosacei addito ovo duritiae genarum inlinuntur.
Caseo molli caprino inposito ex aqua calida epiphorae sedan-
tur; si tumor sit, ex melle; utrumque vero sero calido fo-
vendum. Sicca lippitudo lumbulis suum exustis atque con-
tritis et inpositis tollitur. Capras negant lippire, quoniam 170
quasdam herbas edint, item dorcadas; ob id fimum earum
cera circumdatum nova luna devorari iubent; et quoniam
noctu quoque cernant, sanguine hircino lusciosos sanari pu-
tant nyctalopas a Graecis dictos, caprae vero iocinere in
vino austero decocto. Quidam inassati iocineris sanie inun-
gunt aut felle caprae carnisque vesci eas et dum coquantur
oculos vaporari his praecipiunt; id quoque referre arbitrantur
ut rutili coloris fuerit. Volunt et suffiri oculos iocinere in 171
ollis decocto, quidam inassato. Fel quidem caprinum pluribus

oculorum cicatrices, VRd. *cicatrices oculorum*, βγ.

§ 168. *Medulla bubula* e, d. *Medullae bubulae*, VR. *Medulla bubula ex*, β. — *curre*, R^{1}. — *calliblephari*, θVRTdr. *calliblepharique*, codd. Barbari, β. — *in hos usus*, K. *in hunc usum*, Dalec. — *ellychnio*, Barbar. *et lychnio*, VRd. — *papyracio*, R. *papyraceo*, Vdβγ. — *sesamino*, R^{2}. *sesaminio*, R^{1}d. *sasaminio*, V. — *vas pennis*, Rd. *paspinnis*, V. — *Fel*, V. — *inungunt*, θVRTd. *inunguntur*, β. — *quadriduum*, V.

§ 169. *generum*, VR^{1}. — *medulla* et *illinitur*, r. — *melli*, V. — *epiforiae*, V. — *vero*, d. Omitt. VR. — *lippido*, R. — *lumbalis*, V. — *exustis*, θV^{2}RTd. *ex ostis*, V^{1}. *tostis*, β.

§ 170. *quoniam*, VRd. *quoniam eae*, βγ. — *edint*, ita nos scripsimus. *edent*, VR. *edant*, dβγ. — *dorcadas*, θVRTd. *dorcades*, β. — *ob id*, VRd. *et ob id*, βγ. — *devorari*, V^{2}d. *devorare*, V^{1}Rβγ. — *noctu*, VRd. *nostrae*, K. — *quoque*, K. *eq̊q;*, R. *aeque quoque*, Vdβγ. — *sanguinem*, V. — *lusciosos sanari*, Vd. *lusciosconare* (os superscr.), R. *sanari lusciosos*, βγ. — *caprae*, VR. *vel caprae*, d. — *aut*, VR^{2}d. *ut*, R^{1}. — *vesci eas*, VRd. *eas vesci*, βγ. *carneque ea vesci*, K. — *coquitur*, K. — *his*, θVRTd. Om. β. — *ut*, VRTd. *si*, β. — *ruti*, R. — *fuerit*, VRTdr. *fuerint*, β.

§ 171. *suffiri oculos*, VRd. *oculos suffiri*, βγ. — *inassati*, VR. — *quidem*,

modis adsumunt, cum melle contra caligines, cum veratri candidi tertia parte contra glaucomata, cum vino contra cicatrices et albugines et caligines et pterygia et argema, ad palpebras vero evolso prius pilo cum suco oleris ita ut unctio inarescat, contra ruptas tuniculas cum lacte mulieris. Ad 172
omnia inveteratum fel efficacius putant nec abdicant fimum ex melle inlitum epiphoris contraque dolores medullam, item pulmonem leporis, et ad caligines fel cum passo aut melle. Lupino quoque adipe vel medulla suum fricari oculos contra lippitudines praecipiunt; nam volpinam linguam habentis in armilla lippituros negant.

48. Aurium dolori et vitiis medentur urina apri in vitreo 173
servata, fel apri vel suis vel bubulum cum oleo cicino et rosaceo aequis portionibus, praecipue vero taurinum cum porri suco tepidum vel cum melle, si suppuret, contraque odorem gravem per se tepefactum in malicorio; rupta in ea parte cum lacte mulierum efficaciter sanat. Quidam etiam 174
ingravatas auris sic perluendas putant; alii cum senecta serpentium et aceto includunt lana conlutas ante calida aqua aut, si maior sit gravitas aurium, fel cum murra et ruta in malicorio excalfactum infundunt, lardum quoque pingue; item fimum asini recens cum rosaceo instillatur, omnia tepefacta. Utilior equi spuma vel equini fimi recentis cinis cum rosa-

R[2]d. *et quidem*, R[1]. *equidem*, T. *et*, V. — *verati*, Vd. — *unctio*, θVR[1]dr (codd. Gel.) *inunctio*, R[2]β.

§ 172. *Ad omnia*, θVRTd. *Ad omnia autem*, β. — *inveteratum*, RK. *inveterata*, Vdβ. *Hoc autem fel quanto vetustius fuerit, tanto melius erit*, Sext. Placit. 4, 8. — *abducant*, V. — *pulmonem*, V. *pulmonum*, R[1]. *pulmones*, R[2]. *pulmonis*, d. — *et ad*, VRTd. *sedat*, β. — *caligines*, θVRTd. *caliginem*, β. — *nam*, om. K.

§ 173. *medentur*, Dalec. VR. *medetur*, dβγ. — *urinam*, V. — *vitreo*, Dalec. V[2]. *vitrio*, θV[1]. *vitro*, Rdβγ. — *fel apri*, VRd. *et fel apri*, Dalec. *vel apri*, β. — *cicino*, vir doctus apud Barbarum. *citrino*, θ. *citreo*, VRTd. — *pori*, V. — *suppuret*, R[2]d. *supperet*, VR[1]. *superet*, θ. — *tepefactum*, VR[2]d. *factum*, R[1]. — *malicurio*, V. — *rupta in ea parte*, VRd. *in ea parte rupta*, Pint. βγ. — *mulierem*, R[1].

§ 174. *etiam*, VR. *et*, θTd. — *ingravatas*, Td. *ingravatos*, R. *in gravitates*, V. *in gravitate*, β. — *lana collutas ante calida aqua*, VRTd. *lana ante aqua calida colluta*, K. *lanas ante aqua calida collutas*, β. — *fel cum*, VRd. *vel cum*, β. Quae scriptura uti propter sequens nomen *excalfactum* ferri nequit, ita scriptura recepta corruptela laborat; excidit nomen animalis, cuius fel detur; nam de serpentis felle iam propter structurae formationem nemo cogitet. — *pinguem*, V. — *cum rosaceo*, R[2]d. *cui rosaceo*, VR[1]. *cui rosaceum*, r. — *instillatur*, VR. *instillant'*, d. *instillant*, K. — *omnia*, θVRdr. *omnia ea*, T. *omniaque ea*, βγ.

ceo, butyrum recens, sebum bubulum cum adipe anserino,
urina caprae vel tauri aut fullonia vetus, calfacto vapore et
per lagenae collum subeunte. Admiscent aceti tertiam partem 175
et aliquid urinae vituli qui nondum herbam gustaverit, fimum
etiam mixto felle eiusdem et cutem quam relincunt angues,
excalfactis prius auribus; lana autem medicamina ea inclu-
duntur. Prodest et sebum vituli cum anseris adipe et ocimi
suco, eiusdem medulla admixto cumino trito infusa; virus
verrinum e scrofa a coitu exceptum priusquam terram attin-
gat contra dolores; auribus fractis glutinum e naturis vitu- 176
lorum factum et in aqua liquatum, aliis vitiis adips volpium,
item fel caprinum cum rosaceo tepido aut porri suco aut, si
rupta sint aliqua ibi, e lacte mulieris; si gravitas sit au-
diendi, fel bubulum cum urina caprae vel hirci, vel si pus
sit. In quocumque autem usu putant efficaciora haec in cornu
caprino per dies viginti infumata. Laudant et coagulum le- 177
poris tertia denari parte ex dimidiaque sacopeni in ammineo
vino. Parotidas ursinus adips conprimit pari pondere cerae
et taurini sebi; addunt quidam hypocisthidem et per se bu-
tyrum inlitum si prius foveantur feni Graeci decocti suco,
efficacius cum strychno. Prosunt et volpium testes et tau-
rinus sanguis aridus tritus, urina caprae calefacta instillata
auribus, fimum eiusdem cum axungia inlitum.

49. Dentis mobilis confirmat cervini cornus cinis dolores- 178

butyrum recens hoc loco habent VRd, post *anserino* collocant βγ. — *bubulum*, om. R^1. — *caprae*, θVRTd. *capri*, β. — *aut*, θVRTd. *vel*, β. — *calfacto*, VTd. *calfacta*, Rβγ. — *et per*, VTd. *per*, Rβγ. — *laguene*, VR. — *collo*, VR.

§ 175. *aceti tertiam partem*, VR. *tertiam partem aceti*, d. *et aceti tertiam partem*, βγ. — *urinae*, Rd. *murrae*, V. — *etiam*, V. Omitt. Rd. — *cute*, d. — *excalefactis*, R. — *cymino*, V. — *dirus*, VRd. — *a coitu*, r. Omitt. VRdβγ; at v. § 181.

§ 176. *gluttinum*, V. — *natura*, K. *naribus*, Dalec. — *factum*, R^2d. *foetum*, V^1. *fetum*, V^2R^1. — *adips*, R^1. *adeps*, VR^2dβγ. — *rupta sint*, R^2d. *ruta sint*, VR^1. *sint rupta*, βγ. — *aliqua ibi*, VR^2d. *aliqua ubi*, R^1. *ibi aliqua*, βγ. — *sit*, omitt. VRd, unde *Si sit gravitas audiendi* legendum esse suspicor. — *fel bubulum*, VRd. *vel bubulum*, β. — *vel hirci*, Rd. *hyrci*, V. — *pus sit*, V^2R. *possit*, V^1d. — *putant*, VR^1d. *putant esse*, R^2. — *efficaciora haec*, VRd. *haec efficaciora*, βγ.

§ 177. *denarii parte*, Vd. *denarii*, R^2. Om. R^1. — *ex dimidiaque*, θVR. *dimidiaque*, dβγ. De encliticae collocatione v. ad 33, 73. — *sacopeni*, codd. Hard. *sacopemi*, θR. *sacropemi*, Vd. *sagapeni*, β. — *Parotida sus sinus*, V. — *adips*, θ. *adeps*, VRdβγ. — *hypocistiden*, R. *hypocistide*, d. — *inlitum*, R^2d. *inlinitum*, VR^1. — *st^{ri}ghano*, V (*g* mutatum ex *c*, et *h* erasum videtur). *stri-*

que eorum mitigat, sive infricentur sive conluantur; quidam
efficaciorem ad omnis eosdem usus crudi cornus farinam arbi-
trantur; dentifricia utroque modo fiunt. Magnum remedium
est et in luporum capitis cinere. Certum est in excrementis
eorum plerumque inveniri ossa; haec adalligata eundem effe-
ctum habent, item leporina coagula per aurem infusa contra
dolores, et capitis eorum cinis dentifricium est adiectoque
nardo mulcet graveolentiam oris. Aliqui murinorum capitum 179
cinerem miscuisse malunt. Reperitur in latere leporis os acu
simile; hoc scariphare dentis in dolore suadent. Talus bubu-
lus accensus eos qui labent cum dolore admotus confirmat;
eiusdem cinis cum murra dentifricium est. Ossa quoque ex
ungulis suum conbusta eundem usum praebent, item ossa ex
acetabulis pernarum, circa quae coxendices vertuntur. Iisdem 180
sanari demissis in faucis iumentorum verminationes notum
est, sed et conbustis dentis confirmari, asinino quoque lacte
percussu vexatos aut dentium eiusdem cinere, item lichene
equi cum oleo infuso per aurem; est autem hoc non hippo-
manes quod alioqui noxium omitto, sed in equorum genibus
ac super ungulas. Praeterea in corde equorum invenitur os 181
dentibus caninis maxumis simile; hoc scariphari dolorem aut
exempto dente emortui equi maxillis, ad numerum eius qui
doleat, demonstrant. Equarum virus a coitu in ellychniis
accensum Anaxilaus prodidit equinorum capitum usus reprae-

gano, R (ex corr.) *stycano*, d. — *urinae*, V. — *calefacta*, VRd. *calfacta*, γ. — *fimum*, VRTd. *fimumque*, βγ.

§ 178. *confirmat*, Rd. *cor firmat*, V. — *cornu*, d. — *infrigentur*, VR^1. — *coluantur*, V. — *cornu*, d. — *est et*, Vd. *est*, Rβγ. — *capitis*, omitt. Td. — *Certum*, VTd. *certumque*, Rβγ. — *haec*, VR. *haecque*, Td. — *dentifrigium*, V. — *graveolentiam oris mulcet*, T.

§ 179. *mallunt*, V. — *in latere capitis leporis*, K. — *os acu*, V^2. *os acui*, R^2. *aco*, V^{1}R^1. *acui os*, dβγ. — *scariphare*, ita nos scripsimus. *scarifare*, V. *scarifari*, d. *scarificare*, R^1. *scarificari*, R^{2}βγ. — *dolore suadent*, d. *dolores valent*, VR^2. *dolores vident*, R^1. — *labent*, θVT. *labant*, Rdβγ. — *pernarem*, R^1.

§ 180. *iumentorum*, VR^{2}d. Om. R^1. — *combustis*, R^{2}d (codd. Gel.) *comruptis*, V^1. *comrupto*, V^2. *consumptis*, θ. *corruptos*, r. *combustis corruptos*, R^1. — *asinino*, Vd (codd. Gel.) *asino*, R. — *percussa*, V. — *item lichene*, R. *item lichenae*, V. *lichene item*, dβγ.

§ 181. *os dentibus*, R^{2}d. *ostentibus*, V. *oscentibus*, R^1. — *maximis*, VRdδρφ. *maxime*, β. — *scariphari*, ita nos scripsimus. *scarifarii*, V. *scarificari*, Rdβγ. — *dente*, Rd. *det*, V. — *mortui*, R. — *dolet*, K. — *ellychniis*, T (codd. Gel.) *elychnis*, Vβ. *elycnis*, d. *lychnis*, RKγ. — *equinorum*, Rd. *equorum*, V ex emend. — *c///pitum*, V. — *reprae////tare*, V.

*

sentare monstrifice; similiter ex asinis; nam hippomanes tantas
in veneficio viris habet ut adfusum aeris mixturae in effi-
giem equae Olympiae admotos maris equos ad rabiem coitus
agat. Medetur dentibus et fabrile glutinum in aqua deco- 182
ctum inlitum et mox paulo detractum ita ut confestim con-
luantur vino in quo decocti sunt cortices mali punici dulcis.
Efficax habetur et caprino lacte conlui dentis vel felle tau-
rino. Talorum caprae recentium cinis dentifricio placet et
omnium fere villaticarum quadripedum, ne saepius eadem
dicantur.

XII. 50. Cutem in facie erugari et tenerescere candore 183
custodito lacte asinino putant notumque est quasdam cotidie
septingenties custodito numero fovere. Poppaea hoc Neronis
principis instituit balinearum quoque solia sic temperans, ob
hoc asinarum gregibus eam comitantibus. Inpetus pituitae
in facie butyro inlito tolluntur, efficacius cum cerussa, sin-
cero vero ea vitia quae serpunt, superinposita farina hordeacia;
ulcera in facie membrana e partu bovis madida. Frivolum 184
videatur, non tamen omittendum propter desideria mulierum,
talum candidi iuvenci quadraginta diebus noctibusque donec
resolvatur in liquorem decoctum et inlitum linteolo candorem
cutique erugationem praestare. Fimo taurino malas rube-
scere aiunt, non ut crocodileam inlini melius, sed foveri fri-
gida et ante et postea iubent. Testas et quae decolorem 185
faciunt cutem fimum vituli cum oleo et cummi manu sub-
actum emendat, ulcera oris ac rimas sebum vituli vel bovis

effigie, d. — *maris*, om. K. — *ageret*, K.

§ 182. *illitum*, VR. *illitumque*, dβγ. — *sunt*, V. *sint*, R^{1}d. Om. R^2. — *ferre*, V. — *aedem*, R^1. — *dicatur*, VR.

§ 183. *erucari*, V. — *tenescere*, Vd. — *candore custodito*, θVRTd. *et candorem custodire*, βγ. — *est*, om. r. — *septingenties*, RTd. *septingentes*, V. *septingentas*, θ. *D.CC*, r. *D*, β. — *Popea*, V. — *instituit*, VR^{2}d (codd. Gel.) *instruit*, R^1. *uxor instituit*. K. — *balinearum*, VR. *balnearum*, θTd. *balneorum*, r. — *solia sic temperans*, θVTd. *solia sic temperant*, R. *sic solio temperato*, β. — *ob hoc asinarum* (*asinorum*, R) *gregibus*, VRd. *asinarum gregibus ob hoc*, β. — *comitatibus*, V. — *in faciem*, K. — *ceraussa*, V. — *ea vitia*, θVRTd. *vitia*, βγ. — *superimposita*, θVRTd. *insuper imposita*, βγ. — *paritu*, θV. — *bobis*, V. *bolis*, d.

§ 184. *videatur*, VRd (codd. Gel.) *videtur*, r. *licet videatur*, K. — *iuvenci*, Rd. *iuveni*, V. *iumenti*, Dalec. — *illitum*, Vd. *illinitum*, θRγ. — *cutique*, θVR. *cutisque*, dβγ. — *erugatione*, VR. *eruginationem*, d. — *non ut*, θVRTd. *non*, β. *nec*, K.

§ 185. *Testas et quae*, R^2. *Testa sed quae*, VR^1. *Testas eque*, Td. *Testas* etiam θ habet. *Aestates et quae*, βγ. — *faciunt decolorem*, T. — *cummi*, VR.

cum adipe anserino et ocimi suco. Est et alia mixtura e
sebo vituli cum medulla cervi et albae spinae foliis una tri-
tis; idem praestat et medulla cum resina vel, si vaccina sit,
et ius e carne vaccina. Lichenas oris praestantissime vincit 186
glutinum factum e genitalibus vitulorum, liquatum aceto cum
sulphure vivo, ramo ficulneo permixtum, ita ut bis die recens
inlinatur; item lepras ex melle et aceto decoctum, quas et
iocur hirci calidum inlitum tollit, sicut elephantiasim fel ca-
prinum; etiamnum lepras ac furfures tauri fel addito nitro,
urina asini circa canis ortum, maculas in facie fel utriusque
per sese aqua infractum evitatisque solibus ac ventis post
detractam cutem. Similis effectus et in taurino vitulinove 187
felle cum semine cunilae ac cinere e cornu cervino, si cani-
cula exoriente conburatur. Asinino sebo cicatricibus ac licheni
leprisque maxume color redditur. Hirci fel et lentigines tollit
admixto caseo cum vivo sulphure spongeaeque cinere, ut sit
mellis crassitudo. Aliqui inveterato felle maluere uti, mixtis 188
calidis furfuribus pondere oboli unius quattuorque mellis,
prius defricatis maculis. Efficax eiusdem et sebum cum me-
lanthio et sulphure et iride labrorum fissuris cum adipe an-
serino ac medulla cervina resinaque et calce. Invenio apud
auctores his qui lentigines habeant negari magices sacrificio-
rum usus.

51. Lacte bubulo aut caprino tonsillae et arteriae exulce- 189
ratae iuvantur; gargarizatur tepidum, ut est uberibus expres-

gummi, dβγ. — *manu*, d. *manum*, VR^{2}. *nanum*, R^{1}. — *anserino*, θVRTd. *anseris*, β. — *Est et*, VR. *Est*, d. — *e*, θ. *se*, R^{1}. Omitt. VR^{2}dβγ. — *et ius*, θVRTd. *iusque*, β.

§ 186. *vicit*, R^{1}. — *ex aceto*, Td. — *vino*, V. — *ficulne*, R. — *illitum*, d. *multum* (i. e. *inlitum*), θV. *illinitum*, R. — *elephantiasim*, d. *elephantiasin*, VRβγ. — *etiamnum*, Rd. *etiannum*, V^{1}. *etiam*, V^{2}. — *tauri fel*, VRTKd. *tauri vel*, β. — *facie*, om. R^{1}. — *per sese*, Rd. *compersae*, V (post *ae* deletis duabus litteris). — *detectam*, K.

§ 187. *et*, θVRTd. Om. β. — *taurino*, VRTd. *taurino sevo*, β. — *ac*, omitt. VRd. — *e*, R^{2}. Omitt. VR^{1}Td. — *cervini*, Td. — *Asino*, R^{1}. — *licheni*, d. *lichene*, R. *li ene*, V. — *reditur*, V. — *cum vivo*, R^{2}Td. *cum vino*, θVR^{1}. *et vino*, codd. Gel. *ac vino*, β. — *sit mellis*, VRd. *mellis sit*, βγ.

§ 188. *maluere uti*, VRd. *uti maluere*, βγ. — *furforibus*, V^{1}. — *adipe anserino*, V. *anserino adipe*, Rd. — *calces in vino*, V. — *lentigines*, θVRTd. *lentiginem*, β. — *negari*, VR^{1}d. *mirari*, R^{2}. — *magices*, R. *magice*, d. *magicae*, Vβ. — *usus*, θVT. *usum*, Rdβγ.

§ 189. *arteriae*, R. *arcteriae*, V. *alteriae*, d. — *exulcerata et*, R. — *iuvantur*, Pint. θV^{2}. *iubantur*, V^{1}R^{1}. *iubentur*, Td. *levantur*, R^{2}β. — *gargarizatum*, VRTd. — *uberibus*, ita nos scripsimus. *usus*, θVRTd. Omitt. βγ.

sum, aut calefactum; caprinum utilius cum malva decoctum
et sale exiguo. Linguae exulcerationi et arteriarum prodest
ius omasi gargarizatum, tonsillis autem privatim renes vol-
pium aridi cum melle triti inlitique, anginae fel taurinum
vel caprinum cum melle. Iocur melis ex aqua oris gravita- 190
tem ulceraque butyrum emendat. Spinam aliudve quid fau-
cibus adhaerens felis extrinsecus fimo perfricatis aut reddi
aut delabi tradunt. Strumas discutit vel aprunum vel bubu-
lum tepidum inlitum; nam coagulum leporis e vino in lin-
teolo exulceratis dumtaxat inponitur. Discutit et ungulae asini 191
vel equi cinis ex oleo vel aqua inlitus et urina calefacta et
bovis ungulae cinis ex aqua, fimum quoque fervens ex aceto;
item sebum caprinum cum calce aut fimum ex aceto deco-
ctum testesque volpini. Prodest et sapo; Gallorum hoc in-
ventum rutilandis capillis; fit ex sebo et cinere, optumus e
fagino et carpineo, duobus modis, spissus ac liquidus, uter-
que apud Germanos maiore in usu viris quam feminis.

52. Cervicum dolores butyro aut adipe ursino perfricentur, 192
rigores bubulo sebo quod et strumis prodest cum oleo. Do-
lorem inflexibilem — opisthotonon vocant — levat urina caprae
auribus infusa aut fimum cum bulbis inlitum, unguis con-
tunsos fel cuiuscumque animalis circumligatum, pterygia digi-
torum fel tauri aridum aqua calida dissolutum; quidam ad-
iciunt sulphur et alumen pari pondere omnium.

53. Tussim iocur lupi ex vino tepido sanat, ursinum fel 193

omasi, VR. *magis*, Td. — *gargarizatum*, VRTd. *gargarizatu*, *β*. *si gargarizatur*, K. — *tonsillis*, R[2]. *tonsillas*, VR[1]d. — *penes*, Vd. — *inlinitique*, R[1]. — *anginae*, R. *anguinae*, Vd. *anginis*, r.

§ 190. *mellis*, V. — *aqua. Oris*, r. — *butyrum*, VRd. *vetera*, K. — *Spinam*, VR[1]d. *Pinnam*, R[2]. — *felis*, revocavi ex *β*. *felix*, VRd. Om. *γ*. — *aprunum*, R[2]. *afrunum*, *θ*R[1]. *aprinum*, Vd*βγ*. *aprugnum*, Dalec. *caprinum*, Harduin.

§ 191. *vel aqua*, RTd. *vel aquas*, V. *vel aliqua*, *θ*. *aquave*, K. *aqua*, *β*. — *et urina — aqua*, R[2]d. Omitt. VR[1]. — *testesque*, R (codd. Gel.) *testes*, Vd. — *Gallorum*, V. *Gallarum*, R. *Galliarum*, Td*γ*. — *rutillandis*, V. — *fit ex*, *θ*VRTd. *ex*, *β*. — *e fagino*, ita nos scripsimus. *fagino*, VRd*βγ*. — *carpineo*, K. *caprino*, VRd (codd. Gel.) *βγ*; v. Cornar. ad Galen. p. 419.

§ 192. *Cervitium*, R. — *perfricentur*, VRd. *perfricantur*, *βγ*. — *quod et*, Rd. *quod*, V. — *Rigorem*, K. — *opistothonum*, R. — *urinam;* V. — *circumligatum*, R[2] (codd. Gel.) *inligatum*, VR[1]d. — *tauri aridum*, *θ*VRTd. *taurinum*, *β*.

§ 193. *lupinum*, T. — *ursinum*, Vd. *ursinumque*, R*βγ*. — *cornus*, *θ*R. *cornu*, V (una littera in fine erasa) d*β*. — *saliva equi*, Rd. *salivae qua*, V. *salive qui*, T. — *pota*, *equum mori*, Gesner. histor. anim. 1, 482. *potae cum mori*, R. *potae commori*, Td. *pota, at equum mori*, Hard. *γ*, quod confirmare di-

admixto melle aut ex cornus bubuli summis partibus cinis
vel saliva equi triduo pota, — ecum mori tradunt, — pulmo
cervinus cum gula sua arefactus in fumo, dein tunsus ex melle
cotidiano ecligmate; efficacior est ad id subulo cervorum
generis. Sanguinem exspuentis cervini cornus cinis, coagu- 194
lum leporis tertia parte denari cum terra Samia et vino myrteo
potum sanat, eiusdem fimi cinis in vino vesperi potus no-
cturnas tussis, pili quoque leporis suffiti extrahunt pulmo-
nibus difficilis exscreationes; purulentas autem exulcerationes
pectoris pulmonisque et a pulmone graveolentiam halitus bu-
tyrum efficacissime iuvat cum pari modo mellis Attici deco-
ctum donec rufescat et matutinis sumptum ad mensuram
lingulae. Quidam pro melle laricis resinam addere maluere. 195
Si sanguis reiciatur, efficacem tradunt bubulum sanguinem
modice et cum aceto sumptum; nam de taurino credere teme-
rarium est; sed glutinum taurinum tribus obolis cum calida
aqua bibitur in vetere sanguinis exscreatione.

XIII. 54. Stomachum exulceratum lactis asinini potus refi- 196
cit, item bubuli, rosiones eius caro bubula admixto aceto et
vino cocta, rheumatismos cornus cervini cinis, sanguinis ex-
screationes haedinus sanguis recens ad cyathos ternos cum
aceto et vino acri pari modo fervens potus, coagulum tertia
parte ex aceto potum; 55. iocineris dolores lupi iocur ari- 197
dum ex mulso, asini iocur aridum cum petroselini partibus
duabus et nucibus tribus ex melle tritum et in cibo sum-

citur V, si Nautae, quod equidem non credo, fides habenda sit. *cinis; saliva equi triduo pota eam maturari*, K. *qua triduo pota commori tradunt*, r. Emendationem suggessit Sext. Placit. 14, 1: „Equi salivam si cum vino vel aqua quis biberit, sanus efficietur. Hoc nos ipsi experti sumus; sed expertissimum est, quod equus ille moritur." — *sua arefactus*, VR. *subarefactus*, d. — *coctidiano*, V. — *eligmate*, R. *oligmate*, V. — *est*, d. *ē*, R. Om. V.

§ 194. *expuentes*, V. — *vel coagulum*, K. — *denarii*, VRd. *nardi*, r. — *suffiti*, VR^{2}d. *suffuri*, R^1. — *pulmonibus*, VR^2. *et pulmonibus*, R^1. *ex pulmonibus*, d. — *pulmonisque*, VRd. *pulmonibusque*, *β*. — *habitus*, V. — *lingulae*, *θ*VRTd. *ligulae*, codd. Barbari, *β*.

§ 195. *maluere*, VRTd. *maluerunt*, *β*. — *et cum aceto sumtum*, R. *cum aceto sumtum*, V. *sumtum et cum aceto*, d. — *de*, VR^{2}d. *et*, R^1.

§ 196. *asinini*, d. *asini*, VR. — *admixto*, VR^2. *mixto*, R^{1}d. *misto*, *θ*. — *edinus*, V. — *sanguis*, R^2. Omitt. VR^{1}d. — *et vino*, *θ*. Omitt. VRd*βγ*. — *modo*, VR^2. Omitt. R^{1}Td.

§ 197. *lupino*, d. — *iocur*, V. *iecur*, Rd*βγ*. — *ex aceto mulso*, K. — *asini*, *θ*VRTd. *asininum*, *β*. — *et*, *θ*VR^{1}Td. *ac*, R^2*βγ*. — *nucibus*, VRTd. *nunc*, *θ*. — *ex melle*, *θ*V. *ac*, Rd*β*.

ptum, sanguis hircinus cibo aptatus. Suspiriosis ante omnia efficax est potus equiferorum sanguinis, proxume lactis asinini tepidi cum bulbis decocti ita ut serum ex eo bibatur, addito in tris heminas cyatho nasturti perfusi aqua, dein melle diluti. Iocur quoque volpinum aut pulmo in vino nigro aut fel ursinum in aqua laxat meatus spirandi.

56. Lumborum dolores et quaecumque alia molliri opus 198
sit ursino adipe fricari convenit, cinerem apruni aut suilli fimi inveterati adspargi potioni vini. Adiciunt et magi sua conmenta: primum omnium rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari, eadem praecisa non abire eos in alienum gregem. Huic admiscent fimum caprinum et, subdito linteolo uncto, cava manu quantum pati possit fervens sustinere iubent ita ut, si laeva pars doleat, haec medicina in dextra
manu fiat aut e contrario. Fimum quoque ad eum usum 199
acus aereae punctis tolli iubent. Modus est curationis donec vapor ad lumbos pervenisse sentiatur; postea manum porro tunso inlinunt, item lumbos ipso fimo cum melle, suadentque in eo dolore et testis leporis devorare. Ischiadicis fimum bubulum inponunt calefactum in foliis cinere ferventi; in renium dolore leporis renis crudos devorari iubent aut certe coctos ita ne dente contingantur. Ventris quidem dolore temptari negant talum leporis habentis.

57. Lienem sedat fel apri vel suis potum vel cervini cornus 200
cinis in aceto, efficacissime tamen inveteratus lien asini ita

sanguis, R^{2}d. *sanguinis*, VR^{1}. — *aptatus*; post h. v. Dalec. ex § 198. verba *Afferunt — gregem* inserit. — *cum bulbis*; pro his vv. habent *bulbis* R^{2}, *bubuli* VR^{1}Td. — *ita et serum ex eo bibitur*, K. — *nasturtii*, θVR^{1}Td. *nasturtii albi*, R^{2}β. — *dein*, VRd. *deinde*, βγ. — *dilutum*, V. — *vulpium*, T.

§ 198. *molliri*, θVRd. *mollire*, β. — *fricari*, θVRd. *perfricari*, Tr. *perfricare*, β. — *cinere*, Vd. — *apruni*, VR^{2}. *pruni*, R^{1}. *aprini*, dβγ. — *adspargi*, V. *aspergi*, dβ. *adspergi*, Rγ. *inspergi*, K. — *Adiciunt*, ita nos scripsimus. *Adficiunt*, R^{2}. *Afferunt*, VR^{1}dβγ. — *magis*, V. — *mulgeatur*, V. — *habire*, V. — *inuncta*, T. — *quantum*, R. *quanto*, Vd. — *pati*, VR^{1}d. *capi*, R^{2}. — *aut e*, R^{2}d. *ante*, V. *aut*, R^{1}.

§ 199. *acus*, VR^{1}d. *causa*, R^{2}. — *punçtis*, R^{2}. *punctos*, VR^{1}. *punctus*, d. — *est curationis*, d. *et curationis*, R. *excurationis*, V. *curationis est*, βγ. — *pervenisse sentiatur*, θVRTd. *sentiatur pervenire*, β. — *manum*, VR^{1}d. *manum vero*, R^{2}. *vero manum*, βγ. — *suadentque*, V. *suadent*, Rd. — *eo dolore*, VR^{2}. *odore*, R^{1}. *eodem dolore*, dβγ. — *Schiadicis*, R. — *foliis*, R^{2}d. *follis*, VR^{1}. *soliis*, K. A Plinio Valerio 2, 45. folia cuiuscumque oleris dicuntur. — *renium*, Rd. *renum*, VTγ. *renumque*, β. — *coctos*, Rd. *cocior*, V. — *dente*, R. *denti*, Vd. — *contingantur*, d. *contigatur*, R. *contirigatur*, V. — *dolores*, R.

ut in triduo sentiatur utilitas. Asinini pulli fimum quod pri-
mum edidit — poleam vocant Syri — dant in aceto mulso;
datur et equi lingua inveterata ex vino praesentaneo medi-
camento, ut didicisse se ex barbaris Caecilius Bion tradidit,
et lien bubulus simili modo, recens autem assus vel elixus
in cibo. In vesica quoque bovis ali capita xx tunsa cum
aceti sextario inponuntur ad lienis dolores. Eadem ex causa 201
emi lienem vituli quanti indicatus sit iubent magi nulla preti
cunctatione, quoniam hoc quoque religiose pertineat, divi-
sumque per longitudinem adnecti tunicae utrimque et induen-
tem pati decidere ad pedes, dein collectum arefacere in
umbra; cum hoc fiat, simul residere lienem aegri vitiatum
liberarique eo morbo dicitur. Prodest et pulmo volpium
cinere siccatus atque in aqua potus, item haedorum lien in-
positus.

XIV. 58. Alvom sistit cervi sanguis, item cornus cinis, 202
iocur aprunum ex vino potum citra salem recensque, item
assum suillum vel hircinum decoctum ad quintam heminam
in vino, coagulum leporis in vino ciceris magnitudine aut,
si febris sit, ex aqua, — aliqui et gallam adiciunt, alii per
se leporis sanguine contenti sunt lacte cocto, — equini fimi
cinis in aqua potus, taurini cornus veteris e parte ima cinis
inspersus potioni aquae, sanguis hircinus in carbone deco-
ctus, corium caprinum cum suo pilo decoctum suco epoto.
Coagulum equi et sanguis caprinus vel medulla vel iocur 203

§ 200. *fel*, Rd. *vel*, V. — *cervini cornus*, R. *vini cornus*, V. *unicornii*, T. *unicornu*, d. — *inveteratur*, V. — *quod primum*, om. R^1. — *poleant*, V. — *dant*, θVRTd. *datur*, β. — *et*, omitt. VRd. — *aequi*, V. — *Caecilius*, d. *Cecilius*, R^2. *Celius*, R^1T. *Caelus*, θV. — *alii*, V. *allii*, Rdβγ. — *aceto*, VRd. — *dolores*, θVRTd. *dolorem*, β.

§ 201. *ex*, om. d. — *emi*, R. *mi*, V (ex emend.) *in*, d. — *pretii*, VR. *credi*, d. — *cunctatione*, VRTd. *contatione*, β. — *relegiose*, V. — *divisum*, d. — *annectit*, d. — *decedere*, d. — *arefacere in umbra*, V^2R. *antefacere in umbra*, V^1d. *arefacere*, r. *in umbra arefacere*, βγ. — *haec*, R^1. — *fiat*, R^2d. *faciat*, θVR^1. *fiet*, K. — *eo*, ita nos scripsimus. *eū*, R. *eum*, V. Omitt. dβγ. — *et*, R^2. Omitt. VR^1d. — *lien*, R^2. Omitt. θVR^1Td.

§ 202. *cervi*, θVRTd. *cervinus*, β. — *cornus*, R. *cumius*, V. *cum vis*, d. — *iocur*, V. *iecur*, Rdβγ. — *aprunum*, V. *aprinum*, Rdβγ. — *suillum vel*, d. *vel suillum*, VR. — *ad quintam heminam in vino*, θVRTd. *eminam in vino*, δϑρφ. *in vini hemina*, β. *ad quintam heminae in vino*, Gronov. — *vinino*, V. — *sanguinem*, V. — *lac cocto*, R. *lac coctum*, Vd. *in lacte cocto*, K. — *cinis*, omitt. R^1d. — *aqua potus*, R. *aqua potū*, d. *aquae potu*, V. — *e*, VRd. *ex*, βγ. — *ima*, Barbar. R. *iam*, Vd. — *in carbone*, R^2d. *carbone*, VR^1. — *corium* — *epoto*, om. R^1.

alvom solvit, fel lupi cum elaterio umbilico inligatum vel lactis equini potus, item caprini cum sale et melle, caprae fel cum cyclamini suco et aluminis momento, — aliqui et nitrum et aquam adiecisse malunt, — fel tauri cum apsinthio tritum ac subditum pastillo, butyrum largius sumptum. Coe- 204
liacis et dysintericis medetur iocur vaccinum, cornus cervini cinis tribus digitis captus in potione aquae, coagulum leporis subactum in pane, si vero sanguinem detrahant, in polenta; apruni vel suilli vel leporini fimi cinis inspersus potioni tepidi vini; vituli quoque ius volgariter datum inter auxilia coeliacorum et dysintericorum tradunt. Lactis asinini potus utilior addito melle, nec minus efficax fimi cinis ex vino utrique vitio, item polea supra dicta; equi coagulum quod aliqui hip- 205
pacen appellant, etiam si sanguinem detrahant, vel fimi cinis dentiumque eiusdem tunsorum farina salutares et bubuli lactis decocti potus; dysintericis addi mellis exiguum praecipiunt et, si tormina sint, cornus cervini cinerem aut fel taurinum cumino mixtum et cucurbitae carnis umbilico inponere. Caseus recens vaccinus inmittitur ad utrumque vitium, item butyrum heminis quattuor cum resinae terebinthinae sextante aut cum malva decocta aut cum rosaceo. Datur et sebum 206
vitulinum aut bubulum; item medullae excocuntur cum farina ceraeque exiguo et oleo ut sorberi possint; medulla et in pane subigitur; lac caprinum ad dimidias partis decoctum; si sint et tormina, additur protropum. Torminibus satis esse

§ 203. *illitum*, K, quod praefert Hard. ex Plin. Valer. 2, 23. — *aluminis*, R^{2}d. *alvum in his*, VR^1. — *momento*, VRTd. *modico*, *β*. — *et nitrum*, R. *nitrum*, Vd. — *ac*, Rd. *et c*, V. — *subitum*, VR^1. — *butyrum largius sumptum*; haec vv. ad superiora recte retulit Hard., cum in *β* novam periodum exordiantur.

§ 204. *coeliacis; at dysentericis*, K^1. *coeliacis medetur; et dysentericis iecur*, K^2. — *iecur*, VRTdr. *et iecur*, *β*. — *positione*, VR^1. — *detrahant*, *θ*VR^{1}T. *detrahunt*, R^{2}d*βγ*. — *apruni*, ita nos scripsimus. *aprini*, VRd*βγ*. — *leporini*, R^{2}d. *leporis*, R^1. *leporinis*, V. — *tepidi*, *θ*VRTd. *tepidae*, *β*. — *bituli*, V^1. — *suis*, *θ*VRTd. — *datum*, Rd. *dati*, *θ*VT. — *traduntur*, *θ*VRd. — *asini*, R^1. — *ex*, R^{2}d. *e*, VR^1. — *supra dicta* § 200.

§ 205. *appellant*, VRTd. *vocant*, *β*. — *salutares*, VR. *salutaris*, d. *salutaris dicitur*, *βγ*. — *terebinthinaè*, d. *terebinthini*, R^2. *terebinthi*, VR^{1}d. — *cum rosaceo*, VR^{1}Td. *rosaceo*, R^2*βγ*.

§ 206. *aut bubulum*, R^{2}d. *et bubulum*, VR^1. — *medullae excoquuntur*, R. *medulla et cocuntur*, V. *medulla et coquuntur*, Td. — *farine*, R. — *ceraeque exiguo et*, VRTd. *caeraque exiguo et*, *θ*. *et cera exiguoque*, *β*. — *possit*, VRd. — *medulla*, Rd. *id ulla*, V. — *resina*, d. *resinem*, V. *resine*, R.

remedi in leporis coagulo poto e vino tepido vel semel arbi-
trantur aliqui; cautiores et sanguine caprino cum farina hor-
deacia et resina ventrem inlinunt. Ad omnis epiphoras ventris 207
inlini caseum mollem suadent, veterem autem in farinam tri-
tum coeliacis et dysintericis dari cyatho casei in cyathis
vini cibarii tribus. Sanguis caprinus decoctus cum medulla
dysintericis, iocur assum caprae coeliacis subvenit magisque
etiam hirci in vino austero decoctum potumque vel ex oleo
myrteo umbilico inpositum; quidam decocunt a tribus sex-
tariis aquae ad heminam addita ruta. Utuntur et liene asso 208
caprae hircive et sebo hirci in pane qui cinere coctus sit,
caprae, a renibus maxume, ut per se hauriatur protinus,
inque modice frigida sorberi iubent, aliqui et in aqua deco-
ctum sebum admixta polenta et cumino et aneso acetoque;
inlinunt et ventrem coeliacis fimo cum melle decocto. Utun- 209
tur ad utrumque vitium et coagulo haedi in vino myrtite
fabae magnitudine poto et sanguine eiusdem in cibum for-
mato quem sanguiculum vocant. Infundunt dysintericis et
glutinum taurinum aqua calida resolutum. Inflationes discutit
vitulinum fimum in vino decoctum. Intestinorum vitiis ma-
gnopere prodest coagulum cervorum decoctum cum lente
betaque atque in cibo sumptum, leporis pilorum cinis cum
melle decoctus, lactis caprini potus decocti cum malva exiguo
sale addito; si et coagulum addatur, maioribus emolumentis
fiat. Eadem vis est et in sebo caprino in sorbitione aliqua, 210
uti protinus hauriatur frigida aqua. Item feminum haedi cinis

§ 207. *farinam*, K. *farina*, VRd$\beta\gamma$. *in modum farinae*, Plin. Valer. 2, 23. — *dysenteri*, d. — *cibarii*, Td. *cibari*, θV. *cibat*, R[1]. Omitt. R[2]$\beta\gamma$. — *magisque*, Rd. *magis qui*, V. — *myrteo*, R. *myrtae*, V. *myrti*, Td. — *umbilicum*, V. — *a*, Rd. *ad*, V. — *addito ritu*, VR.

§ 208. *ossa*, V. — *sebo hirci*, VR. *sebo*, Td. — *coctum*, V. — *caprae*, VRd. *capto*, K. — *ut*, Rd. *et*, V. — *auriatur*, V ut infra. — *protinus, inque*, Gronov. R. *protinus lique*, θ. *protinus Iique*, V. *protinus liquefactam*, Td. *protinusque*, $\delta\vartheta\rho\varphi\beta$. *protinus aliqui*, Dalec. — *modice*, VRTd. *modi*, $\vartheta\rho\varphi$. *huiusmodi*, δ. — *frigida*, VRd. *frigidum*, $\delta\vartheta\rho\varphi$. *frigidam*, β. — *aneso*, θTd. *aneso et*, VR. *anetho*, $\beta\gamma$.

§ 209. *myrtice*, R. — *fabae magnitudine*, VRd. *magnitudine fabae*, $\beta\gamma$. — *sanguiculum*, R. *sanguinculum*, θVTd. — *Inflationes*, VRTdr. *Inflationes autem*, β. — *prodeest*, V. — *atque*, V. *atque ita*, dβ. *atquene*, R[1]. Om. R[2]. — *sumptum*, VR[1]d. *ita sumptum*, R[2]. — *decoctus*, d. *decocto*, VR. — *potus decocti*, θVRKd. *potus decoctus*, β. — *si et*, θVR[2]Tdr. *et*, R[1]. *et si*, β. — *fiet*, r.

§ 210. *aliqua uti si protinus*, r.

rupta intestina sarcire mire traditur, fimum leporis cum melle decoctum et cotidie fabae magnitudine sumptum ita ut deploratos sanaverint. Laudant et caprini capitis cum suis pilis discocti sucum.

59. Tenesmos id est crebra et inanis voluntas desurgendi 211
tollitur poto lacte asinino, item bubulo. Taeniarum genera pellit cervini cornus cinis potus. Quae in excrementis lupi diximus inveniri ossa, si terram non attigerint, colo medentur adalligata bracchio; polea quoque supra dicta magnopere prodest in sapa decocta, item suilli fimi farina addito cumino in aqua rutae decoctae, cornus cervini teneri cinis cocleis Africanis cum testa sua tunsis mixtus in vini potione.

XV. 60. Vesicae calculorumque cruciatibus auxiliatur urina 212
apri et ipsa vesica pro cibo sumpta, efficacius, si prius fumo maceretur utrumque. Vesicam elixam mandi oportet, et a muliere feminae suis. Inveniuntur et in iocineribus eorum lapilli aut duritiae lapillis similes, candidae, sicut in volgari sue, quibus contritis atque in vino potis pelli calculos aiunt. Ipsi apro tam gravis urina est ut nisi egesta fugae non sufficiat ac veluti devinctus opprimatur; exuri illa tradunt eos.
Leporis renes inveterati in vino poti calculos pellunt. In 213
perna suum articulos esse diximus quorum decoctum ius facit urinae utile. Asini renes inveterati tritique et vino mero dati vesicae medentur. Calculos expellunt lichenes equini ex vino aut mulso poti diebus XL; prodest et ungulae equinae cinis in vino aut aqua, item fimum caprarum in mulso, efficacius

faba, V. — *deploratos*, d. *deplanatos*, θVRT. — *sanaverit*, K. — *caprino*, VR. — *discocti*, VRT. *decocti*, dβγ.

§ 211. *Tenesmus*, d. — *inanis*, VR^{2}d. *anis*, θR^1. — *desurgendi*, θVRTdr. *egerendi*, β. — *Taenearum*, V. *Teniarum*, θT. *Tenearum*, d. *Tinearum*, Rβ. — *cervinus*, V. — *diximus* § 178. — *attingerint*, V. — *dicto*, Vd. — *in sapa decocta*, V. *decocta in sapa*, Rd. — *rutae decocto*, K. — *teneri*, om. r.

§ 212. *Vaesicae*, V. — *fumo*, VRd. *fimo*, θ. — *Vesicam feminae suis elixatione emollitam mandi oportet. Inveniuntur*, K. — *in iocineribus*, Rd. *iocineribus*, V. — *duritiae*, Vr. *duritie*, Rdβγ. — *candidae*, Vr. *candide*, RT. *candidi*, dβγ. — *in vino potis*, VRd. *potis in vino*, βγ. — *urina*, VR^{1}T. *urina sua*, R^2. *sua urina*, dβγ. — *egestae*, V. — *fugae*, VR. *effugere*, Td. — *veluti*, V. *velut*, Rdβγ. — *defunctus*, r.

§ 213. *in vino poti*, Rd. *in vini poti*, V. *in vini potu*, θ. — *pernae*, V. — *suum*, θVRTdr. *suis*, β. — *diximus* § 179. — *quorum*, d. *quod*, VR. *qui decocti ius faciunt*, r. — *Asini*, θVRd. *Asinini*, β. — *et*, VRd. *et in*, βγ. — *medorati*, V. — *Calculis*, V^1. — *lichenes*, VR (codd. Gel.) *lienes*, Td. — *mulso aut vino*, d. — *potu*, V. — *vel*, om. R^1.

silvestrium, pili quoque caprini cinis; verendorum carbun-
culis cerebrum apri vel suis sanguisque. Vitia vero quae in 214
eadem parte serpunt iocur eorum conbustum, maxume iuni-
peri ligno, cum charta et arrenico sanat, fimi cinis, fel bu-
bulum cum alumine Aegyptio ac murra ad crassitudinem
mellis subactum, insuper beta ex vino cocta inposita, caro
quoque, manantia vero ulcera sebum cum medulla vituli in
vino decoctum, fel caprinum cum melle rubique suco; vel
si serpant, fimum etiam prodesse cum melle dicunt aut cum
aceto et per se butyrum. Testium tumor sebo vituli addito 215
nitro cohibetur vel fimo eiusdem ex aceto decocto. Urinae
incontinentiam cohibet vesica apruna si assa mandatur, un-
gularum apri vel suis cinis potioni inspersus, vesica feminae
suis conbusta ac pota, item haedi, vel pulmo, cerebrum
leporis in vino eiusdem testiculi tosti vel coagulum cum an-
serino adipe in polenta, renes asini in mero triti potique.
Magi verrini genitalis cinere poto ex vino dulci demonstrant
urinam facere in canis cubili ac verba adicere, ne ipse uri-
nam faciat ut canis in suo cubili. Rursus ciet urinam vesica
suis si terram non attigerit inposita pubi.
61. Sedis vitiis praeclare prodest fel ursinum cum adipe; 216
quidam adiciunt spumam argenti ac tus; prodest et butyrum
cum adipe anserino ac rosaceo; modum ipsae res statuunt,
ut sint inlitu faciles. Praeclare medetur et taurinum fel in
linteolis concerptis rimasque perducit ad cicatricem. Infla-
tionibus in ea parte sebum vituli, maxume ab inguinibus
cum ruta, ceteris vitiis medetur sanguis caprinus cum po-

§ 214. *serpunt in eadem parte*, d. — *iunipiri*, VR. — *charta et arrenico*, d (codd. Barbari). *cartae tirrhenico*, V (*tarrhenico* m. pr.) *charta arrenico*, R. *cartetiarmenico*, θ. *charta Armeniaca*, K. — *fel*, R^{2}. *felle*, VR^{1}d. — *cum*, R^{2}. *qui*, VR^{1}d. — *murra*, θ. *myrrha*, VRd. *myrra*, T. *muria*, β. — *betam*, VRd. — *coctam*, VRd. — *caro quoque*, Rd. *caroque*, θV. — *secum*, Vd. — *cum*, om. R^{1}. — *fel*, θVRTd. *vel*, β. — *serpat*, VR. — *dicunt*, R^{2}d. Omitt. VR^{1}, unde Gronov. *prodest* legit.

§ 215. *tumor*, VRd. *tumor cum*, β. Omitt. δϑρφ. — *nigro*, VR^{1}. — *vessica*, V. — *apruna*, R. *aprina*, Vdβγ. — *vesica*, d. *vesicae*, VR. — *combusta*, VR^{2}. *combustae*, d. *combustis*, R^{1}. — *pota*, VR. *potae*, d. — *eius*, d. — *tosti*, om. R^{1}. — *asini*, VR. *asinini*, dβγ. — *Magis*, V^{2}. — *demonstrant*, Vd. *demonstratur*, R^{1}. *demonstrat*, R^{2}. *deinde monstrant*, r.

§ 216. *Sedis*, d. *Sedis* ^{h}*is*, R. *Sed* ^{h}*is*, V. — *ipsum*, θV. — *illitus*, r. — *concerptis*, θVRKd. *conceptis*, β. — *impinguibus*, d.

lenta, item fel caprinum condylomatis per se, item fel lupi-
num ex vino. Panos et apostemata in quacumque parte ur- 217
sinus sanguis discutit, item taurinus aridus tritus; praeci-
puum tamen remedium traditur in calculo onagri quem
dicitur cum interficiatur reddere urina liquidiorem initio
sed in terra spissantem se; hic adalligatus femini omnis in-
petus discutit omnique suppuratione liberat, est autem rarus
inventu nec ex omni onagro, sed celebri remedio. Prodest
et urina asini cum melanthio et ungulae equinae cinis cum
oleo et aqua inlitus, sanguis equi, praecipue admissarii, san-
guis bubulus, item fel. Caro quoque eosdem effectus habet 218
calida inposita et ungulae cinis ex aqua aut melle, urina
caprarum, hircorum quoque carnes in aqua decoctae aut
fimum ex his cum melle decoctum, fel verrinum, urina suum
in lana inposita. Femora atteri adurique equitatu notum est;
utilissimum est ad omnis inde causas spumam equi ex ore
inguinibus inlinere. Inguina et ex ulcerum causa intumescunt;
remedio sunt equi saetae tres totidem nodis adligatae intra
ulcus.

XVI. 62. Podagris medetur ursinus adips taurinumque 219
sebum pari pondere et cerae; addunt quidam hypocisthidem
et gallam. Alii hircinum praeferunt sebum cum fimo caprae
et croco sinapive vel caulibus hederae tritis ac perdicio vel
flore cucumeris silvestris, item bovis fimum cum aceti faece.

item — per se, om. R^1. — *condylomatis*, d. *cum condylomatis*, VR.

§ 217. *apostema*, d. — *ursinus sanguis*, VRd. *sanguis ursinus*, $\beta\gamma$. — *inagri*, V. — *dicitur*, VRd (codd. Gel.) *dicunt*, r. — *urina*, VRd (codd. Gel.) *urinam*, K^1. *cum urina*, K^2. — *terra*, R (codd. Gel.) *terram*, Vd. — *spissantem*, Vd (codd. Gel.) *et pissantem*, R^1. *pissantem*, R^2. — *superatione liberatur*, V. — *rarus*, R. *rursus*, Vd. — *sed*, Vd. *sed me*, R^2. Om. R^1. — *celebrari*, VRd. — *equi praecipue*, R^{2}d. *equi praecipue equi*, R^1. *equi praecipuae aequi*, V. — *emissarii*, T. — *sanguis*, V. *et sanguis*, Rd$\beta\gamma$.

§ 218. *habet et calida*, VRd. — *urinam*, V. — *hircorum quoque*, θVd. *hircorumque*, Rβ. — *fel verrinum*, VR^{2}T. *verrinum fel verrinum*, R^1. *verrinum fel*, dγ. *fel ursinum sive verrinum*, β. — *urinam*, V. — *posita*, θ. — *Femora*, VR. *Femina*, d$\beta\gamma$. — *atteri adurique*, Rd. *trita adteria durique*, V (priori litterae *d* sunt litterae *rc* suprascriptae). — *causas* corruptum videtur et potius *casus* scribendum. — *inguinibus*, RTd. *inguinibusque*, Vβ. — *inlinere*, Vd. *illinire*, R$\beta\gamma$. — *Inguina*, R^2. *Inunguina*, V. *In inguina*, d. *Inunguna*, R^1. — *aequis . aët*, V. — *tres et cestos herba totidem*, K. — *adalligatae*, T. — *vicus*, V.

§ 219. *Podagris*, Rd. *Podagra*, θ. *Podagram*, V. — *hypocistidem*, VRd. *hypocisthidon*, θ. *hypocisthida*, $\beta\gamma$. — *sinapive vel*; pro his vv. habet *sinapi vel* V, *sinapi cum* R (ex corr.) d, *et sinapi cum* K. — *perditio*, V. — *vel flore*, VR. *aut flore*, Td. — *ovis*, R.

Magnificant et vituli qui nondum herbam gustaverit fimum 220
aut per se sanguinem tauri, volpem decoctam vivam, donec
ossa tantum restent, lupumve vivom oleo cerati modo in-
coctum, sebum hircinum cum helxines parte aequa, sinapis
tertia, fimi caprini cinerem cum axungia; quin et ischiadicos
uri sub pollicibus pedum eo fimo fervente utilissime tradunt
articulorumque vitiis fel ursinum utilissimum esse et leporis
pedes adalligatos, podagras quidem mitigari pede leporis vi-
ventis absciso, si quis secum adsidue habeat. Perniones ur- 221
sinus adips rimasque pedum omnis sarcit, efficacius alumine
addito, sebum caprinum, dentium equi farina, aprunum vel
suillum fel, cum adipe pulmo inpositus, etsi subtriti sint
contunsive offensatione, si vero adusti frigore, leporini pili
cinis; eiusdem pulmo contunsis dissectus aut pulmonis cinis.
Sole adusta sebo asinino aptissime curantur, item bubulo 222
cum rosaceo. Clavos et rimas callique vitia fimum apri vel
suis recens inlitum ac tertio die solutum sanat, talorum ci-
nis, pulmo aprunus aut suillus aut cervinus, attritum calcia-
mentorum urina asini cum luto suo inlita, clavos sebum bu-
bulum cum turis polline, perniones vero corium conbustum,
melius si ex vetere calciamento, iniurias e calciatu ex oleo
cori caprini cinis. Varicum dolores sedat fimi vitulini cinis 223
cum lili bulbis decoctus addito melle modico, itemque omnia
inflammata et suppurationes minantia; eadem res et podagris

§ 220. *vulpe*, V. — *assa*, V. — *lupumve vivum*, Rd. *lupum viv um*, V (*i* mutatum ex *o* et ante *u* erasa littera). — *cerati*, d. *certatim*, VR. — *helxines*, Barbar. *helsine si*, R. *helsinaesi*, V. *helsine*, d. — *quin*, VR. *equina*, Td. — *hisciadicos*, V. — *eo*, R². *e*, VR¹. Om. d. — *articulorumque*, R²d. *articulorum*, VR¹. — *leporis pedes*, V. *pedes leporis*, Rd. — *quidem*, θVRTd. *quidam*, β. — *pedes*, R. — *viventis*, R². *viventi*, VR¹d. — *absciso*, V. *abscisso*, Rdβγ. — *habebat*, R.

§ 221. *primasque*, d. — *omnes*, Rd. *ones*, V. — *lumine*, V. — *aprunum*, θR. *aprinum*, Vdβγ. — *et subtriti*, VRd. — *leporum*, T. — *contunsis* habet quo offendat, cum dativus a nulla alia voce sit aptus. Hinc Plinium *contunsos* sc. sarcit, scripsisse opinor, nisi quis ex superioribus per zeugma *medetur* vel *prodest* vult supplere; simile zeugma verbi *sanandi* illustravi ad 26, 80.

§ 222. *Sole*, d. *Sol*, V. *Sola*, R. — *sevo*, Vd. *soba*, R. — *callique*, R. *callide*, Vd. — *aprunus*, ita nos scripsimus. *aprinus*, VRdβγ. — *attritum*, θ. *adtritum*, V. *attritus*, Rdβγ. — *melius si*, θVRTd. *melius*, β. — *e*, R² (codd. Gel.) *eo*, VR¹d.

§ 223. *vitulini*, Rd. *vituli*, Vβ. — *decoctus*, Vd. *decoctis*, θRT. — *minantia; eadem res*, R². Omitt. θVR¹Tdγ; at v. Ian. in nuntt. litter. Monac. 1833. no. 166. p. 282. — *et*, θVR¹d. *set*, R². *sed*, Gronov. γ. — *podagris*, VRd. *podagricis*, θβγ.

prodest et articulariis morbis e maribus praecipue vitulis; articulorum attritis fel aprorum vel suum linteo calefacto inpositum vitulique qui nondum herbam gustaverit fimum, item caprinum cum melle in aceto decoctum. Unguis scabros sebum vituli emendat, item caprinum admixta sandaraca; verrucas vero aufert fimi vitulini cinis ex aceto, asini urinae lutum.

63. Comitiali morbo testis ursinos edisse prodest vel apru- 224
nos bibisse ex lacte equino aut ex aqua, item aprunam urinam ex aceto mulso, efficacius quae inaruerit in vesica sua. Dantur et suum testiculi inveterati tritique in suis lacte praecedente vini abstinentia et sequente continuis diebus, dantur et leporis sale custoditi pulmones cum turis tertia parte in vino albo per dies xxx, item coagula eiusdem; asini ce- 225
rebrum ex aqua mulsa infumatum prius in foliis semuncia per dies vel ungularum eius cinis coclearibus binis toto mense potus, item testes sale adservati et inspersi potioni in asinarum maxume lacte vel ex aqua. Membrana partus earum, praecipue si marem pepererint, olefacta accedente morbo comitialium resistit. Sunt qui e mare nigroque cor edendum cum pane sub dio prima aut secunda luna praecipiant, alii carnem, aliqui sanguinem aceto dilutum per dies xl bibendum. Quidam urinam equi aquae ferrariae ex officinis miscent 226
eademque potione et lymphaticis medentur. Comitialibus datur et lactis equini potus lichenque in aceto mulso bibendus, dantur et carnes caprinae in rogo hominis tostae, ut volunt magi, sebum earum cum felle taurino pari pondere decoctum

morbos, V. — *atritis*, V. — *calefacto*, VRd. *calfacto*, γ. — *vituli qui*, VRd. — *herba*, VR. — *item — emendat*, om. R^{1}. — *aufert*, VR. *aut ferrim*, d. *auferunt*, T. — *fimi vitulini*, VRd. *vitulini fimi*, βγ. — *urina elutus*, r.

§ 224. *aprunos*, VR. *aprinos*, dβγ. — *aprunam*, R^{2}. *aprinam*, VR^{1}dβγ. — *mulso*, R^{2}. *item mulso*, VR^{1}d. — *efficacior*, K. — *inaruerit*, R^{2}. *inoruerit*, θ. *inorruerit*, V. *inhorruerit*, R^{1}d. — *cum vesica*, r. — *praecendente*, V.

§ 225. *infumetum*, V. — *in foliis*, R. *in sultis*, d. *infulti*, V. *in sulti*, T. *in soliis*, Barbar. K. *in pulte*, Gronov. — *per dies V vel*, Hard. — *item testes*, R^{2}. *testes item*, VR^{1}d. — *inspersi*, θVRTKd. *aspersi*, β. — *mare*, VR. — *olefacta*, θVRTd. *olfactata*, βγ. — *accedente*, Rd. *accendente*, V. *accedenti*, K. — *comitiali*, K. — *diu*, VRd. — *alii*, VR^{2}d. *illi*, R^{1}.

§ 226. *equi aquae*; pro his vv. habent *quae* VR^{1}, *aquae* R^{2}, *equi* Td. — *ferrariae*, Td. *ferriariae*, R^{1}. *ferratae*, θ. *ferraeste*, V^{1}. *ferrieae*, V^{2}. *fere*, R^{2}. — *emmiscent*, d. — *lymphaticis*, R^{2}. *lymphatis*, VR^{1}d. — *lichenque*, Barbar. *licheneque*, d. *lichenequi*, VR. — *bibendum*, Vd. — *pari*, R^{2}d. Omitt. VR^{1}. —

et in folliculo fellis reconditum ita ne terram attingat, potum
vero ex aqua sublime. Morbum ipsum deprehendit caprini
cornus vel cervini usti nidor. Sideratis urina pulli asinini
nardo admixto perunctione prodesse dicitur.

64. Regio morbo cornus cervini cinis, sanguis asinini 227
pulli ex vino, item fimum asinini pulli quod primum edidit
a partu datum fabae magnitudine e vino medetur intra diem
tertium; eadem et ex equino pullo similiterque vis est.

65. Fractis ossibus praesentaneus maxillarum apri cinis vel
suis; item lardum elixum atque circumligatum mira celeritate
solidat. Costis quidem fractis laudatur unice caprinum fimum
ex vino vetere; aperit, extrahit, persanat.

66. Febris arcet cervorum caro, ut diximus, eas quidem 228
quae certo dierum numero redeunt oculus lupi dexter salsus
adalligatusque, si credimus magis. Est genus febrium quod
amphemerinon vocant; hoc liberari tradunt, si quis e vena
auris asini tris guttas sanguinis in duabus heminis aquae
hauserit. Quartanis magi excrementa felis cum digito bubo-
nis adalligari iubent et ne recidant non removeri septeno
circuitu. Quis hoc quaeso invenire potuit? quaeve est ista 229
mixtura? cur digitus potissimum bubonis electus est? Mode-
stiores iocur felis decrescente luna occisae inveteratum sale
ex vino bibendum ante accessiones quartanae dixere. Iidem
magi fimi bubuli cinere consperso puerorum urina inlinunt
digitos pedum manibusque leporis cor adalligant; coagulum
ante accessiones propinant. Datur et caseus caprinus recens
cum melle, diligenter sero èxpresso.

felliculo, V. — *item*, V. — *ex aqua sublime*, θVRTd. *sub limine ex aqua*, codd. Gel. β. *sine lumine ex aqua*, K. — *admixta*, K.

§ 227. *cervi*, R^{1}. — *asinini pulli*, R^{2}. *asini*, VR^{1}Td. — *asinini pullo*, V. — *parte*, V. — *maxillam*, VR^{1}. — *apri*, d. *aprini*, V^{2}R^{2}. *apruni*, V^{1}R^{1}.

§ 228. *exarcet*, R^{1}. — *cerborum*, V. — *diximus* 8, 119. — *quidem*, R^{2}. *vero*, θVR^{1}Td. — *sic*, V. — *Et*, VRd. — *amphemerinon*, Vd. *amphimerinon*, codd. Barbari. *ephemerinon*, R. — *si quis e vena*, R^{2}. *e vena si quis*, VR^{1}d. — *duobus*, V. — *auserit*, V. — *Quartanas*, V^{2}. — *magis*, V. — *fellis*, V. — *ne recidant*, Barbar. VRd. *ni recedant*, K^{1}. *ne decidant*, K^{2}. — *non*, om. K. — *circuitu*, d. *circuitum*, R. *circum itū*, V.

§ 229. *quaeve*, R^{2} (codd. Gel.) *quae*, VR^{1}Td. — *cor*, V. — *bubonis potissimum*, d. — *ex vino*, VRd. *vino*, Hard. γ. — *accessiones*, VRd. *accessionem*, β. — *quartana*, θ. — *bubulis*, V. — *manibusque*, d. *manuusque*, R^{1}. *mausque*, R^{2}. *man//usqu//e*, V. — *sero*, R^{2}d. Omitt. VR^{1}T.

XVII. 67. Melancholicis fimum vituli in vino decoctum 230
remedio est; lethargicos excitat asini lichen naribus inlitus
ex aceto, caprini cornus nidor aut pilorum, iocur aprunum;
itaque et veternosis datur. Phthisicis medentur iocur lupi ex
vino macro, suis feminae herbis pastae laridum, carnes asi-
ninae ex iure sumptae; hoc genere maxume in Achaia curant
id malum. Fimi quoque aridi sed pabulo viridi pasto bove
fumum harundine haustum prodesse tradunt, bubuli cornus
mucronem exustum duorum coclearium mensura, addito melle,
pilulis devoratis. Caprae sebo in pulte alicacia et phthisim 231
et tussim sanari vel recenti cum mulso liquefacto, ita ut
uncia in cyathum addatur rutaeque ramo permisceatur, non
pauci tradunt. Rupicaprae sebi cyatho et lactis pari mensura
deploratum phthisicum convaluisse certus auctor adfirmat.
Sunt et qui suum fimi cinerem profuisse scripserint in passo
et cervi pulmonem, maxume subulonis, siccatum in fumo tri-
tumque in vino.

68. Hydropicis auxiliatur urina apri paulatim data in potu, 232
efficacius quae inaruerit cum vesica sua, fimi taurini maxume,
sed et bubuli — de armentivis loquor, quod bolbiton vocant —
cinis coclearium trium in mulsi hemina, bovis feminae in
mulieribus et ex altero sexu in viris, quod veluti mysterium
occultarunt magi, fimum vituli masculi inlitum, fimi vitulini
cinis cum semine staphylini aequa portione ex vino, san-

§ 230. *in vino*, VRd. *ex vino*, T. — *aprunum*, R. *aprinum*, Vd$\beta\gamma$. — *macro*, R^2. *macres*, R^1. *macrae*, Vd$\beta\gamma$. Uti h. l. vinum macrum commemoratur, ita 15, 110. vinum pingue. Etiam Plinius Valer. 1, 61. nihil de *macra* sue femina habet. — *laridum*, VR. *lardum*, d$\beta\gamma$. — *ex*, d. *et*, R^2. *e*, VR^1. — *nae hoc*, r. — *mallum*, V. — *bubuli cornus*, d. *bubuli aecornus*, V. *bubulię cornus*, R. — *cochlearium*, θVRTd. *cochleariorum*, β. — *pipulis*, VR.

§ 231. *alicacia*, RK. *alicatia*, θVTd. *ex alica*, $\beta\gamma$. — *vel*, Rd. *vel vel*, V. — *conva'sisse*, R. *cornua iussisse*, V. *cornua ussisse*, d. — *et qui*; pro his vv. habent *qui et* VTd, *et* R. — *sub olonis*, V.

§ 232. *urina*, V. *urine vesicae*, R. *urina aut vesica*, Td. *urina vesicae*, $\beta\gamma$. — *caprae*, Gesner. hist. anim. 1, 278. ex Dioscor. 2, 99. — *potu*, VTd. *potus*, R$\beta\gamma$. — *in vesica*, r. — *taurini*, θVRTd. *cervini*, β. — *maxime*, VRTd. *maxime subulonis*, β. — *armentivis*, VRTd$\delta\vartheta\rho$. *armentis*, φ. *armentinis*, β. — *quod*, VRd. *quidam*, r. — *cochlearium*, θVRTd. *cochleariorum*, β. — *mulsis hemine*, V. — *bovis feminae*, R^2. Omitt. VR^1d. — *et ex*, R^2d. *ex*, R^1. *et*, V. — *sexu in*, Rd. *vino*, V. — *fimi*, R^2Td. *fimum*, VR^1. — *vitulini*, VTd. *vituli*, Rβ. — *est afilini*, V. — *hircinum*, ita nos scripsimus. *hircim*, R^2. *hirci*, θVR^1d. *hircorum*, $\beta\gamma$.

§ 233. *siccus*, R^2d. Omitt. θVR^1T. — *deiecta*, Rd (codd. Gel.) *delecta*, VT. *desecta*, K. — *pumice*, RTd. *punice*, V. *ramenta caprinae pellis eiecta punice*,

guis caprinus cum medulla; efficaciorem putant hircinum,
utique si lentisco pascantur.

69. Igni sacro ursinus adips inlinitur, maxume qui est ad 233
renis, vitulinum fimum recens vel bubulum, caseus caprinus
siccus cum porro, ramenta pellis cervinae deiecta pumice ex
aceto trita; rubori cum prurigine equi spuma aut ungulae
cinis, eruptionibus pituitae asinini fimi cinis cum butyro,
papulis nigris caprinus caseus siccus ex melle et aceto in
balineis oleo remoto, pusulis suilli fimi cinis aqua inlitus vel
cornus cervini cinis; 70. luxatis recens fimum aprunum vel 234
suillum, item vitulinum, verris spuma recens cum aceto,
fimum caprinum cum melle, bubula caro inposita; ad tumo-
res fimum suillum sub testo calefactum tritumque cum oleo.
Duritias corporum omnis mollit optume adips e lupis inlitus.
In his quae erumpere opus est plurumum proficit fimum bubu-
lum in cinere calefactum aut caprinum in aceto vel in vino de-
coctum, in furunculis sebum bubulum cum sale aut, si dolores
sint, cum oleo liquefactum sine sale, simili modo caprinum;
71. in ambustis ursinus adips cum lili radicibus, aprunum aut 235
suillum fimum inveteratum, saetarum ex his e penicillis te-
ctoriis cinis cum adipe tritus, tali bubuli cinis cum cera et
medulla cervina vel tauri, fimum leporis; sed caprarum fimum
sine cicatrice sanare dicitur. Glutinum praestantissimum fit 236
ex auribus taurorum et genitalibus nec quicquam efficacius
prodest ambustis, sed adulteratur nihil aeque quibusvis pel-

Plinius Valer. 3, 34. Locus corruptus et qui fontibus nos deficientibus sanari non possit. — *rubori*, codd. Gel. *ruborem*, VR[2]d. *rubrorem*, R[1]. — *caprinus caseus*, VRd. *caseus caprinus*, *βγ*. — *pusulis*, Rd. *pussulis*, *θ*V. *pustulis*, *β*. — *litus*, R[1].

§ 234. *aprunum*, ita nos scripsimus. *aprinum*, VRd*βγ*. — *inposita; ad tumores*, *θ*VRTd. *imposita tumorem sanat*, *β*, ita ut a voce *Fimum* nova periodus incipiat et per totam paragraphum pessima regnet interpunctio, quam ducibus illis codd. emendavit Hard. — *sub testo*, *θ*VR[1]. *sub testa*, d. *in testo*, R[2]. *in testa*, *βγ*. — *calefactum*, VRd. *calfactum*, *γ*. — *mollit*, *θ*VRTd. *tollit*, *β*. — *erumpere*, *θ*VTd. *rumpere*, R*βγ*. — *est*, R[2]d. *sit*, R[1]V. — *calefactum*, VRd. *calfactum*, *γ*. — *in aceto vel in vino*, *θ*Vd. *in acetum vel in vino*, R. *in vino vel aceto*, *βγ*. — *aut*, RTd. *ut*, *θ*V. — *si dolores sint cum oleo*, *θ*VTd. *si dolor est intinctum oleo*, R*βγ*. — *simili*, *θ*VRTd. *similique*, *β*.

§ 235. *in ambustis — radicibus*, R[2]. Omitt. VR[1]d. — *aprunum*, ita nos scripsimus. *aprinum*, VRd*βγ*. — *pecillis*, R[1]V[1]. — *vel*, d. *fel*, VR. — *sed*, VR. *sed et*, T. *et*, d*γ*. — *caprinum*, T. — *fimum*, Tr. *fimus*, VRd*βγ*. — *cicatrici*, V.

§ 236. *sed*, Vd. *sed et*, R. — *adulteratus*, R. — *quibus suis*, d.

libus inveteratis calciamentisque etiam decoctis. Rhodiacum fidelissimum eoque pictores et medici utuntur; id quoque quo candidius eo probatius; nigrum et lignosum damnatur.

72. Nervorum doloribus fimum caprinum decoctum in aceto 237
cum melle utilissimum putant vel putrescente nervo. Spasmata et percussu vitiata fimo apruno curant vere collecto et arefacto, sic et quadrigas agentis tractos rotave volneratos et quoquo modo sanguine contunso, vel si recens inlinatur.
Sunt qui incoxisse aceto utilius putent; quin et in potu fa- 238
rinam eam ruptis convolsisque et eversis ex aceto salutarem promittunt. Reverentiores cinerem eius ex aqua bibunt, feruntque et Neronem principem hac potione recreari solitum, cum sic quoque se trigario adprobare vellet. Proxumam suillo fimo vim putant.

XVIIII. 73. Sanguinem sistit coagulum cervinum ex aceto, 239
item leporis, huius quidem et pilorum cinis, item e fimo asini cinis inlitus. Efficacior vis e maribus aceto admixto et in lana ad omne profluvium inposito, similiter ex equino capite et femine aut fimi vitulorum cinis inlitus ex aceto, item caprini
cornus vel fimi ex aceto. Hircini vero iocineris dissecti sa- 240
nies efficacior et cinis utriusque ex vino potus vel naribus ex aceto inlitus, hircini quoque utris vinarii dumtaxat cinis cum pari pondere resinae, quo genere sistitur sanguis et vol-

calciamentique, V. — *Rhodiacum*, Dioscor. 3, 91. — *nigrum*, Vd. *et nigrum*, R.

§ 237. *percussu*, d. *percusso*, VR^1. *percussi*, R^2. — *apruno*, R. *aprugno*, Vβγ. *caprino*, d. — *vere collecto et*, Rd. *vero collectet*, V. — *quadrigas agentis*, θR. *quadrigis agentis*, V. *quadrigas agentes*, Tdγ. *quadrigis agendis*, β. — *rotatvel*, R ex corr. — *contusu*, V.

§ 238. *utilius putent*, R^2 (codd. Gel.) *salutarem promittunt*, VR^{1}d. — *in potu*, R^2. *inposito*, VR^{1}d. — *convulsisque*, VR^1. *convulneratisque*, R^{2}dβγ. — *et*, R^2. Omitt. VR^{1}d. — *salutarem promittunt*, R^2. *utilius putent*, V. *ulius putent*, R^1. *utilius putant*, d. — *Recentiores*, Harduini operae, γ. — *se trigario*, VR^{2}d. *se triario*, R^1. *strigario*, Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 40. b. B. *strigaria*, r. *se trigarium*, Lips. ad Tacit. annall. 15, 44. At non dicitur h. l. *trigarius*, sed *trigarium* i. e. curriculum (*Reitbahn*, *manége*, coll. 37, 202.), sive intelligitur quodvis curriculum (Gloss. Philox. *Trigarium τόπος, ὅπου ἵπποι γυμνάζονται*) sive illud trigarium, quod in nona urbis regione situm (Curiosum urbis Romae p. 714. ed. Becker.) commemoratur in inscriptt. Orell. 4266. Tali trigario se gratum acceptumque reddere voluit Nero, dignum ostendere, qui a trigario i. e. equorum agitatoribus ibi versantibus probaretur, uti ita *approbare se alicui* dicitur ap. Suet. Galb. 6. *cum curriculo se trigario* vel *cursu equorum trigario*, Heins. ad Tacit. l. l. — *adprobare*, R^{2}d. *adprobavere*, VR^1. — *vini*, V.

§ 239. *coaculum*, V. — *acetū*, R. — *e fimo*, VTd. *et fimo*, R^2. *fimo*, R^1. *ex fimo*, θβγ. — *asini*, θVTd. *asinini*, R. *asinino*, β. — *cinis illitus*, θVRTd. *cinis et pilorum quidem cinis illitus*, β; at v. Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836.

nus glutinatur. Haedinum quoque coagulum ex aceto et feminum eius conbustorum cinis similiter pollere traduntur.

74. Ulcera sanat in tibiis cruribusque adipe ursinus ad- 241
mixta rubrica, quae vero serpunt fel aprunum cum resina et cerussa, maxillarum apri vel suum cinis, fimum suum inlitum siccum, item caprinum ex aceto subfervefactum. Cetera purgantur et explentur butyro, cornus cervini cinere vel medulla cervi, felle taurino cum cyprino oleo aut irino. Fimum recens suum vel inveterati farina inlinitur volneribus ferro factis. Phagedaenis et fistulis inmittitur fel tauri cum suco porri aut lacte mulierum vel sanguis aridus cum cotyledone herba.
Carcinomata curat coagulum leporis cum pari pondere cap- 242
paris adspersum vino, gangraenas ursinum fel pinna inlitum, asini ungularum cinis ea quae serpunt ulcera inspersus. Sanguis equi adrodit carnis septica vi, item fimi equini inveterati favilla, ea vero quae phagedaenas vocant in ulcerum genere cori bubuli cinis cum melle. Caro vituli recentia volnera non patitur intumescere, fimum bubulum cum melle.
Feminum vituli cinis sordida ulcera et quae cacoethe vocant 243
e lacte mulieris sanat, recentis plagas ferro inlatas glutinum taurinum liquefactum, tertio die solutum. Caseus caprinus siccus ex aceto ac melle purgat ulcera, quae vero serpant cohibet sebum cum cera, item addita pice ac sulphure percurat. Similiter proficit ad cacoethe haedi feminum cinis e

no. 167. p. 291. — *capitis*, VR. — *feminam*, VR^1d. *feminum*, R^2. — *inlitis*, V. — *cornum*, d.

§ 240. *Hircini — sanies*, omitt. R^1d. *ircini*, V. — *iocinoris*, V^2. — *utris*, d. *utres*, R^2. *utrius*, VR^1. — *seminum*, θ.

§ 241. *adeps ursinus*, V. *ursinus adips*, R^1. *ursinus adeps*, R^2d. — *aprunum*, R. *apr inum*, V. *aprugnum*, dβγ. — *et explentur*, Rd. *explentur*, V. — *cervici*, VR^1. — *cypriano*, T. — *oleo*, d (Plin. Valer. 2, 48.) Omitt. θVRT. — *aut irino*, V^1R^1Td. *anittino*, θ. *et hircino*, Plinius Valerianus, cuius ad marginem varia lectio *aut hirino* est adscripta. *aut fimo ircino*, V^2. *autem fimo ircino*, R^2. *aut fimo caprino aut hircino*, β; v. Ianum loco supra ad § 239. laudato. — *inlinitur*, R^2d. *inlinuntur*, VR^1, quod nescio an sit verum; v. Schäfer. ad Plin. panegyr. 75. p. 697. coll. melett. crit. p. 24. — *porro*, R.

§ 242. *patri pudere*, R^1. — *fel*, d. *vel*, VR. — *pinna*, θR. *penna*, Vdβγ. — *recentia — cinis*, omitt. R^1d. — *patiuntur*, VR.

§ 243. *Femininum*, V. — *vitulini*, VR. — *vocant et e lacte*, VRd. — *sanant*, VRd. — *plagas*, VRd. *vero plagas*, βγ. — *illitum*, d. — *solutum*, d. *solutus*, V. *solutas*, R^2. *solut*, R^1. — *vel melle*, r. — *serpunt*, Dalec. — *item*, VR. *idem*, K. *lidem*, d. — *picem cum sulphure*, T. — *percurat*; excidisse h. l. videtur nomen medicamenti, cui pix ac sulphur adderentur. — *hoedi*, R^2. Omitt. VR^1d.

lacte mulieris et ad carbunculos suis feminae cerebrum tostum inlitum.

75. Scabiem hominis asininae medullae maxume abolent 244
et urinae eiusdem cum suo luto inlitae, butyrum etiam quod
in iumentis proficit cum resina calida, glutinum taurinum in
aceto liquefactum addita calce, fel caprinum cum aluminis
cinere, boas fimum bubulum, unde et nomen traxere. Canum
scabies sanatur bubulo sanguine recenti iterumque cum inarescat inlito et postero die abluto cinere lixivio.

76. Spinae et similia corpori extrahuntur felis excrementis, 245
item caprae ex vino, coagulo quocumque, sed maxume leporis, cum turis polline et oleo aut cum visci pari pondere
aut cum propoli. Cicatrices nigras sebum asininum reducit
ad colorem, fel vituli extenuat calefactum. Medici adiciunt
murram et mel et crocum aereaque pyxide condunt; aliqui
et florem aeris admiscent.

XIX. 77. Mulierum purgationes adiuvant fel tauri in lana 246
sucida adpositum, — Olympias Thebana addit hysopum et nitrum, — cornus cervini cinis potus, item volvas laborantis inlitus quoque, et fel taurinum cum opio adpositum obolis binis.
Volvas pilo cervino suffire prodest. Tradunt cervas cum senserint se gravidas lapillum devorare quem in excrementis
repertum aut in volva — nam et ibi invenitur — custodire
partus adalligatum. Inveniuntur et ossicula in corde et in 247
volva perquam utilia gravidis parturientibusque; nam de pumice qui in vaccarum utero simili modo invenitur diximus

ad, θVR^1. *adversus*, R^{2}dβ. — *inlitum*, V. *illitumque*, Rdβγ.

§ 244. *obolente*, R. — *et urinae*, θVRTd. *urinae*, β. — *inlito*, VRd. — *in iumentis*, R. *intumentis*, Vd. — *calda*, V. — *liquefacto*, VR. — *addita calce*, om. R. — *bovas*, θVRd. — *sanatur*, V. *sanantur*, Rdβγ. — *inarescit*, K. — *lixivio*, d. *lixivo*, R. *lixive*, V.

§ 245. *et similia*, VRd. *ac similia*, βγ. — *corpore*, r. — *ex leporis*, d. — *oleo aut cum*, VRd. *oleo cum*, T. — *extenua*, VR. — *calefactum*, VRd. *calfactum*, βγ. — *puxide*, V.

§ 246. *adiuvant*, R. *adiuvat*, Vd. — *tauri in lana*, θVRTd. *tauri cum lana*, K. *taurinum lana*, β. — *addit*, θVRd. *addidit*, β. — *oesypum*, Gesner. hist. anim. 1, 793. 796., K. — *nitrum*, d. *nintrum*, R^2. *mintrum*, VR^1. — *vulvas*, R. *vulva*, θVTd. — *illitus*, θVTd. *inlitū*, R^2. *inlit*, R^1. *illitu*, βγ. — *opio*, R^2. *apio*, θVR^{1}Td. — *appositus*, R. — *cum obolis*, R^{1}d. — *pilo*, VRd. *et pilo*, βγ. — *quem*, Rd. *quae*, V.

§ 247. *Invenitur*, VR^1. — *ut illa*, V. — *pumice*, Barbar. d. *punice*, VR^2. *pula*, R^1. — *qui*, V. *que*, Rd. *quae*, θ. — *in*, om. R^2. — *vecarum*, V. — *similiter*, R^1. — *diximus* 11, 203. — *earum*, θVRTdr. *etiam*, β. — *Carnes*,

in natura boum. Lupi adips inlitus volvas mollit, dolores
earum iocur. Carnis lupi edisse parituris prodest aut si in-
cipientibus parturire sit iuxta qui ederit, adeo ut etiam con-
tra inlatas noxias valeat; eundem supervenire perniciosum
est. Magnus et leporis usus mulieribus; volvas adiuvat pulmo 248
aridus potus, profluvia iocur cum Samia terra ex aqua po-
tum, secundas coagulum; — caventur pridiana balinea; —
inlitum quoque cum croco et porri suco, vellere adpositum
abortus mortuos expellit. Si volva leporum in cibis sumatur,
maris concipi putant, hoc et testiculis eorum et coagulo pro-
fici; conceptum leporis utero exemptum his quae parere de-
sierint restibilem fecunditatem adferre. Sed conceptus leporis 249
saniem et viro magi propinant, item virgini novem grana fimi
ut stent perpetuo mammae; coagulum quoque ob id cum
melle inlinunt, sanguinem ubi evolsos pilos renasci nolunt.
Inflationi volvae fimum aprunum suillumve cum oleo inlini
prodest; efficacius sisti farina aridi ut adspargatur potioni,
vel si gravidae aut puerperae torqueantur. Lacte suis poto 250
cum mulso adiuvantur partus mulierum, per se vero potum
deficientia ubera puerperarum replet; eadem circumlita san-
guine feminae suis minus crescunt; si dolent, lactis asinini
potu mulcentur, quod addito melle sumptum et purgationes
earum adiuvat. Sanat et volvarum exulcerationes eiusdem
animalis sebum inveteratum et in vellere adpositum duritias
volvarum emollit, per se vero recens vel inveteratum ex
aqua inlitum psilotri vim optinet. Eiusdem animalis lien in- 251

R^{2}d. *Carnes eorum*, VR^1. — *ederit*, VR^{2}d. *edent*, R^1. — *illatas*, Rd. *illata*, codd. Barbari. *inlitas*, V. — *supervenire*, R^{2}d. *super ventre*, VR^1. *vero supervenire*, K.

§ 248. *vellere*, R^{2}V. *et vellere*, Td. *et vellerei*, R^1. — *vulva*, VR^{1}Td. *vulvae*, R$^2\beta\gamma$. — *sumatur*, VR^{2}Td. *sumat*, R^1. *sumantur*, $\beta\gamma$.

§ 249. *conceptus*, Vd. *pro conceptu*, R (ex corr.) $\beta\gamma$. — *saniem*, d. *santem*, V. *sagniem*, R^2. *sagninem*, R^1. — *magio*, V. *maio*, R. — *item virgini — mammae*, R^{2}d. Omitt. VR^1. — *coagulo*, VRd. — *inlinit*, VR^1. — *sanguine*, d. — *nolunt*, θVRK. *volunt*, dβ. — *Inflatione*, Vd. — *aprunum*, VR. *aprinum*, d. *aprugnum*, $\beta\gamma$. — *sisti*, VR. *si sit*, Td. *resistit*, K. *sistit*, $\beta\gamma$. — *adspargatur*, V. *aspergantur*, Rd. *aspergatur*, β. *adspergatur*, γ. — *potione*, VR. — *si*, R^2. *si sit*, V. *sistit*, R^{1}d. *torqueatur*, V.

§ 250. *poto*, d. *pute*, VR. — *mulierum*, Rd. *inverum*, V. — *crescunt*, θVR^{1}Td. *crescent*, R$^2\beta\gamma$. — *potu*, d. *potus*, VR. — *sumptum*, R^2. *sumptis*, R^1. *sumptu*, Vd. — *exulcerationes vulvarum*, d. — *duritias*, Td. *duritia*, VR. *duritiem*, $\beta\gamma$. — *psilotri vim*, Rd. *psilotrium*, V.

§ 251. *lieni*, VR.

veteratus ex aqua inlitus mammis abundantiam facit, volvas
suffitu corrigit. Ungulae asininae suffitio partum maturat ut
vel abortus evocetur, nec aliter adhibeatur, quoniam viventem
partum necat. Eiusdem animalis fimum si recens inponatur,
profluvia sanguinis mire sedare dicitur, nec non et cinis
eiusdem fimi, qui et volvae prodest inpositus. Equi spuma 252
inlita per dies XL prius quam primum nascantur pili re-
stinguntur, item cornus cervini decocto, melius, si recentia
sint cornua. Lacte equino iuvantur volvae conlutae. Quod
si mortuus partus sentiatur, lichen ex aqua dulci epotus eicit,
item ungula suffitu aut fimum aridum. Volvas procidentis
butyrum infusum sistit; induratam volvam aperit fel bubu-
lum rosaceo admixto, foris vellere cum resina terebinthina
inposito. Aiunt et suffitu fimi e mare bove procidentis vol- 253
vas reprimi, partus adiuvari, conceptus vero vaccini lactis
potu. Sterilitatem a partus vexatione fieri certum est; hanc
emendari Olympias Thebana adfirmat felle taurino et adipe
serpentium et aerugine ac melle, medicatis locis ante coitus.
Vitulinum quoque fel in purgationibus sub coitu adspersum
volvae etiam duritiam ventris emollit et profluvium minuit
umbilico peruncto atque in totum volvae prodest. Modum 254
statuunt fellis pondere denari opi tertiam admixto amygda-
lino oleo quantum esse satis adpareat; haec in vellere in-

inlitus, d. *inlitu*, V. *inlitū*, R. — *abundantiam lactis facit*, Dalec. — *asinae*, R^1. — *suffitio*, θVT. *suffitae*, Rdβγ. — *partus*, θ. — *maturat*, θVRTd. *maturant*, βγ. — *adhibeatur*, θ. *adhibetur*, Td. *adhibentur*, VRβγ. — *viben-tem*, V^1. — *necat*, Td. *necant*, VRβγ. — *si*, om. R^1. — *vulva*, V. — *inpo-sitū*, R ex corr.

§ 252. *XL*, θVRTdr. *XX*, β. — *primum nascantur*, R. *nascantur pri-mum*, K. *primum nascentur*, θV. *primum nascuntur*, d. — *restinguntur*, d. *re-stringuntur*, θR. *restringunt*, V. — *lichen aqua*, θ. *liceneque*, VR. *licene qua*, d. Ex vestigiis codd. scribendum videtur: *lichen equae e dulci*, ut *dulce* sit idem quod vinum dulce; v. 20, 65. 161. 23, 11. 25, 59. Aqua enim dulcis, alias saepe a Plinio opposita marinae, h. l. prorsus inepta est, neque Plinius um-quam per omnes hos libros, ubi sexcenties medicamina aqua misceri dicit, dulcem commemoravit. — *epotus*, θV. *potus*, Rdβγ. — *eiicit*, Vd^2. *eiiciet*, d^1. *eiicię*, R. — *ungula*, ita nos scripsimus. *ungulas*, VRd. *ungulae*, βγ. *ungulae suffitus*, K. *ungula suffita*, Gesner. hist. anim. 1, 482. — *procedentes*, r. — *vul-vam*, Rd. *uvam*, θV. — *furis*, V. — *cum resina* — *volvas*, omitt. R^{1}d. — *te-rebintina*, V.

§ 253. *procedentes*, V. — *reprimi*, R. *primi*, Vd. — *vaccini lactis*, V. *lactis vaccini*, Rd. — *potus*, V. — *a partus vexatione*, Td. *a partus vexationes*, VR. *partus vexatione*, θ. *ob partus vexationem*, βγ. — *taurino*, R^2. *tauri*, VR^{1}d. — *aerugine ac melle*, VRTd. *aerugin ea melle*, θ. *aerugine addito melle*, β. — *me-dicantis*, V. — *in purgationibus*, VRTd. *purgationibus*, θ. *si in purgationi-*

ponuntur. Masculi fel vituli cum mellis dimidio tritum ser-
vatur ad volvas. Carnem vituli si cum aristolochia inassatam
edant circa conceptum, marem parituras promittunt. Medulla
vituli in vino et aqua decocta cum sebo exulcerationibus vol-
varum inposita prodest, item adips volpium excrementumque
felium, hoc cum resina et rosaceo inpositum. Caprino cornu 255
suffiri volvam utilissimum putant; silvestrium caprarum san-
guis cum palma marina pilos detrahit, ceterarum vero fel
callum volvarum emollit inspersum et a purgatione conceptus
facit; sic quoque psilotri vis efficitur; evolsis pilis triduo
servatur inlitum. Profluvium quamvis inmensum urinae ca-
prae potu sisti obstetrices promittunt, et si fimum inlinatur.
Membrana caprarum in qua partus editur inveterata potuque 256
sumpta in vino secundas pellit. Haedorum pilis suffiri volvas
utile putant et in profluvio sanguinis coagulum bibi aut hyo-
scyami semen inponi. E bove silvestri nigro si sanguine ri-
cini lumbi perunguantur mulieri, taedium veneris fieri dicit
Osthanes, idem amoris potu hirci urinae admixto propter
fastidium nardo.

78. Infantibus nihil butyro utilius per se et cum melle, 257
privatim et in dentitione et ad gingivas et ad oris ulcera.
Dens lupi adalligatus infantium pavores prohibet dentientique

bus fuerit, β. — *sub*, θVRTd. *vel sub*, K. — *duritiam*, V. *duritias*, Rd. — *uteri*, K.

§ 254. *Modum*, R^2d. Omitt. VR^1. — *denarii*, VR^2d. *decim*, R^1. *X*, θ. — *opii tertiam*, Vd. *opio tertiam*, R. *opii tertia*, θγ. *ad opii partem tertiam*, K. *ad apii tertiam*, β. — *satis esse*, d. — *haec*, θVTd. *hoc*, Rβγ. — *inponuntur*, θVR^1T. *inponunt*, R^2dβγ. — *Masculinum*, θVRd. — *Carneum*, V. — *inassatam*, VR^2. *inassam*, θR^1d. *inassata edatur*, r. — *marem*, VRd. *mares*, βγ. — *parituris*, R^1. — *Medulli*, R^1. — *cum vino*, K. — *et aqua*, θVTd. *ex aqua*, Rβγ. — *exulcerationibus*, R^2. *exulceratio*, VR^1. *ulcerationibus*, d. — *idem*, VR^1. — *inpositam*, VR^1.

§ 255. *palma*, VRd. *pila*, K. — *fel callum vulvarum*, VRd. *fetilium vulparum*, θ. — *inspersum*, VR^2d. *inspersit*, R^1. *pessis inspersum*, K. — *a purgatione*, R. *ad purgationem*, Vd. — *evulsis*, Vr. *prepulsis*, R. *propulsis*, d. *si evulsis*, βγ. — *pili*, V. — *servatur*, VRdr. *servetur*, βγ. — *urinae caprae potu*, θTd. *urina caprae potus*, VR. *urina caprae pota*, βγ.

§ 256. *aqua*, VRd. — *editur*, θVRTd. *editus*, β. — *inveterata*, R^2d. *inveterat*, R^1. *inveteratur*, θV. — *secundis*, R^1. — *vulvis*, V. — *profluo*, V. — *coagulum*, VR^2d. *profluvium*, R^1. — *semine inponi*, θVR^2d. *semineponi*, R^1. — *Si sanguine ricini ex bove silvestri nigro*, K. — *fieri*, R^2d. *feri*, VR^1. — *Osthanes*, Rd. *Ostanes*, T. *Ostabanes*, K. *Ostanter*, V. — *potu*, d. *poto*, V. *pota*, Rβγ. — *urinae*, VRd. *urina*, βγ. — *admixto*, d. *admixtu*, V. *admixti*, R.

§ 257. *dentione*, VRd (ut infra saepe). — *gengivas*, V. — *Dens*, Rd. *Dentes*, V^1. *Dente*, V^2. — *adalligatur*, V. — *dentientiumque*, K.

morbos, quod et pellis lupina praestat. Dentes quidem eorum maxumi equis quoque adalligati infatigabilem cursum praestare dicuntur. Leporum coagulo ubere inlito sistitur infantium alvos. Iocur asini, admixta modice panace, instillatum 258
in os a comitialibus morbis et aliis infantis tuetur; hoc XL diebus fieri praecipiunt; et pellis asini iniecta inpavidos infantis facit. Dentes qui equis primum cadunt facilem dentitionem praestant adalligati infantibus, efficacius si terram non attigere. Lien bubulus in melle et datur et inlinitur ad lienis dolores, ad ulcera manantia cum melle. Lien vituli in 259
vino decoctus tritusque et inlitus ulcuscula oris. Cerebrum caprae magi per anulum aureum tractum prius quam lac detur infantibus instillant contra comitialis ceterosque infantium morbos. Caprinum fimum inquietos infantis adalligatum panno cohibet, maxume puellas. Lacte caprino aut cerebro leporum perunctae gingivae facilis dentitiones faciunt.

79. Somnos fieri lepore sumpto in cibis Cato arbitrabatur, 260
volgus et gratiam corpori in IX dies, frivolo quidem ioco cui tamen aliqua debeat subesse causa in tanta persuasione. Magi felle caprae sacrificatae dumtaxat inlito oculis vel sub pulvino posito somnum adlici dicunt. Sudores inhibet cornus caprini cinis ex myrteo oleo perunctis.

80. Coitus stimulat fel aprunum inlitum, item medullae 261
suum haustae, sebum asininum anseris masculi adipe ad-

morbus, V. — *maxime*, V. — *cursum*, Rd. *curcum*, V. *circum*, θ. — *ubere inlito*, VR. *illito ubere*, dβγ.

§ 258. *modica*, K. — *instillatum*, R[1]d. — *pelles*, V. — *asini*, θVRd. *asinina*, β. — *adalligati infantibus*, VR[2]d. *adalligatus infantibus*, R[1]. *infantibus adalligati*, βγ. — *attigere*, R. *attingere*, V. *attigerint*, d. — *et datur*, VR[1]. *datur*, θT. *edetur*, R[2]. *editur*, dβγ.

§ 259. *ad ulcuscula*, K. Qui hanc coniecturam protulit, recte quidem sensit Plinium ita, uti vulgo legitur, scribere non potuisse, verum ita res non conficitur, sed ulcus altius sedet. Nam etiam in proxime praegressis verbis corruptela latet. Quid enim discriminis est inter verba *lien bubulus in melle* et *cum melle datur et illinitur?* Hinc totum locum et mutilatum et perturbatum esse agnosces et a verbis *cum melle* usque ad *ulcuscula oris* nonnulla exciderint necesse est, quae nemo supplere potest. — *tractum*, θ. *tracham*, V. *tracam*, d. *traiectum*, Rβγ.

§ 260. *Somniosos*, Barbar. K. — *in cibum*, T. — *Cato* apud Diomedem 1. p. 358. ed. Putsch.: „Cato ad filium vel de oratore: lepus multum somni affert qui illum edit." — *arbitrabatur*, θVRTd. *arbitratur*, βγ. — *novem*, θVRTd. *septem*, β. — *ioco*, Barbar. Rd. *loco*, V[2]. *laco*, V[1]. — *felle caprae*, R[2]. *fel caprae*, d. *fel*, VR[1]. — *ex*, d. *et*, VR. *e*, βγ.

§ 261. *aprunum*, R. *aprinum*, d. *aprugnum*, Vβγ. — *suum*, Rd. *sivim*, V. —

mixto inlitum, item a coitu equi a Vergilio quoque descriptum
virus et testiculi equini aridi ut potioni interi possint, dex-
terve asini testis in vino potus portione vel adalligatus brac-
chiali, eiusdem a coitu spuma collecta russeo panno et in-
clusa argento, ut Osthanes tradit. Salpe genitale in oleum 262
fervens mergi iubet septiens eoque perungui pertinentis par-
tis, Bialcon cinerem ex eodem bibi vel tauri a coitu urinam,
luto ipso inlini pubem. At e diverso muris fimo inlito cohi-
betur virorum venus. Ebrietatem arcet pulmo apri aut suis
assus ieiuni cibo sumptus eo die, item haedinus.

XX. 81. Mira praeterea traduntur in iisdem animalibus. 263
Vestigium equi excussum ungula, ut solet plerumque, si
quis collectum reponat, singultus remedium esse recordanti-
bus quonam loco id reposuerint. Iocur luporum equinae un-
gulae simile esse et rumpi equos qui vestigia luporum sub
equite sequantur. Talis suum discordiae vim quandam inesse.
In incendiis, si fimi aliquid egeratur e stabulis, facilius ex-
trahi nec recurrere ovis bovesque. Hircorum carnis virus 264
non resipere, si panem hordeacium eo die quo interficiantur
ederint laserve dilutum biberint, nullas vero teredinem sen-
tire luna decrescente induratas sale; adeoque nihil omissum
est ut leporem surdum celerius pinguescere reperiamus. Ani-
malium vero medicinas: si sanguis profluat iumentis, suillum

admixto, θVR̦Td. *permixto*, β. — *a coitu*, d. *ad coitum*, θVR. Ceterum vulgata scriptura sana esse nequit, cum verba *a coitu equi virus*, quae, ut nunc se res habet, per hyphen sunt intelligenda, ineptissime sint traiecta; praeterea Vergilius nihil de viro a coitu fluente dixit. Hinc arbitror Plinium *facit item ad coitum* scripsisse. — *equi a*, θR. *quia*, V. *equi*, dβγ. — *Vergilio*, VR[2]. *ulgi*, R[1]. *Virgilio*, θdβγ; georg. 3, 280. — *portione vel*, θVR[1]. *pro potione*, R[2]. *portioneve*, d. *portionive*, T. *pro portione vel*, βγ. *pertinentive*, Pint. — *adalligatos*, V. — *coniecta*, V. — *russeo*, θVR[2]. *risseo*, R[1]. *roseo*, dβγ. — *Osthanes*, Rd (codd. Gel.) *Ostanaes*, V. *Onestaenas*, θ. *Ostanes*, T. *Ostabanes*, K.

§ 262. *in*, R[2]. *id in*, VR[1]Td. — *Bialcon*, VR. *Diacon*, Td. *Dialcon*, Pint. *Dalion*, Hard. — *urina*, VR. — *luto*, VR[2]d. *lutu*, R[1]. *lutoque*, βγ. — *Ad*, V. — *diverso*, d. *diversus*, R. *diversum*, V. — *muri*, Rd. *uri*, V. Plinius *murino* videtur scripsisse. — *inlato*, V. — *Ebrietate*, R.

§ 263. *iisdem*, V. *eisdem*, Rdβγ. — *unguli*, R[1]. — *esse*, R. *est se*, Vd. *est*, θ. — *quonam*, R ex corr. — *luporum*, θVRTd. *leporum*, β. — *et rumpi*, R. *erumpi*, Vd. — *discordiae*, Barbar. R[2]. *adipiscordiae*, R[1]. *adips cordiae*, V. *adeps cordiae*, d. — *aliqui*, V. — *egeratur*, R. *degeneratur*, Vd. — *ex tabulis*, d.

§ 264. *resipere*, R[2]. *recipere*, VR[1]Td. — *delutum*, R. — *sentire*, Rd. *sentias*, V[1]. *senties*, V[2]. — *decrescenti*, d. — *omissum est*, θVRTd. *omissum*, β. — *surdum*, VRd. *tardum*, r. — *medicinas*, R[2]d. *medicina*, R[1]. *medicin*, V (post *n* esse videtur ā).

fimum ex vino infundendum; boum autem morbis sebum, 265
sulphur vivom, alium silvestre concoctum omnia haec trita in vino danda aut volpis adipem. Carnem caballinam discoctam potu suum morbis mederi, omnium vero quadripedum morbis capram solidam cum corio et ranam rubetam discoctas. Gallinaceos non attingi a volpibus, qui iocus animalis eius aridum ederint vel si pellicula ex eo collo inducta galli inierint; similiter in felle mustelae. Boves in Cypro contra 266
tormina hominum excrementis sibi mederi; non subteri pedes boum, si prius cornua pice liquida perunguantur. Lupos in agrum non accedere, si capti unius pedibus infractis cultroque adacto paulatim sanguis circa finis agri spargatur atque ipse defodiatur in eo loco ex quo coeperit trahi aut si vomerem quo primus sulcus eo anno in agro ductus sit excussum aratro focus larum, quo familia convenit, absumat; ac lupum nulli animali nociturum in eo agro quam diu id fiat. Hinc deinde praevertemur ad animalia sui generis quae aut placida non sunt aut fera.

§ 265. *silvestre*, R²T. *silvestrem*, Vd. *silvestrum*, R¹. — *concoctum*, Dalec. T. *cum coctum*, V. *eum coctum*, R. *coctum*, d. *ovum coctum*, $\beta\gamma$. — *omnia haec*, omitt. θVRTd. — *discoctam*, d. *decoctam*, θRT. *decoctum*, V. — *potū*, R. — *rana rubeta*, VRd. — *discoctas*, R. *discoctam*, Td. *decoctas*, θV. — *Gallinacios*, V. — *iocus*, θ. *iecur*, VRd$\beta\gamma$. — *ex eo*, θVRTd. *ex ea*, rβ. — *inducta*, V. *induta*, θTd. *induti*, R. *indita*, r. — *inierint*, Rd (codd. Barbari). *interint*, V. — *similiter*, θV. *similiti*, R. *similia*, d$\beta\gamma$. — *mustelae*, om. R¹.

§ 266. *Cipro*, R². *cipino*, R¹. *ciprino*, Vd. — *subteri*, codd. Gel. *super*, VRd. — *cornua iam pice*, Vd. *in pice*, R. — *sanguinis*, θV. — *ipsi*, V. — *aratrū*, R. — *focus*, R²d. *locus*, VR¹. — *larum*, R². *larium*, VR¹d$\beta\gamma$. — *convenit absumat*; pro his vv. habent *convenietur* VR, *convemetur* d. — *at*, V. *ad*, Rd. *sic*, K. Locus foede interpolatus; legendum est: *convenit*, *exurat; lupum*. De ferro igni accenso et corrupto v. 34, 149. — *animali*, θV¹RTd. *animalium*, V²β. — *praevertemur*, V. *revertemur*, Rd$\beta\gamma$.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXIX.

Cap. I. Sect. 1. Naturae remediorum atque multitudo in- § 1
stantium ac praeceptorum plura de ipsa medendi arte cogunt
dicere quamquam non ignaros nulli ante haec Latino sermone
condita ancepsque lubricum esse rerum omnium novarum et
talium utique tam sterilis gratiae tantaeque difficultatis in pro-
mendo. Sed quoniam occurrere verisimile est omnium qui haec 2
noscunt cogitationi, quonam modo exoleverint in medicinae usu
quae iam parata atque pertinentia erant, mirumque et in-
dignum protinus subit nullam artium inconstantiorem fuisse
aut etiamnunc saepius mutari cum sit fructuosior nulla, dis
primum inventores suos adsignavit et caelo dicavit. Nec non 3

Ad hunc librum toti sunt excussi VRd.

§ 1. *Naturae*, θVR^{2}Td. *Totum naturae*, R^{1}. *Natura*, βγ. — *praeceptorum*, θR^{1}. *praeteritorum*, V (ex emend.) R^{2}d (Ambr. II.) βγ. — *ignaros*, V. *ignoros*, R^{1}. *ignarus*, Td. *ignarus sim*, R^{2} (codd. Gel.) βγ. *ignarus sum*, K. — *nulli*, θVT. *nullis*, Rd (Ambr. I. II. codd. Gel.) γ. *nullius*, β. — *sermone*, d. *sermo nec*, VR^{2}. *ser nec*, R^{1}. — *ancepsque lubricum*, VRδϑρφ (codd. Gel.) *anceps-que ac lubricum*, TK^{1}d. *lubricum ancepsque*, K^{2}. — *novarum principium*, K^{1} (Ambr. II.) *novarum initium*, K^{2}. — *et talium*, θR^{1}Td. *et italium*, V. *talium*, codd. Gel. βγ. *et alium*, R^{2}r. *nec aliquid*, K^{1}. *nec aliud*, K^{2}. — *tam* (*iam*, d) *sterilis gratiae tantaeque difficultatis*, θVRTd (Ambr. II.) *quam sterilis gratiae difficultatis*, r. *quam steriles gratiae difficultates*, codd. Gel. β. *gratiae tam steriles difficultatis*, K^{1}. *gratiae quam sterilis difficultatis*, K^{2}.

§ 2. *noscunt*, θVR. *noscant*, Td (Ambr. I. II.) γ. *cognoscant*, β. *Sed quoniam occurrere est, verisimili omnium qui haec noscant cogitatione*, Pint. — *quoniam*, V. — *usu*, R^{2}d. Omitt. θVR^{1}. *in medicina quae*, Dalec. — *iam*, θVd (Ambr. II.) *tam*, Rβγ. *temperata*, Ambr. I. — *mirum et*, K. — *nullum martium*, V. — *aut etiamnunc*, VRT. *aut etiamnum*, θd. *et etiamnum*, βγ. — *mutari*, R^{2}Td (codd. Gel.) *militari*, VR^{1}. — *fructiosior*, V^{1}. — *dicavit*, V. *ditavit*, T. *dictavit*, θRd.

et hodie multifariam ab oraculis medicina petitur. Auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Aesculapium fabulata, quoniam Tyndareum revocavisset ad vitam; nec tamen cessavit narrare alios revixisse opera sua clara Troianis temporibus, a quibus fama certior, volnerum tamen dumtaxat remediis.

2. Sequentia eius, mirum dictu, in nocte densissima latuere 4
usque ad Peloponnesiacum bellum; tunc eam revocavit in lucem Hippocrates genitus in insula Coo in primis clara ac valida et Aesculapio dicata. Is, cum fuisset mos liberatos morbis scribere in templo eius dei quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur atque, ut Varro apud nos credit, templo cremato instituisse medicinam hanc quae clinice vocatur. Nec fuit postea quaestus modus, quoniam Prodicus Selymbriae natus, e discipulis eius, instituens quam vocant iatralipticen reunctoribus quoque medicorum ac mediastinis vectigal invenit.

3. Horum placita Chrysippus ingenti garrulitate mutavit 5

§ 3. *et hodie*, R^{2}. *nec hodie*, VR^{1}d^{1}. *hodie*, d^{2}. — *multifariam*, R. *multifaria*, θVTdr. — *oraculi is*, V. — *Tyndareum*, VRTd. *Thesiden*, K. *Tyndariden*, β. *Tyndareon*, Pint. coll. Muncker. ad Hygin. fab. 49. — *a quibus*, VRTd. *quibus*, βγ.

§ 4. *Peloponensiacum*, V. — *mos*, R^{2}. Omitt. VR^{1}d. — *quid auxiliatum*, VR (codd. Gel.) *qui auxiliatus*, Td. — *esse*, V. — *ea*, om. d. — *templo*, θVRTd. *iam templo*, β. — *Prodicus*, d. *proditus*, R. *prodigus*, V. *Herodicus*, Dalec.; at v. C. Fr. Hermann. in diurn. antiquar. 1835. no. 141. p. 1136. coll. Keil. anall. epigr. p. 221. Nomina *Prodicus* et *Herodicus* saepe confusa; v. Ast. ad Plat. Rep. p. 465. et Spengel. artium scriptt. p. 94. — *e discipulis*, θVRTd. *discipulus*, β. — *instituens*, V. *instituit*, θRdγ. — *iatralipticen*, d. *latraliptice*, V. *iatralepticen*, Rβγ. — *reunctoribus*, VR^{2}. *et ultoribus*, d. *et ultoris*, R^{1}. *cultoribus*, θ. *et unctoribus*, γ. *reductoribus*, Dalec. Vid. Schneider. grammat. Lat. 1, 581. — *mediaestineis*, V. *media est in eis*, d. *medias ineis*, R^{2}. *mediac̄ in eis*, R^{1}.

§ 5. *et ex*, VRdr. *et a*, θK. *etiam ex*, β. — *Antiocho*, V^{2}R. *an thoco*, V^{1}. *a nistoco*, d. — *Ptolomeo*, V. — *praemio*, VRd. — *artis*, R^{2}. *aris*, VR^{1}d. — *tendere*, VR^{1}d. Quid R a m. sec. habeat, dispicere non potui. — *cognominant*, Td. *cognominans*, R. *cognominas*, V^{1}. *se cognominans*, V^{2}β. — *Acrone*, VRTd (codd. Gel.) *a Creonte*, K. — *Agragantino*, θVR^{1}Td. *Acragantino*, R^{2}. *Agrigentino*, codd. Gel. βγ. — *Empedocles*, V. — *physici*, d. *pysci*, V^{1}. *crisippi*, V^{2}. *Chrysippi*, R in rasura. — *auctoritatē*, R.

§ 6. *hae*, om. R. — *diu scholae*, Gronov. *discole*, Vd. //// *scole*, R^{1}. *ex scola*, R^{2}. *ex schola*, δϑρφ. *eae scholae*, β. — *Herophilus*, R. *Heropylus*, V^{2}. *Hepylus*, d. *Hepylis*, V^{1}. — *descripto*, Rd (codd. Gel.) *discripto*, V. *discreto*, r. — *aetatum gradus*, Rd. *actum gradis*, V. — *eas*, VRd. — *retulimus* 26, 12—17. — *invenerat; auditor eius*, R^{2}d. *invenerat additos eius*, V. *in venatore ius*, R^{1}. — *Themison*, d. *Temison*, VR^{1}. *Themiston*, R^{2}. — *seque*, θVR^{1}Td. *fuisseque*, R^{2}δρ. *fuisse qui*, ϑφ. *qui quae*, Barbar. βγ. — *adscripsit illi*, VRTd. *ad-*

plurumumque et ex Chrysippo discipulus eius Erasistratus Aristotelis filia genitus; hic Antiocho rege sanato c talentis donatus est a rege Ptolemaeo filio eius, ut incipiamus et praemia artis ostendere.

4. Alia factio — ab experimentis cognominant empiricen — coepit in Sicilia Acrone Agragantino Empedoclis physici auctoritate conmendato; 5. dissederuntque hae diu scholae et omnis 6
eas damnavit Herophilus in musicos pedes venarum pulsu descripto per aetatum gradus. Deserta deinde et haec secta est, quoniam necesse erat in ea litteras scire; mutata et quam postea Asclepiades, ut retulimus, invenerat; auditor eius Themison fuit seque inter initia adscripsit illi, mox procedente aevi nequitia, sua et placita mutavit, sed et illa Antonius Musa eiusdem auctoritate divi Augusti quem contraria medicina gravi
periculo exemerat. Multos praetereo medicos celeberrimosque 7
ex his Cassios, Calpetanos, Arruntios, Rubrios; ducena quinquagena HS. annua iis mercede fuere apud principes. Q. Stertinius inputavit principibus, quod HS. quingenis annuis

scripserit illi, θ. *scripsit, illo*, Barbar. βγ. — *procedente aevi nequitia*, ita nos scripsimus. *procedente vitia*, VRT. *praecedente vitia*, θd. *excedente e vita*, K. *recedente a vita*, Barbar. βγ. *procedente avaritia*, Pint. *recedentis a vita*, Gronov. In nostra emendatione *aevi* idem est quod hominum aequalium (2, 54. 14, 44.); et uti Plinius nullam occasionem praetermittit, quin labentem morum integritatem deploret, uti etiam in hac medicinae historia ea utitur, sic Themisonem dicit nequitia aequalium crescente usum fuisse ad sua placita mutanda, se ad nequitiam aequalium composuisse eique obedientem sua quoque placita mutasse. *Nequitia* autem quo sensu sit h. l. capienda, apprime docet Tuscul. III. 8, 17: *Eius* (frugalitatis) *videtur esse proprium motus animi appetentes regere et sedare semperque adversantem libidini, moderatam in omni re servare constantiam, cui contrarium vitium nequitia dicitur*; coll. Döderlin. *latein. Synon. und Etymol.* 4, 211. Illa igitur nequitia mollities aliqua intelligenda est, cui molliora etiam i. e. gratiora, minus aspera medicamenta Themison adaptavit. Herophili secta deserta est a medicis inscientioribus; similiter Asclepiadem deseruit deterior Themison. — *sua et placita*, θVRTd. *ad sua placita*, Barbar. βγ. *sua ad placita*, Gronov., qui suam coniecturam ita interpretatur: „primum sese Asclepiadem professus est, dein mortui placita mutavit ad sua." Probarunt Harduin. et Gesner. chrestom. Plin. p. 725. — *Musa eius discipulus Augusti auctoritate*, Pint. *eiusdem Antonius Musa auctoritate Augusti*, Dalec. — *auctoritatem*, V. — *periculae exinierat*, V.

§ 7. *his*, θVR. *iis*, dβγ. — *Calpetanos*, V^{2}. *Calpitanos*, R^{2}β. *Carpetanos*, θV^{1}R^{1}Td. — *Arruntios*, R^{2}. *Aruntios*, θ. *Arbuntios*, VR^{1}. *Aruntios Arbutios*, Td. *Arruntios, Albutios*, βγ. Secundum nomen ex dittographia est ortum; de scriptura *Arruntius* v. Wagner. ad Vergil. Aen. 11, 759. — *HS.*, Rd. *his*, θV. — *annua iis mercede*, ita nos scripsimus. *annualis mercedes*, V. *anulis mercedes*, R^{1}. *annuales mercedes*, θTd. *annua mercede his*, R^{2}. *annua mercede iis*, βγ. — *Q. Stertinius*, R. *quae Stertinius*, Vd. *Q. vero Stertinius*, Barbar. βγ. — *imputavit*, VR^{2}d. *ita ut*, R^{1}. — *quod*, om. d. — *sestertiis*, V.

contentus esset; sexcena enim sibi quaestu urbis fuisse enu-
meratis domibus ostendebat. Par et fratri eius merces a Clau- 8
dio Caesare infusa est, censusque quamquam exhausti operi-
bus Neapoli exornata heredi HS. ccc reliquere, quantum ad
eam aetatem Arruntius solus. Exortus deinde est Vettius
Valens adulterio Messalinae Claudi Caesaris nobilitatus pa-
riterque eloquentiae adsectator; is et potentiam nanctus no-
vam instituit sectam. Eadem aetas Neronis principatu ad 9
Thessalum transilivit delentem cuncta placita et rabie qua-
dam in omnis aevi medicos perorantem, quali prudentia in-
genioque, aestumari vel uno argumento abunde potest, cum
monimento suo quod est Appia via iatronicen se inscripserit.
Nullius histrionum equorumque trigari comitatior egressus
in publico erat, cum Crinas Massiliensis arte geminata, ut
cautior religiosiorque, ad siderum motus ex ephemeride ma-
thematica cibos dando horasque observando auctoritate eum
praecessit; nuperque sestertium c reliquit, muris patriae moe-
nibusque aliis paene non minori summa exstructis. Hi rege- 10
bant fata, cum repente civitatem Charmis ex eadem Massilia
invasit damnatis non solum prioribus medicis verum et ba-
lineis frigidaque etiam hibernis algoribus lavari persuasit;
mersit aegros in lacus; videbamus senes consularis usque in

sescena, VR. — *enumeratis*, VRd. *numeratis*, $\beta\gamma$.

§ 8. *effusa*, K. — *exhausti operibus*, codd. Gel. et Budaei de asse p. 245. *exhausti operis*, R[1]d. *exausti operis*, V. *exhaustis operis*, θ. *exhausti opera*, R[2]. *exhaustis opibus*, r. — *Neapoli exornata*, VRd (codd. Gel. et Budaei). *Neapolis*, θ. — *HS. CCC*, codd. Gel. *sti . ceci*, V. *h s. u. CCCI*, d. *HS. trecenties centena milia*, R (?) $\beta\gamma$. — *quantum ad eam aetatem*, codd. Gel. *quantum athenaidem*, V (*i* et *m* ex emend.) R[2]. *quantum athenade*, R[1]. *quantum athena deus*, d. *quantum athena id est*, codd. Budaei. *quadragena dena*, T. *quadragena*, Barbar. — *Aruntius*, V. — *Vettius*, R. *Vetius*, Vd. *Vectius*, $\beta\gamma$. — *eloquentiae*, d. *eloquentia*, VR. — *adsectator; is*; pro his vv. habent *adsectatores* VRd. — *et*, VR. *ex*, d. *eam*, $\beta\gamma$. — *potentia*, d. *potentiae*, V. *potentie*, R. Hoc fortasse verum defendi possit verbi *adipiscendi* similitudine. — *nanctus*, VR. *nactus*, d$\beta\gamma$.

§ 9. *principatu*, R. *principatum*, V. *principis principatu*, d. — *transiit*, K. — *cuncta*, θVRTd. *cuncta maiorum*, $\beta\gamma$. — *placida*, V. — *omnis aevi*, R. *omni saevit*, Vd. — *mendicos*, V. — *abunde — monimento*, omitt. R[1]d. — *potest*; pro h. v. habet *porta ē* R, *reperta est* V. — *quod est in*, K. — *Apia*, V. — *latronicen*, V. — *historionum*, V. — *equorumque*, θVR[1]Td. *equarumque*, R[2] (codd. Gel.) $\beta\gamma$. — *comitatior*, R. *comitatiore*, VTd. — *egressus in publico*, VRd. *egressu in publico*, T. *egressus in publicum*, K[1]. *regressus e publico*, K[2]. *histrionum par, ex quo de trigario comitatu regressus in publico*, codd. Barbari. *in publico. Erat tunc Crinas Massiliae. Is arte*, Pint. — *ut*, V[1]Rd. *ita ut*, V[2]. — *ex*, om. R[1]. — *ephemeride*, VR[2]d. *ephependide*, R[1]. — *sestertium C*, VR. *centies HS.*, d$\beta\gamma$. — *moenibusque*, θVTd. *moenibus*, R. *moenibus quoque*, β. — *minore*, R. — *extinctis*, T.

ostentationem rigentis, qua de re exstat etiam Annaei Sene-
cae adstipulatio. Nec dubium est omnis istos famam novi-
tate aliqua aucupantis anima statim nostra negotiari. Hinc 11
illae circa aegros miserae sententiarum concertationes, nullo
idem censente ne videatur accessio alterius, hinc illa infelix
monimenti inscriptio, turba se medicorum perisse. Muta-
tur ars cotidie totiens interpolis et ingeniorum Graeciae flatu
inpellimur palamque est, ut quisque inter istos loquendo va-
leat, inperatorem illico vitae nostrae necisque fieri, ceu vero
non milia gentium sine medicis degant nec tamen sine me-
dicina, sicuti populus Romanus ultra sexcentesimum annum,
neque ipse in accipiendis artibus lentus, medicinae vero etiam
avidus donec expertam damnavit.

6. Etenim percensere insignia priscorum in his moribus 12
convenit. Cassius Hemina ex antiquissimis auctor est primum
e medicis venisse Romam Peloponneso Archagathum Lysa-
niae filium L. Aemilio M. Livio coss. anno urbis DXXXV.
eique ius quiritium datum et tabernam in conpito Acilio em-
ptam ob id publice; volnerarium eum fuisse e re dictum mi- 13
reque gratum adventum eius initio, mox a saevitia secandi
urendique transisse nomen in carnificem et in taedium artem
omnisque medicos, quod clarissime intellegi potest e M. Ca-

§ 10. *civitatem*, Rd. *civitate M.*, θV. *civitatem Marcus Charmis*, Dalec. — *Carmis*, R. — *frigidaque*, VR. *frigida aqua*, Td. — *mersit*, R^{2}d. Omitt. VR^1. — *latus*, R. — *ostentationem*, V^{2}R (ex corr.) d. *ostentione*, θ. *ostantionem*, V^1. — *annali*, V. — *Senecae* epist. 53. et 83. — *adstipulatio*, θVRdϑ. *astipulatio*, δρφ. *stipulatio*, β. — *anima statim nostra*, θVRTd. *animas statim nostras*, β. *animae fatum* vel potius *statum nostrae*, Gronov.

§ 11. *accessio*, VRd (codd. Gel.) *assertio*, r. — *infelix*, θVR^1. *infelicis*, R^{2}dβγ. — *inscriptio*, R^{2}d. *scriptio*, VR^1. — *turba se*, V^{2}R^{2}d. *tuba re*, V^{1}R^1. — *medi orum*, V. — *interpolis*, R^{2}Td. *interpellis*, VR^1. *interpollis*, β. — *fastu*, K. — *impellit*, R^1. — *palamque*, Rd. *palam quoque*, V. — *est ut quisque*, VR^{2}d. *que*, R^1. — *valeat*, θVR^{1}T. *polleat*, R^{2}dβγ. *pollet*, K. — *seu*, R^{1}d. — *negant*, Vd. — *medicine*, R. — *sicuti*, VR. *sicut*, dβγ. — *P. R.*, V. — *neque*, θVRr. *nec*, dβγ. — *ipsi*, R. — *accipiendi*, d. — *lentus*, d. *lentis*, V^{2}R^2. *tent˜*, R^1. *tentus*, V^1.

§ 12. *percensere*, VR^2. *recensere*, R^{1}Td. — *heminae*, V. — *antiquissimis*, θVRTd. *antiquis*, β. — *ex*, d. — *Peloponneson*, Vd. — *Lisaniae*, V. — *M. Livio*, R. *L. M. Iulio*, θVd. — *eique*, R. *eiusque*, Vd. — *puplicae*, V.

§ 13. *vulnerarium — dictum*; haec verba traiecta esse dicit Bernhardy *Grundr. der Röm. Liter.* p. 187. ed. 2.; videtur ea post verba *secandi urendique* transponere. — *fuisse e re dictum*, Gronov. *fuisse credunt*, θVRTϑρφ. *fuisse////ere-dunt*, d. *tradunt fuisse vocatum*, β. — *mirique*, V. — *secandi urendique*, V^{2}Rd. *secandique*, V^1. — *carnificem et*, R^2. *carnificem sed*, V. *carnifice sed*, d. *carnifices et*, θR^1. — *artem omnesque*, R^{2}d. *artemonesque*, V. *arte moresque*, R^1.

tone cuius auctoritati triumphus atque censura minumum conferunt; tanto plus in ipso est, quamobrem verba eius ipsa ponemus:

7. „Dicam de istis Graecis suo loco, Marce fili; quid Athe- 14
nis exquisitum habeam et quod bonum sit illorum litteras inspicere, non perdiscere, vincam. Nequissimum et indocile genus illorum, et hoc puta vatem dixisse: quandoque ista gens suas litteras dabit, omnia conrumpet, tum etiam magis si medicos suos huc mittet. Iurarunt inter se barbaros necare omnis medicina et hoc ipsum mercede faciunt ut fides iis sit et facile disperdant. Nos quoque dictitant barbaros et spurcius nos quam alios opicos appellatione foedant. Interdixi tibi de medicis.''

8. Atque hic Cato DCV. anno urbis nostrae obiit, LXXXV. 15
suo, ne quis illi defuisse publice tempora aut privatim vitae spatia ad experiendum arbitretur. Quid ergo? damnatam ab eo rem utilissimam credimus? minume Hercules; subicit enim qua medicina se et coniugem usque ad longam senectam perduxerit, iis ipsis scilicet quae nunc nos tractamus, profiteturque esse conmentarium sibi quo medeatur filio, servis,

auctoritate, VR. — *censura" in unum*, d. — *ipsa*, om. R^{1}.

§ 14. *fili*, R^{2}. *filio*, VR^{1}d. — *habeant*, d. — *quod*, Madvig. opuscc. 2, 238. — *illorum*, θVRd. *eorum*, β. — *vincam. Nequissimum*, Hard. *Vincam nequissimum*, β. — *indocibile*, T. — *quandoque*, θRd. *quandocumque*, Vβγ. Vid. Gronov. ad Liv. 1, 31. — *omnia*, R (ex corr.) — *corrumpit*, VRd. — *si*, om. R^{1}. — *hoc*, VR. — *et*, V. *sed*, Rdβ. — *mercedes*, θ. — *faciunt*, VR. *facient*, θTd. — *fides iis*, d. *fides his*, VR^{2}. *fid&is*, R^{1}. — *dictitant*, R^{2}. *dictitabant*, VR^{1}Td. — *spurcius*, codd. Barbari. *super eius*, VRTd. — *hoppicos* R^{1}. *hoppocos*, Vd. *hoppificos*, R^{2}. *opicorum*, Böttiger. *Amalthea* 3, 277. *opicon* (ὀπιχῶν), Iahn. *Berichte der Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaft*. 1850. p. 266. Vulgata tamen scriptura defendi videtur per verba: *addat Sulla etiamnum huic gloriae superbum cognomen Felicem* 22, 12. — *foedantque*, V. — *Interdixi — medicis*, VR^{2}. Omitt. R^{1}Td. *Interdicit ibi*, K.

§ 15. *Atque hic Cato*, VR^{2}. *hic Cato*, Td. Om. R^{1}. — *obiit*, Rd. *obid*, V. — *puplice*, V. — *aut*, R^{2}d. *ut*, VR^{1}. — *ad experiendum*, Barbar. d. *aut expediendum*, VR. — *ab eo rem*, VR^{2}d. *haberem*, R^{1}. — *Hercule*, β. — *subiecit*, Td. — *se*, VRd. *et se*, βγ. — *perduxerit*, om. R^{1}. — *his*, VR. — *nos tractamus*, codd. Gel. *nostrascitamus*, θVRTd. *nos trademus*, r. *nos tractemus*, β. — *quo medeatur*, Rd. *comedeatur*, V. — *servisque*, K. — *quem nos*, θVRd (codd. Gel.) *quae nos*, r. — *digerimus*, θVRTd. *disceremus*, r. *differimus*, β.

§ 16. *immani pretio*; pro his vv. habent *manipretio* θVd, *inani pretio* T, *magni pretio* R, *immanem pretio* K^{1}, *in manupretio* Pint. K^{2}. — *recusabant*, θVRTdr. *recusabat*, β. — *Aesculapis*. VR. — *ciperetur*, R^{1}. — *iterumque*; hanc vocem Gesner. chrestom. Plin. p. 733. et Böttiger. *kleine Schriften* 1, 117. interpretantur *noch dazu*, *überdiess*, *et adeo*, quae interpretatio nullo fundamento nititur. Vocem potius corruptam censeo legendumque *Tiberinaque in insula*, quae ita

familiaribus, quem nos per genera usus sui digerimus. Non 16
rem antiqui damnabant sed artem, maxume vero quaestum
esse inmani pretio vitae recusabant. Ideo templum Aescula-
pi, etiam cum reciperetur is deus, extra urbem fecisse ite-
rumque in insula traduntur et, cum Graecos Italia pellerent
diu etiam post Catonem, excepisse medicos. Augebo provi- 17
dentiam illorum: solam hanc artium Graecarum nondum ex-
ercet Romana gravitas in tanto fructu, quiritium paucissimi
attigere et ipsi statim ad Graecos transfugae, immo vero
auctoritas aliter quam Graece eam tractantibus etiam apud
inperitos expertisque linguae non est, ac minus credunt quae
ad salutem suam pertinent, si intellegunt. Itaque Hercule in
hac artium sola evenit ut cuicumque medicum se professo
statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius.
Non tamen illud intuemur; adeo blanda est sperandi pro se 18
cuique dulcedo. Nulla praeterea lex quae puniat inscitiam
eam, capitale nullum exemplum vindictae. Discunt periculis
nostris et experimenta per mortis agunt medicoque tantum
hominem occidisse inpunitas summa est; quin immo transit
convitium et intemperantia culpatur ultroque qui periere ar-
guuntur. Sed decuriae pro more censuris principum exami-

dicitur a Claudiano consul. Stilich. 3, 173., *insula Tiberis* in Livii epit. 11. De copula *que* v. ad 36, 15. — *in insula*, V R^2d. *insula*, R^1. — *diu etiam*, Rd. *diu*, Vγ. — *excoepisse*, V. Harduin. dicit *excipere* h. l. non esse *demere*, *secernere* vel *eximere numero*, sed *nominatim cavere*, cuius significationis exempla plurima apud iureconsultos occurrere atque apud ipsum Ciceronem ad Quint. Fr. I. 1, 9. § 26. *nominatimque lex exciperet*, *ut ad templum monumentum* (pecuniam) *capere liceret.* At iam Gesner. chrestom. Plin. p. 734. recte animadvertit hunc locum non facere pro Harduino, sed ad vulgatam verbi significationem pertinere videri; profecto enim *excipere* in illis Ciceronis verbis nihil est nisi legem in aliqua sua parte aliquam libertatem statuere, aliquid ex sua severitate remittere. Huc accedit, quod in illis verbis particula *ut* sequitur, h. l. accusativus. Et quis scriptor umquam tam ambigue scripsisset? Recte igitur idem ille Gesnerus locum corruptum habet, qui ita restituendus est, ut inter ceteros expulsos Graecos potissimum medicos eosque nominatim severitate legis perculsos esse Plinius dicat. Lenissima tamen ea medicina videtur, si pro *et cum — excepisse* scribitur *nec cum — excepisse.*

§ 17. *prudentiam*, K. — *tanto fructu*, R^2d. *tanto fructum*, V. *tantum fructum*, R^1. — *quiritium paucissimi*, θRd. *paucissimi quiritium*, V$\beta\gamma$. — *transfugere*, r. — *Graeci*, R. — *at*, d. — *intelligant*, R. — *Hercule*, V. *Hercules*, Rd. — *medicum se*, d. *modo se*, R. *modo re*, V. — *professo*, Vd. *proferra*, R. *profitenti*, r. — *maius*, VR^2d. *ma////*, R^1.

§ 18. *intueretur*, R^1. — *adeo*, Rd. *ab eo*, V. — *inscientiam*, R^1. — *eam*, θ. *ea*, V. Omitt. Rd$\beta\gamma$. — *capitale*, θVRTd. *capitalem*, β. — *transit in convitium*, V. — *perire*, V. — *Quinque decuriae*, Gronov. miscell. p. 850. seq. — *exanimantur*, V.

*

nantur, inquisitio per parietes agitur et qui de nummo iudi-
cet a Gadibus columnisque Herculis arcessitur, de exsilio
vero non nisi XLV electis viris datur tabella. At de iudice 19
ipso quales in consilium eunt statim occisuri! merito, dum
nemini nostrum libet scire quid saluti suae opus sit. Alienis
pedibus ambulamus, alienis oculis agnoscimus, aliena me-
moria salutamus, aliena et vivimus opera perieruntque rerum
naturae pretia et vitae argumenta; nihil aliud pro nostro
habemus quam delicias. Non deseram Catonem tam ambi- 20
tiosae artis invidiae a me obiectum aut senatum illum qui
ita censebat, idque non criminibus artis adreptis, ut aliquis
exspectaverit. Quid enim venenorum feracius aut unde plu-
res testamentorum insidiae? Iam vero et adulteria etiam in
principum domibus, ut Eudemi in Livia Drusi Caesaris, item
Valentis in qua dictum est regina. Non sint artis ista sed 21
hominum; non magis haec urbi timuit Cato, ut equidem cre-
do, quam reginas. Ne avaritiam quidem arguam rapacisque
nundinas pendentibus fatis et dolorum indicaturam ac mortis
arram aut arcana praecepta, squamam in oculis emovendam
potius quam extrahendam, per quae effectum est ut nihil ma-
gis pro re videretur quam multitudo grassantium; neque enim
pudor sed aemuli pretia submittunt. Notum est ab eodem 22
Charmide unum aegrum ex provincialibus HS. ducentis re-
conductum, Alconti volnerum medico HS. centiens cent. mil.

parietes, V R d. *parentes*, Pint. K^1. *partes*, Pithoeus advers. subcess. 2, 19., K^2. *patrias*, Gronov. — *indicet*, Pint. — *arcessitur*, θ V R d. *accersitur*, β. — *XLV*, θ V R T d. *die XL. quinque*, Pithoeus, β. *de XLV*, Iuretus ad Symmach. epist. p. 85.

§ 19. *indice ipso statim occasuri quales in cons. eunt*, Pint. *medico ipso*, K. — *consilium*, V. *consilio*, R d. — *occisuri*, V R d (codd. Gel.) *occisuro*, K. — *nemine*, R^1. — *et vivimus*, V R T d. *vivimus*, βγ. — *habemur*, V.

§ 20. *deseram*, V R T d. *deferam*, β. — *tam*, R. *iam*, θ V T d. — *ambitiosae*, R d. *ambitiose*, T. *ambitione*, θ V. — *obiectum*, R ex correctura. — *Quid enim*, R^{2}d. *Quidem in*, V. *Quid*, R^1. — *veneno*, r. — *feracius*, R. *fertilius*, V d βγ. — *unde plures*, d. *unius plures*, V. *unius res*, R. — *in*, R^{2}d. Omitt. V R^1. — *Eudemi*, codd. Barbari. *eundem*, V R d.

§ 21. *sunt*, R^1. — *resinas*, Salmas. prolegg. ad homon. p. 13. — *nondinas*, V^1. — *impendentibus*, K. — *ac*, R^{2}d. *aut*, V R^1. — *arram*, V d (codd. Barbari). *atycon*, R. — *arcanam*, V. — *praecepta squamam*, R^2. *praecepti squamam*, R^1. *praeceptis quam*, V. *praecepta////qua*, d^1. *praecepta////quamam*, d^2. — *emovendam*, R^2. *et movendam*, V R^{1}d. *removendam*, K^1. *amovendam*, K^2. — *ma*, R^1. — *pro re*, V R d^1. *prodesse*, d^{2}βγ. Eadem ratione dicitur *se quae pro causa essent dicturum* apud Livium 35, 15. — *aemuli*, V. *aemulis*, R d.

§ 22. *Notum*, d. *Non*, V R^2. Om. R^1. — *ex*, V d. *et*, R^2. *e*, R^1. — *his*, V.

damnato ademisse Claudium principem eidemque in Gallia
exsulanti et deinde restituto acquisitum non minus intra pau-
cos annos. Et haec personis inputentur; ne faecem quidem 23
aut inscitiam eius turbae arguamus, ipsorum intemperantiam
in morbis aquarum calidarum deverticulis, inperiosa inedia
et ab iisdem deficientibus cibo saepius die ingesto, mille
praeterea paenitentiae modis, culinarum etiam praeceptis et
unguentorum mixturis, quando nullas omisere vitae inlece-
bras. Invehi peregrinas mercis conciliarique externa pretia 24
displicuisse maioribus crediderim equidem, non tamen hoc
Catonem providisse, cum damnaret artem. Theriace vocatur
excogitata compositio luxuriae; fit ex rebus sexcentis, cum
tot remedia dederit natura, quae singula sufficerent. Mithra-
datium antidotum ex rebus LIV componitur, interim nullo
pondere aequali et quarundam rerum sexagesima denari unius
inperata, quo deorum perfidiam istam monstrante! Hominum 25
enim subtilitas tanta esse non potuit; ostentatio artis et por-
tentosa scientiae venditatio manifesta est. Ac ne ipsi quidem
illa novere conperique volgo pro cinnabari Indica in medi-
camenta minium addi inscitia nominis, quod esse venenum
docebimus inter pigmenta. Verum haec ad singulorum sa- 26
lutem pertinent, illa autem quae timuit Cato atque providit,
innocentiora multo et parva opinatu, quae proceres artis eius
de semet ipsi fateantur, illa perdidere inperi mores, illa quae

— *ducenta*, V d. — *reconductum*, θ V R T d. *conductum*, β. — *hs̄. c̄.*, V. — *ademissos*, R^1.

§ 23. *inscitam*, T. — *turbae*, d. *turbam*, V R T. — *arguamus*, V R^2. *arguemus*, R^1 T d. — *ipsorum*, V R d. *ipsorumque*, β. — *intemperantiam*, R d. *intemperantia*, V. — *gallidarum*, V. — *deverticulis*, V. *diverticulis*, R d. — *imperiosa inedia*, V R d. *imperiosam inediam*, βγ. — *hisdem*, V. — *cibo*, V R. *cibos*, d (codd. Gel.) βγ. — *die ingesto*, V^2. *dein gesto*, V^1 R d. *die ingestos*, codd. Gel. βγ. — *poenitentiae*, V. *penitentiae*, R^2. *petentiae*, R^1. *appetentiae*, T d.

§ 24. *externa pretia*, θ V R T d. *extrema pretia*, β. *exemto pretio*, K. — *equidem*, R d. *et quidem*, V. — *Theriace*, Barbar. *Theriae*, V R. *Therie*, d. — *excogitat*, V. — *luxuriae*, V R^2. Omitt. R^1 T d. — *fit ex*; pro his vv. habent *fixit* V R, *fixis* d. — *sexcentis*, Fabric. biblioth. Gr. 2, 692. *externis*, V R d βγ. — *Mithradatium*, V R^1. *Mithridatium*, θ R^2 T. *Mithridaticum*, d βγ. — *interim nullo*, d. *interim nullos*, R. *inter nullos*, V T. — *aequali*, R^2 T. *aequa*, V R^1 d. — *quarundem*, V. — *parte sexagesima*, K. — *imperator*, V R d. — *quo deorum*, θ V R T. *quod eorum*, d. — *per fidem*, θ V R T d. — *istam*, R. *ista*, θ V T d.

§ 25. *illa*, V R d. *illam*, βγ. — *addi inscitia*, R^2. *acdeinscitium*, V R^1 d.

§ 26. *multa*, R. — *opinatu*, R^2 d. *opinato*, θ V R^1. — *eius de semet ipsi*, V T d. *eius de semet ipsis*, R^2. *eius de semet ipso*, R^1. *eiusdem in semet ipsis*, β. — *fateantur*, V R T d. *fatentur*, β. — *prodidere*, Gruter. ad Liv. 1, 13. e codice. — *imperio*, R d. — *illa*, om. K.

sani patimur, luctatus, ceromata ceu valetudinis causa instituta, balineae ardentes quibus persuasere in corporibus cibos coqui, ut nemo non minus validus exiret, oboedientissimi
vero efferrentur; potus deinde ieiunorum ac vomitiones et 27
rursus perpotationes ac pilorum eviratio instituta resinis eorum, itemque pectines in feminis quidem publicati. Ita est profecto; lues morum, nec aliunde maior quam a medicina, vatem prorsus cotidie facit Catonem et oraculum: satis esse
ingenia Graecorum inspicere, non perdiscere. Haec fuerint 28
dicenda pro senatu illo sexcentisque populi Romani annis adversus artem in qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt, simul contra attonitas quorundam persuasiones qui prodesse nisi pretiosa non putant. Neque enim dubitaverim aliquis fastidio futura quae dicentur animalia; at non Vergilio fuit nominare formicas nulla necessitate et curculiones ac „lucifugis congesta cubilia blattis", non Homero inter proelia deorum inprobitatem muscae describere, non naturae gignere ista, cum gignat hominem. Proinde causas quisque et effectus, non res aestumet.

9. Ordiemur autem a confessis hoc est lanis ovisque obi- 29
ter ut rebus praecipuis honos in primis perhibeatur; quaedam etiam sic alienis locis, tamen obiter dici necesse erit. Nec deerat materiae pompa, si quicquam aliud intueri liberet quam fidem operis, quippe inter prima proditis etiam ex cinere phoenicis nidoque medicinis, ceu vero id certum esset atque non fabulosum; inridere est vitae remedia post mil-
lesimum annum reditura monstrare. II. Lanis auctoritatem 30

valitudinis, R. — *coqui*, R. *qui*, d. *quibus*, V. — *nom*, V. — *oboedientissimi*, V. *obedientissimi*, Rd$\beta\gamma$. — *efferentur*, V.

§ 27. *superpotationes*, K. — *evirati*, d. — *in*, R[2]d. *ne*, VR[1]T. Om. K. — *puplicati*, V. — *Ista profecto lues*, K. — *morum*, Rd. *moraum*, V[1]. *moralium*, V[2]. — *nec aliunde*, d. *ne aliunde*, VR[2]. Om. R[1]. — *a*, V.RTd. *e*, $\beta\gamma$. — *oratium*, R.

§ 28. *sescentisque*, V. — *pretiosa non*, Rd. *praecio sano*, V. — *aliquis*, VRd. *aliquibus*, $\beta\gamma$. — *discentur*, VR. — *Vergilio* georg. 1, 186. 4, 243. — *fuit*, VRd (codd. Gel.) *nefas fuit*, r. — *formicam*, d. — *Homero* Iliad. ρ, 570. — *descripsere*, VR[1].

§ 29. *a*, omitt. VRd. — *concessis*, K. — *obiter ut*, VRT. *obiter*, d. *ut obiter*, $\beta\gamma$. — *sic*, θVRTd. *si*, β. — *Nec deerat*, Td (codd. Gel.) *Nec deerit*, VR. *Nec deesset*, r. — *materia pompae*, VRTd. — *liberet*, VR. *libet*, d. — *prima*, Vd. *prima fidem*, R. — *vitae*; pro h. v. habent *vitiam* V[1]R, *vitia* V[2], *vitia in* d. — *millensimum*, V. — *redituram*, Vd.

§ 30. *relegiosam*, V. — *attingi iubentes*, om. R[1]. *ea cingi iubentes*, Lips.

veteres Romani etiam religiosam habuere postis a nubentibus
attingi iubentes, praeterque cultum et tutelam contra frigora
sucidae pluruma praestant remedia ex oleo vinoque aut ace-
to, prout quaeque mulceri morderive opus sit et adstringi
laxarive, luxatis membris dolentibusque nervis inpositae et
crebro subfusae. Quidam et salem admiscent luxatis, alii cum
lana rutam tritam adipemque inponunt, item contunsis tu-
mentibusque. Halitus quoque oris gratiores facere traditur 31
confricatis dentibus atque gingivis, admixto melle; prodest
et phreneticis suffitu. Sanguinem in naribus sistit cum oleo
rosaceo, et alio modo indita auribus opturatis spissius; quin
et ulceribus vetustis inponitur cum melle; volnera ex vino
vel aceto vel aqua frigida et oleo expressa sanat. Arietis 32
vellera luta frigida ex oleo madefacta in muliebribus malis
inflammationes volvae sedant et, si procidant, suffitu repri-
munt. Sucida lana inposita subditaque mortuos partus evo-
cat; sistit etiam profluvia earum; at canis rabiosi morsibus
inculcata post diem septumum solvitur. Reduvias sanat ex
aqua frigida; eadem nitro, sulphure, oleo, aceto, pice liquida
fervescentibus tincta quam calidissima inposita bis die lum-
borum dolores sedat. Sistit et sanguinem ex ariete sucida 33
articulos extremitatum praeligans. Laudatissima omnis e col-
lo, natione vero Galatica, Tarentina, Attica, Milesia. Sucidam
inponunt et desquamatis, percussis, lividis, incussis, conli-
sis, contritis, deiectis, capitis et aliis doloribus, stomachi
inflammationi ex aceto et rosaceo. Cinis eius inlinitur attri-
tis, volneratis, ambustis; et in oculorum medicamenta addi-

quaest. epistol. 2, 3., quod probat Wyttenb. ad Plutarch. quaest. Rom. p. 271. f. Mihi potius *a nubentibus is* (i e. iis, lanis) *accingi iubentes* scribendum videtur; uti h. l. postes lanis accinctae dicuntur, ita *accinctus gemmis fulgentibus ensis* a Valerio Flacco 5, 514. — *sucidae*, v. Dioscor. 2, 82. — *mulceri*, V R^{2}d. *mulcerique ut*, R^{1}. — *morderique*, VRTd. — *volentibusque*, V R. *volantibusque*, d. — *et salem*, V R d r. *etiam salem*, $\beta\gamma$.

§ 31. *Alitus*, V. — *mellis*, R^{2}. — *et alio modo indita*, Rd (codd. Gel.) *et alio modo*, V. *indita et alio modo*, T. *et allio modico indito*, r.

§ 32. *vellera luta*, R d. *vellere luta*, V T. *vellera lota*, $\beta\gamma$. — *mulieribus*, R. — *Succida lana*, d. *Succidae lanae*, θ. *Sucide lana*, V R. — *evooat*, d. *evocant*, θV R. — *earum*, V R d. *vulvarum*, r. — *at*, V d. *et*, R T. — *Redubias*, V. — *fervescentibus*, θ V R^{1} T. *ferventibus*, R^{2}d $\beta\gamma$.

§ 33. *Sistit et sanguinem*, θR T d. *Sanguinem sistit*, V $\beta\gamma$. — *extremitatium*, V R d. — *Terentina*, V. — *deiectis*, V R^{2}. Omitt. R^{1}d. — *stomachi*, V R. *stomachi et*, T d. — *et in oculorum*, v. Dioscor, 2, 83.

tur, item in fistulas aurisque suppuratas. Ad hoc detonsam 34
eam, alii evolsam decisis summis partibus siccant carpuntque
et in fictili crudo componunt ac melle perfundunt uruntque.
Alii assulis taedae subiectis et subinde interstratis oleo ad-
spersam accendunt cineremque in labellis aqua addita con-
fricant manu et considere patiuntur, idque saepius mutantes
aquam, donec linguam adstringat leniter nec mordeat; tum
cinerem reponunt. Vis eius septica est efficacissimeque ge-
nas purgat.

10. Quin ipsae sordes pecudum sudorque feminum et ala- 35
rum adhaerentes lanis — oesypum vocant — innumeros prope
usus habent; in Atticis ovibus genito palma. Fit pluribus
modis, sed probatissimum lana ab his partibus recenti con-
cerpta aut quibuscumque sordibus sucidis primum collectis,
lento igni in aeneo subfervefactis et refrigeratis pinguique
quod supernatet collecto in fictile vas iterumque decocta
priori materia, quae pinguitudo utraque frigida aqua lavatur
et in linteo saccatur ac sole torretur donec candida fiat ac
translucida; tum in stannea pyxide conditur. Probatio ut 36
sordium virus oleat et manu fricante ex aqua non liquetur
sed albescat ut cerussa. Oculis utilissimum contra inflamma-
tiones genarumque callum. Quidam in testa torrent, donec
pinguitudinem amittat, utilius tale existumantes erosis et du-
ris genis, angulis scabiosis et lacrimantibus. Ulcera non 37
oculorum modo sanat sed auris etiam et genitalium cum an-
serino adipe; medetur et volvae inflammationibus et sedis

§ 34. *Ad hoc*, R^{2}d^{2}. *Adhuc*, VR^{1}d^{1}. *Ad haec*, βγ. — *detosam*, V. — *alii*, θVRTd. *alii vero*, β. — *decissis*, V. — *uruntque*, Kd. *utrumque*, VRβ. — *astulis*, V^{2}. — *accendunt*, RTd. *accedunt*, Vβ. — *in*, Rd. *et*, V. — *addita confricant*, R^{2}d. *additas confricant*, V. *additas adfricant*, R^{1}. — *mordeat*, VR^{2}d. *mordeat de sobo potonemedunt*, R^{1}. — *tum*, Rd. *tunc*, Vβγ. — *eis*, V. — *smectica*, Gesner. hist. anim. 1, 793.

§ 35. *Quin — pecu*, om. R^{1}. Ceterum v. Dioscor. 2, 84. — *habet*, Rd. — *palma*, R^{2}. *palam*, VR^{1}d. — *modis*, om. R^{1}. — *his*, Rd. *iis*, V. — *lento*, VRd. *et lento*, K. *ac lento*, βγ. — *aeneo*, θVRTd. *aeneo vase*, β. — *superiacet*, θVRTd. — *fictile vas*, VR^{2}Td. *fictile vase*, R^{1}. *fictili vase*, βγ. — *priori*, R. *priore*, d. *priora*, V. — *in*, om. V. — *saccatur*, Kd. *siccatur*, V (ex emend.) Rβ. — *ac translucida*, Rd. *extralucida*, V. — *stagnea*, VR.

§ 36. *Probatio*, VRd. *Probatio autem*, βγ. — *viros*, V. — *cerosa*, V. *ceterosa*, R^{1}. — *torrent donec*, R (codd. Barbari). *torrendo nec*, V. *torrendo ne*, d. — *pinguitudinem*, VRTd. *pinguedinem*, codd. Barbari, β. — *scabrosis*, T.

§ 37. *auris*, Hard. ex Dioscor. 2, 84. *πρός τε τὰ ἐν ὠτὶ καὶ ἐν αἰδοίῳ σὺν*

rhagadiis et condylomatis cum meliloto ac butyro. Reliquos
usus eius suo loco digeremus. Sordes quoque caudarum con-
cretae in pilulas siccatae per se tunsaeque in farinam et
inlitae dentibus mire prosunt, etiam labantibus, gingivisque,
si carcinoma serpat; iam vero pura vellera aut per se in- 38
posita caecis doloribus aut accepto sulphure et cinis eorum
genitalium vitiis, tantumque pollent ut medicamentis quoque
superponantur. Medentur ante omnia et pecori ipsi, si fasti-
dio non pascantur; cauda enim quam artissime praeligata,
evolsa inde lana statim vescuntur, traduntque quod extra
nodum sit e cauda praemori.

III. 11. Lanae habent et cum ovis societatem simul fronti 39
inpositae contra epiphoras; non opus est eas in hoc usu ra-
dicula esse curatas neque aliud quam candidum ex ovo in-
fundi ac pollinem turis. Ova per se infuso candido oculis
epiphoras cohibent urentisque refrigerant; quidam cum croco
praeferunt et pro aqua miscent collyriis; infantibus vero con-
tra lippitudines vix aliud remedio est butyro admixto recenti.
Eadem cum oleo trita ignis sacros leniunt betae foliis su- 40
perinligatis. Candido ovorum in oculis et pili reclinantur
hammoniaco trito admixtoque et vari in facie cum pineis
nucleis ac melle modico; ipsa facies inlita sole non uritur.
Ambusta aquis si statim ovo occupentur, pusulas non sen-
tiunt; quidam admiscent farinam hordeaciam et salis parum;
ulceribus vero ex ambusto cum candido ovorum tostum hor-
deum et suillo adipe mire prodest. Eadem curatione ad sedis 41

χηνείῳ στέατι. oris, VRd*βγ*. — *butiro*, V. — *suo loco*, omitt. VR. — *digeremus*, R[2]. *digereremus*, V. *digerere*, d. *digerese*, R[1]. — *Sordes*, Vd. *De sordibus caudae med. sordes*, R. — *siccatae*, VRd. *ac siccatae*, *βγ*. — *tusaeque*, Vd (codd. Gel.) *tucuteque*, R. — *farinam*, codd. Gel. *farina*, VRd. — *labantibus*, d (codd. Gel.) *labantibusque*, R. *lavantibusque*, V. — *gengivisque*, V.

§ 38. *inposita*, R[2]. *posita*, VR[1]d. — *sulpore*, V. — *pollent ut*, Rd. *pollentui*, V. — *pascantur*, R. *pascatur*, Vd*βγ*. — *praeligate volsa*, R. — *praemorari*, R.

§ 39. *societatem*, VRd[1]. *non totam societatem*, d[2]. — *radiculas*, codd. Barbari. — *Ova per se*, v. Dioscor. 2, 55. — *urentisque*, V. *urentesque*, d*βγ*. *urentis qua*, R[2]. *urentes ove*, R[1]. — *cum croco*, VRd. *pro croco*, T. — *miscentur*, VRd. — *lipitudines*, V. *lipidines*, R. — *remedio*, VRd. *remedium*, *βγ*. *remedium convenientius*, K. — *butiro*, V.

§ 40. *superilligatis*, Vd. *inligatis*, R. — *ammoniaco*, V. — *vari*, R. *turi*, V. *varices*, Td. — *facie*, Rd. *favantiae*, V. — *modico*, R[2]. *mixto*, VR[1]d. *modico tolluntur*, K. — *ipse facies illite*, T. — *uritur*, R[2]. *uruntur*, VR[1]Td. *aduritur*, *βγ*. — *occipentur*, V. — *pusulas*, VRd. *pilulas*, T. — *falis param*, V.

vitia utuntur, infantibus quidem, etiam si quid ibi procidat;
ad pedum rimas ovorum candido decocto cum cerussae de-
nariorum duum pondere, pari spumae argenti, murrae exiguo,
dein vino; ad ignem sacrum candido ovorum trium cum
amylo; aiunt et volnera candido glutinari calculosque pelli.
Lutea ovorum cocta ut indurescant, admixto croco modice 42
item melle, ex lacte mulieris inlita dolores oculorum miti-
gant, vel cum rosaceo et mulso lana oculis inposita vel cum
trito api semine ac polenta in mulso inlita. Prodest et tus-
sientibus per se luteum devoratum liquidum ita ut dentibus
non attingatur, thoracis destillationibus, faucium scabritiae;
privatim contra haemorroidum morsum inlinitur sorbeturque
et crudum; prodest et renibus, vesicae rosionibus exulcera- 43
tionibusque et cruenta exscreantibus. Quinque ovorum lutea
in vini hemina cruda sorbentur dysintericis cum cinere pu-
taminis sui et papaveris suco ac vino; dantur coeliacis cum
uvae passae pinguis pari pondere et malicori per triduum
aequis portionibus, et alio modo lutea ovorum trium, laridi
veteris et mellis quadrantibus, vini veteris cyathis tribus,
trita ad crassitudinem mellis et, cum opus sit, abellanae nucis
magnitudine ex aqua pota; item ex oleo fricta terna, totis 44
ovis pridie maceratis in aceto; sic et liententericis, sanguinem
autem reicientibus cum tribus cyathis musti. Utuntur iisdem
ad liventia, si vetustiora sint, cum bulbis ac melle. Sistunt
et menses mulierum cocta et in vino pota, inflationes quo-
que volvae cruda cum oleo aut vino inlita. Utilia sunt et 45

§ 41. *procidat*, d. *procedat*, θVR. — *caerossae*, V. — *dein*, VRd. *deinde*, βγ. — *ovorum*, Rd. *duorum*, V. — *trium*, V. *triū*, R. *trito*, dβγ. At receptam a nobis scripturam tuetur Plin. Valer. 3, 34. — *amulo*, VR. — *glutinare*, VR^1.

§ 42. *ex lacte*, Rd. *et lacte*, Vβγ. — *thoracis*, v. Dioscor. 2, 55. — *destillationibus*, V. *distillationibus*, Rdβ.. — *haemoroidas*, VRd. — *sorbeturque et crudum*, R. *sorbeturque crudum*, dβγ. *sorbeturqu ecruenta*, V (post *qu* deleta una littera).

§ 43. *cum cinere*, θTd. *cum cineris*, R^2. *ovum cineris*, VR^1. *cum mira*, r. *cum pulvere*, K. *cum iure*, β. *cum farina*, Dalec. — *ac papaveris*, T. — *ac vino*, VRd. *et vino*, T. *aut vino*, K. — *pare*, R. — *malicorii*, θVRTdr. *malicorio*, β. — *laridi*, θ. *lardi*, VRdβγ. *cum lardi*, K. — *trita*, om. R^1. — *magnitudinis*, V.

§ 44. *sic et*, VR^{1}d. *sic et in*, R^2. *sic et illita*, K. — *lientericis*, Pint. *lieni. Ericis*, VRTd. *lienicis*, codd. Gel. β. — *musti*; pro h. v. habent *mixti* VRd. — *cocta*, Vd. *cocte*, R^2. Om. R^1. — *et in vino*, V. *et in eo vino*, θ. *et e vino*, R

cervicis doloribus cum anserino adipe et rosaceo, sedis etiam
vitiis indurata igni ut calore quoque prosint, et condyloma-
tis cum rosaceo, item ambustis durata in aqua, mox in pruna
putaminibus exustis; tum lutea ex rosaceo inlinuntur. Fiunt
et tota lutea quae vocant sitista, cum triduo incubita tollun-
tur. Stomachum dissolutum confirmant pulli ovorum cum
gallae dimidio ita ne ante duas horas alius cibus sumatur.
Dant et dysintericis pullos in ipso ovo decoctos admixta vini 46
austeri hemina et pari modo olei polentaeque. Membrana
putamini detracta sive crudo sive cocto labiorum fissuris me-
detur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus;
conburi sine membrana oportet; sic fit et dentifricium. Idem
cinis et mulierum menses cum murra inlitus sistit. Firmitas
putaminum tanta est ut recta nec vi nec pondere ullo fran-
gantur nec nisi paulum inflexa rotunditate. Tota ova adiu- 47
vant partum cum ruta et aneto et cumino pota e vino; sca-
biem corporum ac pruritum oleo et cedria mixtis tollunt,
ulcera quoque umida in capite cyclamino admixta. Ad puris
et sanguinis exscreationes ovom crudum cum porri sectivi
suco parique mensura mellis Graeci calefactum hauritur.
Dantur et tussientibus cocta et trita cum melle et cruda cum
passo oleique pari modo. Infunduntur et virilitatis vitiis sin- 48
gula cum ternis passi cyathis amylique semuncia a balineis;
adversus ictus serpentium cocta tritaque adiecto nasturtio in-
linuntur. Cibo quot modis iuvent notum est, cum transmeent
faucium tumorem calfactuque obiter foveant. Nullus est alius
cibus qui in aegritudine alat neque oneret simulque vim po-

(ex corr.) d. *et ex vino*, $\beta\gamma$. — *inflationes*, V d. *et inflationes*, R γ. — *aut vino*, θ V R T d. *ac vino*, β.

§ 45. *indurata*, θ V R T d. *durata*, β. — *in aqua*, θ V R T d. *ex aqua*, β. — *exhustis*, V. — *ex rosaceo*, R d. *et rosaceo*, V. — *illinunt*, d. — *lutaea*, V. — *sitista*, V R. *sicista*, d. *sicisti*, T. *schista*, Barbar. β. *synchyta*, Pint. — *incubita*, V R T d. *incubata*, β.

§ 46. *Dan*, V. — *putamini detracta*, V T d. *putaminis detracta*, R $\beta\gamma$. — *comburi*, V R. *comburere*, T d. — *fit et*, V R^2 d. *fit*, R^1. — *Idem*, R T d. *id est*, V. — *et mulierum*, R. *eum mulierum*, V. *ciet mulierum*, T d. — *inlitus*, R^2. *litus*, R^1. *halitus*, V T d. — *paulum*, θ V R d. *paululum*, $\beta\gamma$.

§ 47. *Tosta*, θ. — *cum ruta*, R d. *curata*, V. — *aneto*, R. *anetho*, V d $\beta\gamma$. — *e vino*, θ V R d. *ex vino*, β. — *cedria*, R^2. *cedra*, V R^1 d. — *tolluntur*, d. — *Ad*, V^1 R d. *Ac*, V^2. — *califactum*, V.

§ 48. *singulis*, R^1. — *cyathis*, omitt. V R d. — *amulique*, V. — *adversis*, V. — *Cibo quot*, codd. Gel. *Cibo quod*, V. *Cibos quot*, R. *Cibos quod*, d. — *iubent*, V. — *magis alat*, K. — *vim potus*, V Ṙ d (codd. Gel.) *vini usum*, r.

tus et cibi habeat. Maceratorum in aceto molliri diximus 49
putamen; talibus cum farina in panem subactis coeliaci re-
creantur. Quidam ita resoluta in patinis torrere utilius pu-
tant, quo genere non alvos tantum sed et menses feminarum
sistunt; aut si maior sit inpetus, cruda cum farina et aqua
hauriuntur et per se lutea ex his decocta in aceto donec in-
durescant; iterumque cum trito pipere torreantur ad cohi-
bendas alvos. Fit et dysintericis remedium singulare ovo 50
effuso in fictile novom eiusdemque ovi mensura, ut paria
sint omnia, melle, mox aceto, item oleo confusis crebroque
permixtis; quo fuerint ea excellentiora, hoc praesentius re-
medium erit. Alii eadem mensura pro oleo et aceto resinam
adiciunt rubentem vinumque et alio modo temperant, olei
tantum mensura pari pineique corticis duabus sexagesimis
denariorum, una eius quod rhum diximus, mellis obolis quin-
que simul decoctis, ita ut cibus post quattuor horas sumatur.
Torminibus quoque multi medentur ova bina cum ali spi- 51
cis quattuor una terendo vinique hemina calefaciendo atque
ita potui dando. Et ne quid desit ovorum gratiae, candidum
ex his admixtum calci vivae glutinat vitri fragmenta. Vis
vero tanta est ut lignum perfusum ovo non ardeat ac ne ve-
stis quidem contacta aduratur. De gallinarum autem ovis
tantum locuti sumus, cum et reliquarum alitum restent ma-
gnae utilitates, sicut suis locis dicemus.

et cibi, R[2]. *et cibus*, VR[1]. *ac cibi*, dβγ.

§ 49. *diximus* 10, 167. — *panem*, θVRTd. *pane*, β. — *patenis*, V. — *torrere*, Vd. *torreri*, Rβγ. — *quo*, Rd. *quae*, V. — *aut*, Rd. *ut*, V. — *et aqua*, θVRd. *ex aqua*, βγ. — *per se luta*, VR[1]. *per se lute*, R[2]. *persolata*, Td. — *ex his*, VT. *et his*, R. *ex iis*, dβγ. — *decocta*, d. *decoctorum*, θVRT. — *indurescat*, R[1]d. — *torreantur*, θVRTd. *torrentur*, βγ.

§ 50. *in fictile novum*, TKd. *ut fictile novum*, V. *in fictili novo*, R (*novo* ex corr.) βγ. — *pariae*, V. — *resinam adiciunt*; pro his vv. habent *rei una dicunt* Vd, *revin*[a] *adiiciunt* R, *rhu adiiciunt rubens* K. — *vinumque*, R. *unumque*, Vd. — *alio*, VR[2]. *a*, R[1]d. — *intemperant*, R. — *denariorum*, VR[2]. *denarie*, R[1]. *denarii*, d. — *una eius*, VRd. *uva eius*, K. — *quo*, R. — *rhum*, θTd. *rhuunt*, V[1]. *trahi*, V[2]R (in rasura). *rhus*, β. — *diximus* 24, 91. — *decoctis simul*, d. — *cibus*, VR[1]. *cibus alius*, R[2]dβγ.

§ 51. *medent*, V. — *alii spicis*, VRK. *allii piscis*, d. *aliis piscis*, β. Add. Gesner. histor. anim. 3, 462. — *terendo*, θTd. *terrendo*, VR. *atterendo*, β. — *calfaciendo*, R[1]. — *adque*, V. — *potui dando*; pro his vv. dant *potando* θVRTd. — *desit ovorum*, R[2]d. *deestivorum*, VR[1]. — *vivae*, d. *ut*, VR. — *glutinat*, Vd. *glutina*, R[1]. *glutinatur*, R[2]. — *fracmenta*, V. — *restent*, Vd. *de ovis anguis restent*, R. — *magne utilitatis*, V.

12. Praeterea est ovorum genus in magna fama Galliarum, 52
omissum Graecis. Angues innumeri aestate convoluti salivis
faucium corporumque spumis artifici conplexu glomerantur;
anguinum appellatur. Druidae sibilis id dicunt in sublime
iactari sagoque oportere intercipi ne tellurem attingat; pro-
fugere raptorem equo; serpentis enim insequi donec arcean-
tur amnis alicuius interventu; experimentum eius esse, si 53
contra aquas fluitet vel auro vinctum. Atque ut est mago-
rum sollertia occultandis fraudibus sagax, certa luna capien-
dum censent, tamquam congruere operationem eam serpentium
humani sit arbitri. Vidi equidem id ovom mali orbiculati mo-
dici magnitudine, crusta cartilaginis, velut acetabulis brac-
chiorum polypi crebris, insigne druidis. Ad victorias litium 54
ac regum aditus mire laudatur, tantae vanitatis ut habentem
id in lite in sinu equitem Romanum e Vocontiis a divo Claudio
principe interemptum non ob aliud sciam. Hic tamen con-
plexus anguium et frugifera eorum concordia in causa vide-
tur esse, quare exterae gentes caduceum in pacis argumentis
circumdata effigie anguium fecerint; neque enim cristatos
esse in caduceo mos est.

13. De anserum ovis magnae utilitatis ipsoque ansere di- 55
cturi hoc in volumine debemus honorem et Commageno cla-
rissimae rei. Fit ex adipe anserum alioqui celeberrimi usus,

§ 52. *fama Galliarum*, VRd. *Galliarum fama*, βγ. — *a Graecis*, K. — *Anguis*, R[1]. — *innumeri aestate*, Barbar. *ea numero est*, VR. *eo numero est*, d. — *convoluti salivis*, Barbar. *convolutis salivis*, d. *convolutis alivis*, R. *convolutis ad huius*, V. — *artifici complexu*, Rd. *artifi* [cii] . *cumplexu*, V. — *annum*, R. *in unum*, d. *omnum*, r. [a]*nnum*, V (*m* erasum). — *appellatur*, R[2]. *appellatum*, R[1]dr. *apellantur*, V[2]. *apellantum*, V[1]. — *sublimen*, V. — *enim*, VRd. *eum*, K. — *arceatur*, V.

§ 53. *fluvitet*, V. — *ut est*, VRTd. *ut*, β. — *ocultandis*, V. — *cogruere*, V. — *operationem eam*, R[2]d. *operatione ea*, VR[1]. — *equidem*, V[2]Rd. *id quidem*, V[1]. — *idoum*, V. — *orbiculatim*, Vd. — *modice*, V. — *cartilagis*, VR[1]. — *vel*, V. — *acetabulis*, VR. *e tabulis*, d. — *duidris*, V[1].

§ 54. *laudantur*, V[2]. — *equitem*, VR. *ve quiritem*, d. — *e Vocontiis*, codd. Gel. *evocantis*, R[2]d. *evocantem*, θVR[1]. *evocatum*, r. — *a*, R[2]r. Omitt. VR[1]d. — *non ad aliud*, R[2]. *non aliud*, VR[1]d. — *sciamus*, Td. — *conplexis*, V[1]. — *frugifera eorum*, θVTd. *efferatorum*, Rβγ. — *in causa*, θd. *causa*, VRβγ. — *anguim*, V.

§ 55. *Commageno*, T. *Commagenorum*, R (ex corr.) dβγ. *cum magnae*, V. Vid. 10, 55. — *aliqui*, VRd. *alioquin*, β.

sed in hoc in Commagene Syriae parte cum cinnamomo, casia, pipere albo, herba quae Commagene vocatur, obrutis nive vasis, odore iucundo, utilissimum ad perfrictiones, convolsiones, caecos aut subitos dolores omniaque quae acopiis curantur, unguentumque pariter et medicamentum est. Fit 56
et in Syria alio modo, adipe avium curato ut diximus, additis erysisceptro, xylobalsamo, phoenice elate, item calamo, singulorum pondere quod sit adipis, in vino bis aut ter subfervefactum; fit autem hieme, quoniam aestate non glaciat nisi accepta cera. Multa praeterea remedia sunt ex ansere, quod miror, aeque quam in capris; namque anser corvosque ab aestate in autumnum morbo conflictari dicuntur.

IV. 14. De anserum honore quem meruere Gallorum in 57
Capitolium ascensu deprehenso diximus; eadem de causa supplicia annua canes pendunt inter aedem Iuventatis et Summani, vivi in furca sambucea armo fixi. Sed plura de hoc animali dici cogunt priscorum mores. Catulos lactentis adeo puros existumabant ad cibum ut etiam placandis numinibus hostiarum vice uterentur his. Genitae Manae catulo 58
res divina fit et in cenis deum etiamnum ponitur catulina; aditialibus quidem epulis celebris fuisse Plauti fabulae indicio sunt. Sanguine canino contra toxica nihil praestantius putant; vomitiones quoque hoc animal monstrasse homini videtur, et alios usus ex eo mire laudatos referemus suis locis.

sed in hoc, VR^{1}Td. *est sed in hoc*, R^2. *est; ad hoc*, βγ. — *in*, Vd. Omitt. RT. — *Commagine*, V. — *Suriae*, VR^2. *susuriae*, R^{1}d. — *cinnamomo*, VRT. *cinnamo*, dβγ. — *picere*, R^2. *vicere*, R^1. *cicere*, Vd. — *obruis*, d. — *iocunde*, V. — *aut*, θVRTd. *ac*, β. — *omniaque quae*, R. *omnia quaeque*, V. *sumpta quaeque*, d. — *acopiis*, V. *acopus*, R. *acopis*, dβγ. — *ungentumque*, V. — *et*, Vd. *ac*, Rβγ.

§ 56. *adipe avium*, VR. *avium aut cum*, d. — *diximus* 28, 143. *dicemus*, VRd. — *erysisceptro*, R^2. *erisceptro*, V. *erysistreptro*, d. Om. R^1. — *xylobalsamo*, R^2. *lyxobalsamo*, Vd. *lysobalsamo*, R^1. — *phoenice elate*, Barbar. *phoenice tuso*, RTd. *foenicetuso*, V. — *quod*, ita nos scripsimus. *quid*, R^1. *qui*, VR^{2}dβγ. — *in vino*, ita nos scripsimus. *vino*, VRd. *cum vino*, Barbar. βγ. — *ter*, om. d. — *subfervefactum*, θVR^{2}Td. *ferrefactum*, R^1. *subfervefactis*, β. — *fiat*, Rd. — *glatiat*, V. *glaciatur*, K. — *praeterea remedia*, VR^2. *praeterea*, R^{1}d. — *sunt ex ansere*, R^2. *sunt praeterea ex ansere*, R^1. *sunt praeterea ex imis aere*, V. *ex misere*, d. — *in capris*, VR^2 (codd. Gel.) *capris*, β. *pancharis*, R^{1}Td.

§ 57. *Capitolio*, R^{1}d. — *ascensu*, R^2. *ascenso*, R^1. *accenso*, d. *escenso*, V. — *diximus* 10, 51. — *Iuventatis*, RTd. *Iuventutis*, Vβ. — *sabucea*, V. — *armo*, VR^{1}Td. *arbore*, R^{2}βγ. — *fixis*, VR. — *lactantes*, VR. — *cibus*, V^1. *cibos*, V^2. — *nominibus*, V.

15. Nunc ad instituti ordinem pergemus. Adversus serpen- 59
tium ictus efficacia habentur fimum pecudis recens in vino
decoctum inlitumque, mures dissecti inpositi quorum natura
non est spernenda, praecipue in adsensu siderum, ut diximus,
cum lunae lumine fibrarum numero crescente atque decre-
scente. Tradunt magi iocinere muris dato porcis in fico sequi
dantem id animal, in homine quoque similiter valere sed
resolvi cyatho olei poto.

16. Mustelarum duo genera: alterum silvestre distans ma- 60
gnitudine. Graeci vocant ictidas; harum fel contra aspidas
dicitur efficax, cetero venenum. Haec autem quae in domibus
nostris oberrat et catulos suos, ut auctor est Cicero, cotidie
transfert mutatque sedem, serpentis persequitur; ex ea in-
veterata sale denari pondus in cyathis tribus datur percussis
aut ventriculus coriandro fartus inveteratus et in vino potus;
et catulus mustelae etiam efficacius.

17. Quaedam pudenda dictu tanta auctorum adseveratione 61
conmendantur ut praeterire fas non sit, siquidem illa con-
cordia rerum aut repugnantia medicinae gignuntur, veluti
cimicum animalis foedissimi et dictu quoque fastidiendi na-
tura contra serpentium morsus et praecipue aspidum valere
dicitur, item contra venena omnia, argumento, quod dicant
gallinas quo die ederint non interfici ab aspide carnisque

§ 58. *Genitae Manae*, VRTd. *Genito mane*, β. — *etiamnum*, V. *etiamnunc*, Rd. — *catulina*, R. *catilina*, V^{2}. *caelina*, V^{1}. *tadina*, d. — *adiicialibus*, Merula et Barbar., quod defendunt, quamquam diversis argumentis usi, Scaliger ad Varr. de ling. Lat. p. 192. ed. Bip. et Böttiger. *kleine Schriften* 3, 218. *adipalibus*, altera illorum coniectura. — *celebres*, VRd. *celebrem*, βγ. — *Plauti fabulae*, v. Scaliger l. l. — *sunt indicio*, Td. — *praestius*, V. — *putant*, θVRTdr. *putatur*, β. — *vomitione*, V. — *laudatus*, V.

§ 59. *instituti*, θVR. *statutum*, dβγ. — *inpositi*, VR. *et impositi*, dβγ. — *praecipua*, V. — *adsensu*, V. *assensu*, codd. Gel. β. *adscensu*, Rdγ. — *diximus* 2, 109. 11, 196. — *lunae lumine*, VRd. *lumine lunae*, βγ. — *fibratum*, V. — *atque*, θVRTd. *ac*, β. — *dato*, d. *datur*, VR. — *resolvi*, VR^{2}d. *solvi*, R^{1}T.

§ 60. *distans*, θVTd. *distrans*, R. *Distant*, β. — *aspidas*, R. *aspides*, Vdβγ. — *oberrat*, V^{1}Rd. *oberrant*, V^{2}. — *et catulos*, d. *catulos*, VR. Ex hac scriptura coniicio Plinium *oberrans catulos* scripsisse. — *ex ea inveterata*, v. Dioscor. 2, 27. — *datur*, Vd. *da't*, R^{1}. *datis*, R^{2}. — *partus*, d. — *inveteratus*, VRd. *inveteratusque*, βγ. — *catulus*, R^{2}. *catulum*, VR^{1}d.

§ 61. *praeteriri*, d. — *contra*, om. R^{1}. — *dicant*, θVRTd. *dicunt*, β. — *ederint*, VRT. *id ederint*, dβγ. — *carnisque*, V. *carnesque*, θRTd. *carnes quoque*, β.

earum percussis plurumum prodesse. Ex his quae tradunt 62
humanissimum est inlinere morsibus cum sanguine testudinis,
item suffitu eorum abigere sanguisugas adhaerentis haustas-
que animalibus restinguere in potu datis, quamquam et ocu-
los quidam his ungunt tritis cum sale et lacte mulierum au-
risque cum melle et rosaceo admixtis; eos qui agrestes sint
et in malva nascantur crematos cinere permixto rosaceo in-
fundunt auribus. Cetera quae de his tradunt, vomitionum et 63
quartanarum remedia aliorumque morborum, quamquam ovo
aut cera aut faba inclusos censeant devorandos, falsa nec
referenda arbitror. Lethargi tantum medicinae cum argu-
mento adhibent, quoniam vincatur aspidum somnifica vis,
septenos in cyatho aquae dantes, puerilibus annis quaternos.
Et in stranguria fistulae inposuere; adeo nihil parens illa 64
rerum omnium sine ingentibus causis genuit. Quin et ad-
ligatos laevo bracchio binos lana subrepta pastoribus resi-
stere nocturnis febribus prodiderunt, diurnis in russeo pan-
no; rursus iis adversatur scolopendra suffituque enecat.

18. Aspides percussos torpore et somno necant omnium 65
serpentium minume sanabiles; sed venenum earum si san-
guinem attingit aut recens volnus, statim interimit, si inve-
teratum ulcus, tardius; de cetero potum quantalibet copia
non nocet; non enim est tabifica vis; itaque occisa morsu
earum animalia cibis innoxia sunt. Cunctarer in proferendo

§ 62. *qui*, V. Ceterum v. Dioscor. 2, 36. — *inlinere*, V. *illinire*, Rdβγ. — *eum*, V. — *suffitu*, Vd. *suffito*, R. *suffiri*, β. — *austasque*, V. — *animalibus*, VR^{1}T. *ab animalibus*, R^{2}dβγ. — *extinguere*, K. — *datis*, R^{2}Tdr. *datas*, θR^1. *datos*, Vβγ. — *his ungunt*, ita nos scripsimus. *in his ungunt*, VRd. *iis inungunt*, βγ. — *tritis cum sale*, V. *contritis sale*, θRTd. — *e lacte*, θ.

§ 63. *his*, θVRd. *iis*, β. — *vomitionum*, VRTd. *vomicae*, βγ. — *inclusus*, V. — *Lethargi*, V^{2}R^2. *et argi*, V^{1}d. *etar*, R^1. — *tantum*, VRd. *tamen*, βγ. — *vi*, Vd. — *pueribus*, V.

§ 64. *in stranguria fistulae*, θRTd. *in istranguiriae fistulae*, V. *in stranguria urinariae fistulae*, K. *stranguriae fistulaeque*, β. — *immisere*, K. — *alligatos*, θVR^1. *adalligatos*, R^{2}dβγ. — *subrepta*, R. *subrecta*, Vd. — *russeo*, VRr. *roseo*, θTdγ. *rosaceo*, β. — *his*, VR. — *enecat*, θVR. *necat*, dβ.

§ 65. *percussus*, R^2. *percusso*, VR^{1}d. — *sed*, VRd. *sed et*, γ. — *sanguine*, VR. — *attigit aut recens vulnus est*, K. — *interemit*, VR. — *si inveteratum*, θVTK. *sed inveteratum*, d. *inveteratum*, Rβγ. — *copia non*, VR. *cöplanum*, d. — *enim est*, Vd. *est enim*, Rβγ. — *bis*, V. — *remedia*, r. — *ni*, VR^2. *nisi*, dβγ. Om. R^1. — *M. Varro*, VRTd. *M. Varronem scirem*, βγ. — *LXXXIII.*, VRTd. *LXXXVIII.*, β. — *prodidisset*, T. *prodidisse*, VRdβγ. — *sanari*, θVTd. *de basilisco sanari*, R. *curari*, β. — *hauste*, R^1.

§ 66. *serpentis*, V. — *ipsae fugiunt*, θV^1. *ipsi fugiunt*, V^{2}R^{2}dβ. *effugiunt*, R^1. — *alias*, θVRd. *alios*, β. *illos*, K. — *necantes*, d. — *aspiciat*, R^{2}d.

ex his remedio, ni M. Varro LXXXIII. vitae anno prodidisset aspidum ictus efficacissime sanari hausta a percussis ipsorum urina.

19. Basilisci, quem etiam serpentes ipsae fugiunt, alias 66
olfactu necantem, qui hominem vel si adspiciat tantum dicitur interimere, sanguinem magi miris laudibus celebrant coeuntem picis modo et colore; dilutum cinnabari clariorem fieri. Attribuunt ei et successus petitionum a potestatibus et a dis etiam precum, morborum remedia, veneficiorum amuleta; quidam id Saturni sanguinem appellant.

20. Draco non habet venena. Caput eius limini ianuarum 67
subditum, propitiatis adoratione dis, fortunatam domum facere promittitur; oculis eius inveteratis et cum melle tritis inunctos non expavescere ad nocturnas imagines, etiam pavidos; cordis pingue in pelle dorcadum nervis cervinis adalligatum in lacerto conferre iudiciorum victoriae; primum spondylum aditus potestatum mulcere; dentis eius inligatos pellibus caprearum cervinis nervis mitis praestare dominos potestatesque exorabilis. Sed super omnia est compositio qua 68
invictos faciunt magorum mendacia: cauda draconis et capite, pilis leonis e fronte et medulla eiusdem, equi victoris spuma, canis ungue adalligatis cervino corio nervisque cervi alternatis et dorcadis, quae coarguisse non minus refert quam contra serpentis remedia demonstrasse, quoniam et haec

aspiciant, V^{2}. *aspiciunt*, V^{1}R^{1}. — *interemere*, V. — *caelebrari*, V. — *colore*, R^{2}. *calore*, R^{1}Td. *calorem*, V. — *Attribuunt*, ita nos scripsimus. *Aut tribuunt*, VR. *Aut attribuunt*, d. — *ei*, Vd. Omitt. Rr. — *et*, R (ex corr.) Omitt. Vd. — *suscessus*, VR^{1}. — *a dis etiam*, R. *additis etiam*, d. *additi sed iam*, V. — *morborum remedia*, R^{2}d (codd. Gel.) *morborum media*, R^{1}. *morborumque remedia*, V$\beta\gamma$. — *veneficiorum amuleta*, codd. Gel. *veneficiorum manuieta*, R. *veneficiorum malvi eta*, d. *beneficiorum malvi et a*, V. *beneficiorum munera*, r.

§ 67. *limini*, R^{2}d. *lumini*, V. *lumina*, R^{1}. — *proprietatis*, VRd. — *promittitur*, θVRTd. *promittunt*, β. — *inunctos*, R^{2}d. *vinctus*, R^{1}. *iunctus*, V. — *expavescere*, θVRTd. *pavescere*, $\beta\gamma$. — *in pelle*, VRd. *pelle*, K. — *adalligatum*, VR^{2}. *alligatum*, d. *aligatum*, R^{1}. — *conferre*, om. R^{1}. — *potestatium*, V. — *mulcere*, R. *mulceret*, d. *ulcere*, V (post ultimam litteram deleta una littera). — *inligatos*, R^{2}. *alligatos*, VR^{1}d. — *pellibus*, θVRd. *pedibus*, β.

§ 68. *qua*, R (ex corr.) — *invictos*, R^{2}Vd. *vinctos*, R^{1}. — *ungue*, VTd. *unguibus*, R$\beta\gamma$. — *adalligatis*, R^{2}. *adalligans*, Vd. Om. R^{1}. — *alternatis et*, Rd. *alternati sed*, V. *alternatim et*, K. — *coarguisse*, θVR. *arguisse*, dβ. — *refert*, d. *referret*, VR. *regeret*, $\delta\vartheta\rho\varphi$. *referet*, Gronov. — *contra*, V (deletis, ut videtur, post h. v. tribus litteris). *contraria*, θRTdγ. — *serpentis*, θVR^{1}. *serpentes*, R^{2}dβ. *serpentibus*, Gronov. γ. — *et haec*, VRTd. *haec*, $\beta\gamma$.

morum veneficia sunt. Draconum adipem venenata fugiunt;
item si uratur ichneumonum; fugiunt et urticis tritis in aceto
perunctos.

21. Viperae caput inpositum, vel alterius quam quae per- 69
cusserit, sine fine prodest; item si quis eam ipsam in vapore
baculo sustineat; aiunt enim praecanere; item si quis exu-
stae eiusdem cinerem inlinat; reverti autem ad percussum
serpentem necessitate naturae Nigidius auctor est. Caput
quidem dissecant Scythae inter auris ad eximendum lapillum
quem aiunt ab ea devorari territa; alii ipso toto capite utun-
tur. Fiunt ex vipera pastilli qui theriaci vocantur a Graecis, 70
ternis digitis mensurae utrimque amputatis exemptisque in-
teraneis et livore spinae adhaerente, reliquo corpore in pa-
tina ex aqua et aneto discocto spinisque exemptis et addita
similagine atque ita in umbra siccatis pastillis quibus ad
multa medicamenta utuntur; significandum videtur e vipera
tantum hoc fieri. Quidam purgatae ut supra dictum est adi-
pem cum olei sextario decocunt ad dimidias; ex eo, cum
opus sit, ternis stillis additis in oleum perunguntur ut omnes
bestiae fugiant eos.

22. Praeterea constat contra omnium serpentium ictus 71
quamvis insanabilis ipsarum exta inposita auxiliari eos-
que qui aliquando viperae iecur coctum hauserint numquam

morum, VR. *morborum*, dβ. — *adipe*, V. — *si uratur*, VR. *iurature*, d. *virature*, T. *virus*, β. — *ecneumonum*, V. — *fugiunt*, VRd. Om. β. — *et urticis*, Gronov. RTd. *et uricis*, θV. *et cutis*, β. — *tritis*, θVRTd. *cinere*, β. — *in aceto*, θVRd. *ex aceto*, K. — *perunctos*, d. *perunctis*, θVR.

§ 69. *Vipera*, V. — *quam quae*, Rd. *quemque*, V. — *eam ipsam*, V. *ipsam eam*, Rd. — *sustineat*, Rd. *sustinea*^{nt}, V. *sustinens necet*, K. — *enim*, VRd. *eum*, K. *eum futura*, r. — *praecanere*, VRTd. *praecavere*, codd. Gel. β. *praecinere*, r. Mihi legendum videtur *recanere* coll. 28, 19. — *eiusdem*, VTd. *eius*, R$\beta\gamma$. — *cinere*, VRd. — *serpentem*, VRd. *serpentes*, $\beta\gamma$. — *quidem*, Rd$\beta\gamma$. *quidam*, VT. — *Scythae*, Rd. *scite*, VT. — *eximendum*, Rd. *exhimendum*, V. *ut eximant*, K^{1}. *interque aures eximunt*, K^{2}.

§ 70. *ternis*, θVRd. *quaternis*, Tβ. — *mensurae utrimque*, θT. *mensurent'utrique*, R. *mensuretur.isque*, V (post *i* erasa una littera). *utrimque*, $\beta\gamma$. Prorsus eodem modo loquitur Plinius § 121. — *aneto*, R. *anetho*, Vd$\beta\gamma$. — *purgati*, R^{1}. — *sextaria*, V^{1}R. — *decocant*, V. — *perunguntur*, V^{2}R^{2}. *perunguitur*, V^{1}d. *perungitur*, R^{1}. — *vestigiae fugiant*, Vd. *vestigiaeffuant*^{gi}, R. — *eos*, VR. *echeon*, d.

§ 71. *ipsarum*, V. *ipsarum serpentium*, Rd$\beta\gamma$. — *auxiliari — hauserint*, VR^{2}. Omitt. R^{1}d. — *numquam postea*, VR^{2}. *negant*, Td. Om. R^{1}. — *mensem*, R.

postea feriri a serpente. Neque anguis venenatus est nisi per
mensem luna instigatus; et prodest vivos conprehensus et
in aqua contunsus, si foveantur ita morsus. Quin et inesse 72
ei remedia multa creduntur, ut digeremus, et ideo Aescula-
pio dicatur. Democritus quidem monstra quaedam ex his
conficit ut possint avium sermones intellegi. Anguis Aescu-
lapius Epidauro Romam advectus est volgoque pascitur et
in domibus, ac nisi incendiis semina exurerentur, non esset
fecunditati eorum resistere. In orbe terrarum pulcherrimum
anguium genus est quod et in aqua vivit; hydri vocantur
nullo serpentium inferiores veneno; horum iecur servatum
adversus percussos ab his auxilium est. Scorpio tritus stel- 73
lionum veneno adversatur; fit enim et e stellionibus malum
medicamentum. Nam cum inmortuus est vino, faciem eorum
qui biberint lentigine obducit; ob hoc in unguento necant
eum insidiantes pellicum formae. Remedium est ovi luteum
et mel ac nitrum. Fel stellionum tritum in aqua mustelas
congregare dicitur.

23. Inter omnia venenata salamandrae scelus maxumum 74
est; cetera enim singulos feriunt nec pluris pariter interi-
munt, ut omittam quod perire conscientia dicuntur homine
percusso neque amplius admitti ad terras, salamandra po-
pulos pariter necare inprovidos potest. Nam si arbori inre-

mense, V. *menses*, Td. — *et*, VRTd. *sed*, $\beta\gamma$. — *prodest*, V^{2}Td. *prodeest*, V^{1}. *prodēē*, R. — *comprehens'*, R. — *et*, d. *est et*, VR. — *foveantur*, VRTdr. *foveatur*, $\beta\gamma$.

§ 72. *ei*; pro h. v. habet *et* R; in V videtur erasum, d omittit. — *creduntur*, R^{2}. *crederentur*, VR^{1}. *crederintur*, d. — *digeremus*, θVRTd. *dicemus*, β. — *monstra quaedam ex his*, VR^{2}d (codd. Gel.) *monstra ex his*, R^{1}. *ex his monstra*, T. — *conficit*, V^{2}R^{2} (codd. Gel.) *configit*, V^{1}R^{1}. *confingit*, Td. — *Angue*, RTd. *Anguae*, V. *Atqui anguis*, β. — *pascitur*, VR. *parcitur*, Td. — *incendiis*, R. *incendii*, d. *incendi*, V. — *exurentur*, V. — *fecunditati eorum*, VR^{2}d. *fecunditadeorum*, R^{1}. *resistere in orbe terrarum. Pulcherrimum*, r. *resistere in urbe. Anguium* omisso *terrarum*, Pint. — *quod et*, θVRd. *et quod*, T. *quod*, β. — *nullo*, θV. *nulli*, R. *nullis*, d$\beta\gamma$. — *servatum percussis ab his auxilio est*, K. — *ab his auxilium*, Rd. *ab his ara illum*, V (in marg. *habile*). *habetur auxilium*, r.

§ 73. *Scorpion*, d. — *stelionum*, VR^{1} (uti plerumque). — *et e*, Vd. *et ex*, R^{2}. *et*, R^{1}. *ex*, r. — *immortuus est vino*, VRd. *mortuus est in vino*, θ. At v. 11, 280. — *biberit*, V. — *lentiginem*, Vd. — *ab*, d. — *pellicum*, R^{2}. *pelicu///m*, V. *pelicuam*, d. Om. R^{1}. — *liteum*, V^{1}. — *nitum*, V.

§ 74. *terras*, R^{2}. *terram*, R^{1}Td. *terra*, V. — *necare*, VR. *necari*, θ. *enecare*, Td. — *improvidos*, Rd. *inprovidus*, θV. — *arbori*, R^{2}. *arboris*, V^{2}. *arbores*, θV^{1}R^{1}d.

*

psit, omnia poma inficit veneno et eos qui ederint necat
frigida vi, nihil aconito distans. Quin immo si contacto ab 75
ea ligno vel pede crusta panis incocatur, idem veneficium
est, vel si in puteum cadat, quippe cum saliva eius quacum-
que parte corporis vel in pede imo respersa omnis in toto
corpore defluat pilus. Tamen talis ac tanti veneni a quibus-
dam animalium, ut subus, manditur, dominante eadem illa
rerum dissidentia. Venenum eius restingui primum omnium 76
ab his quae vescantur illa ex iis verisimile est quae pro-
duntur, cantharidum potu aut lacerta in cibo sumpta; cetera
adversantia diximus dicemusque suis locis. Ex ipsa quae
magi tradunt contra incendia, quoniam ignis sola animalium
exstinguat, si forent vera, iam esset experta Roma. Sextius
venerem accendi cibo earum, si detractis interaneis et pe-
dibus et capite in melle serventur, tradit negatque restingui
ignem ab iis.

24. Ex volucribus in auxilium contra serpentis primi vol- 77
tures; adnotatum quoque minus virium esse nigris. Pinnarum
ex his nidore, si urantur, fugari eas dicunt, item cor eius
alitis habentis tutos esse ab inpetu non solum serpentium
sed etiam ferarum latronumque et regum ira.

25. Carnibus gallinaceorum ita ut tepebunt avolsae adpo- 78
sitis venena serpentium domantur, item cerebro in vino poto;

frigida vi, VRd. *frigida et*, r. — *nihil*, Vd. *ni*, R. — *aconito distans*, om. R.

§ 75. *Quin immo — vel pede*, om. R. — *eo*, V. — *pedis*, V². *pidis*, V¹d. *lapide*, K¹. *sude*, K². Verba *vel pede* corrupta, ad quae explicanda quae Harduinus affert, probari nullo modo possunt. — *crusta*, V²d. *crista*, V¹R. — *invocatur*, R¹. — *est vel*, R. *et*, θVTd. — *poteum*, V¹. — *quacumque*, V. *quaquamque*, R. *in quacumque*, Td. — *parte*, Rd. *parte eius*, V. — *corporis vel*, om. R¹. — *imo respersa*, R. *imo res aspersa*, d. *et m̆ores apersa*, V. — *ac tanti*, VRd. *ac tanta vis*, β. — *subus*, VRd. *cibus*, rδϑρφ. *suibus*, β. — *manditur*, V¹d. *conditur*, V²R. — *dominante*, θVRTd. *domante*, β.

§ 76. *restingui*, θVRTd. *extingui*, β. — *illa ex iis verisimile est*, Gronov. *illa verisimile est. Ex his vero simile est*, VRTd. *illa ex his verisimile est*, γ. *illa verisimile est*, β. — *quae produntur*, VRd. *Quae prodantur*, β. *Dantur quae prosunt in*, K. *quae probantur a*, Gesner. hist. anim. 2, 86. — *cantharidum*; ante hanc vocem excidisse videtur *tum*, quod et sensu et vocibus *primum omnium* et *cetera* flagitatŭr. Absorberi particula per verbum *produntur* facile potuit. — *potum*, VRd. — *cibos*, d. — *ipsa*, θVRTd. *ipsis*, β. — *quod ignes solae animalium extinguant*, K. — *si*, R²d. *sint*, R¹. Om. V, ubi videtur deletum. — *esse*, V. — *Romae*, V. — *Sextius*, Rd. *Sextus*, θV. — *earum*, R². *parum*, VR¹d. — *ignem*, R²d. *igni*, VR¹. — *iis*, d. *his*, VR.

§ 77. *Ex*, V. *E*, RTdγ. — *auxilium*, θVRTd. *auxilio*, β. — *primi*, Rd. *primus*, θ. *primū*, V (post *u* deleta una littera). *primum*, Tβ. — *vultures*, Td.

Parthi gallinae malunt cerebrum plagis inponere. Ius quo-
que ex his potum praeclare medetur et in multis aliis usibus
mirabile. Pantherae, leones non attingunt perunctos eo, prae-
cipue si et alium fuerit incoctum. Alvom solvit validius e 79
vetere gallinaceo; prodest et contra longinquas febris et tor-
pentibus membris tremulisque et articulariis morbis, in ca-
pitis doloribus, epiphoris, inflationibus, fastidiis, incipiente
tenesmo, iocineri, renibus, vesicae, contra cruditates, suspiria.
Itaque etiam faciendi eius exstant praecepta; efficacius enim 80
coqui cum olere marino aut cybio aut cappari aut apio aut
herba Mercuriali, polypodio aut aneto, utilissime autem in
congiis tribus aquae ad tris heminas cum supra dictis herbis
et refrigeratum sub dio dari tempestivis antecedente vomi-
tione. Non praeteribo miraculum quamquam ad medicinam
non pertinens: si auro liquescenti gallinarum membra mi-
sceantur, consumunt id in se; ita hoc venenum auri est. At
gallinacei ipsi circulo e ramentis addito in collum non canunt.

26. Auxiliatur contra serpentis et columbarum caro recens 81
concerpta et hirundinum, bubonis pedes usti cum plumba-
gine herba. Nec omittam in hac quoque alite exemplum ma-
gicae vanitatis; quippe praeter reliqua portentosa mendacia
cor eius inpositum mammae mulieris dormientis sinistrae tra-
dunt efficere ut omnia secreta pronuntiet, praeterea in pu-

vulture it, V (post *e* deleta una littera). *vultureis*, R[1]. *vultur est*, R[2] *β*. — *adnotatum*, V R[2]. *adnotatur*, R[1] d. *annotandum*, r.

§ 78. *tepebunt*, *θ* V R T d r. *tepeant*, *β*. — *divulsae*, K. — *malum*, V. — *leones*, V R. *leonesque*, d *β γ*.

§ 79. *gallinace*, V. Ceterum v. Dioscor. 2, 53. — *in capitis*, *θ* V R T d. *et capitis*, *β*. — *inflationibus*, R. *inflacionibus*, V. *inflammationibus*, d r. — *fastidiis — renibus*, om. R[1]. — *cruditatis*, *θ* V R. — *et suspiria*, K.

§ 80. *enim*, om. T. — *coqui cum*, T. *coci cum*, V[1]. *coti cum*, V[2]. *coctum*, R. *cocti cum*, *β γ*. — *holere*, V. — *cnico*, Bodae. ad Theophr. hist. plant. p. 251. ex Dioscoride. — *appio*, V. — *polypodio*, V R. *vel polypodio*, d. *aut polypodio*, *β γ*. — *aneto*, R. *anetho*, V d *β γ*. — *utilissimum*, K. — *aquae aut tres*, V d. *atq; autres*, R. — *cum*, omitt. V R[1]. — *diu*, V R d. — *tempestivius*, K. — *liquescenti*, V R[2] d. *reliquescenti*, T. *relinquescenti*, R[1]. — *illud in se*, r. — *Ad*, V. — *gallinacei ipsi*, V R[1] T K d. *gallinaceis ipsis*, R[2] *β γ*. — *e ramentis*, Broter. ex editione principe. *eramenti*, T d. *e sarmentis*, V R *β*. — *in collum*, *θ* V R T d. *collo*, *β*.

§ 81. *Auxiliator*, V[1]. — *concerpta*, *θ* V R[2] T d. *correpta*, R[1]. *concepta*, *β*. — *plumbagine*, codd. Barbari. *pulbagine*, V d. *bulbagine*, *θ* R. — *quoque alite*, V R. *alite quoque*, T d. — *magicae quoque vanitatis*, V R d. *magicae tamen vanitatis*, T. *vanitate medicinam*, r. — *qui*, R[1]. — *reliqua portentosa*, V d. *reliquas a*, R. *portento portentosam cor bubulonis*, r. — *mendicia*, R. — *pronuntiat*, V R[1].

Et ipse mus araneus contra se remedium est divolsus inpo- 89
situs; nam si praegnans momordit, protinus dissilit; optumum, si is inponatur qui momorderit; sed et alios ad hunc usum servant in oleo aut luto circumlitos. Est contra morsum eius remedio terra ex orbita; ferunt enim non transiri ab eo orbitam torpore quodam naturae.

28. Scorpionibus contrarius maxume invicem stellio tra- 90
ditur, ut visu quoque pavorem iis adferat et torporem frigidi sudoris; itaque in oleo putrefaciunt eum et ita volnera perungunt. Quidam oleo illo spumam argenteam decocunt ad emplastri genus atque ita inlinunt. Hunc Graeci coloten vocant et ascalaboten et galeoten; in Italia non nascitur; est enim hic plenus lentigine, stridoris acerbi, et vescitur, quae omnia a nostris stellionibus aliena sunt.

29. Prodest et gallinarum fimi cinis inlinitus, draconis 91
iecur, lacerta divolsa, mus divolsus, scorpio ipse suae plagae inpositus aut assus in cibo sumptus aut potus in meri cyathis duobus. Proprium est scorpionum quod manus palmam non feriunt nec nisi pilos attingere. Lapillus qualiscumque ab ea parte qua in terra erat inpositus plagae levat dolorem; item testa terra operta ex aliqua parte sicut erat inposita liberare dicitur, — non debent respicere qui inponunt et cavere ne sol adspiciat, — vermes terreni triti inpositi.
Multa et alia ex his remedia sunt propter quae in melle ser- 92
vantur. Noctua apibus contraria et vespis crabronibusque et

§ 89. *remedium*, θR. *remedio*, Vdβ. Ceterum v. Dioscor. 2, 73. — *inpositus*, VRd. *et impositus*, βγ. — *praegnantem*, V ex emend. — *momordit*, om. R^1. — *si is*, T. *si his*, VR^{1}d. *nisi*, R^2. *si*, βγ. — *circumlutos*, R^1. — *Et*, VRd. — *ferunt*, VRTdr. *fertur*, β. — *transire*, V.

§ 90. *ut*, omitt. VRd. — *iis*, d. *his*, VR. — *vulnera*, VR. *ea vulnera*, dβγ. — *illos*, R. — *ad*, om. d. — *ascalaboten et galeoten*, R^2. *ascalabonte nec galeoten*, d. *ascalabonte nec caleoten*, V. *ascalabunt te nec aleoten*, R^1. — *nascet*, R^1. — *est autem hic*, K. — *vescitur*, VRd. *pascitur*, K^1. *herba vescitur*, K^2. — *omnia quae*, vet. cod. ap. Salmas. exerc. p. 533. a. A. — *a*, omitt. VR.

§ 91. *inlinitus*, θV. *illitus*, Rdβγ. — *cibos*, Rd. — *aut potus*, d. *adpositus*, VR. — *in*, R. Omitt. Vd. — *duobus*, VRd. *tribus*, T. — *est*, R. *et*, VTd. — *nec si pilos*, K. — *attingere*, VR. *attigere*, dβγ. — *impositus*, θVRd. *appositus*, β. — *lenit*, K. — *testa*, VR^2. *teste*, R^{1}d. — *terra* — *parte*, V. Omitt. Rd. — *ex qua parte erat*, K. — *ne*; pro h. v. habet *nisi* R; omitt. Vd. — *terreni*, d. *terni*, VR. — *triti impositi*, VR. *impositi triti*, d. *triti impositi prosunt*, βγ.

§ 92. *servantur*, om. R^1. — *vespis*, d. *vesci////*, V. *vesci*, R. — *sanguis sugis*, V. — *picis*, R. — *Martii*, Rd. *mari*, V. — *habent*, R^1. — *his*, VR. — *Adversantur*, VR. *Adversantes*, d. — *et locustarum*, d. *ab his et locustarum*, VR. —

sanguisugis; pici quoque Martii rostrum secum habentes non
feriuntur ab iis. Adversantur et locustarum minumae sine
pinnis, quos attelebos vocant. Est et formicarum genus ve-
nenatum, non fere in Italia; solipugas Cicero appellat, sal-
pugas Baetica; his vespertilionis cor contrarium omnibusque
formicis; salamandris cantharidas diximus resistere.

30. Sed in his magna quaestio, quoniam ipsae venena sunt 93
potae vesicae cum cruciatu praecipuo. Cossinum equitem
Romanum amicitia Neronis principis notum, cum is lichene
conreptus esset, vocatus Aegypto medicus ob hanc valetu-
dinem eius a Caesare, cum cantharidum potum praeparare
voluisset, interemit; verum inlitas prodesse non dubium est
cum suco taminiae uvae et sebo ovis vel caprae. Ipsarum 94
cantharidum venenum in qua parte sit non constat inter au-
ctores. Alii in pedibus et capite existumant esse, alii negant;
convenit tantum pinnas earum auxiliari, in quacumque parte
sit venenum. Ipsae nascuntur ex vermiculo, in spongea ma-
xume cynorrodi quae fit in caule, sed fecundissime in fraxino;
ceterae in alba rosa, minus efficaces. Potentissimae inter
omnis variae luteis liniis quas in pinnis transversas habent,
multum pingues; inertiores minutae, latae, pilosae, inutilis-
simae vero unius coloris, macrae. Conduntur in calice fictili 95
non picato et linteo conligato, coniectae rosa matura, et sus-
penduntur super acetum cum sale fervens donec per linteo-
lum vaporentur, postea reponuntur. Vis earum adurere corpus,
crustas obducere; eadem pityocampis in picea nascentibus,

quos, V. *quas*, Rd. — *attelebos*, VRd. *attelabos*, β. — *non novere*, r. — *solipugas*, VR. *soliputas*, θd. *solpugas*, β. — *salpugas*, VRd. *salpucas*, θ. — *his*, VR. *iis*, dβγ. — *vespertilionis cor*, VR. *cor vespertilionis*, dβγ. — *cantharidas*, RTd. *cantharidis*, V. *cantharides*, β. — *diximus resistere*, θVRTd. *ut diximus*, β. Ceterum v. § 76., cuius loci cum non meminisset Gesner. hist. anim. 2, 86., haec ipsa verba pro corruptis aut mutilis habuit.

§ 93. *his*, VR. *iis*, dβγ. — *Cossinum*, Vd. *q̄ossinum* (i. e. Q. Ossinum), R. — *vocatus*, V. *vocatos*, R^2. *vocat'*, R^1. *vocatus ex*, dβγ. At eadem ratione dixit Plinius *qui Syria Palmyram petiere* 6, 144., *foro domum remeasse* 7, 176. — *valitudinem*, R^1. — *potu*, V. — *propinare*, K. — *interiit*, V^2.

§ 94. *exhistimant*, V. — *tantum*, θVRd. *tamen*, β. — *spongea*, R^2. *sponge*, VR^1. *spongia*, dβγ. — *gynorodi*, d. *gymorhodi*, VR^1. *tynorodi*, R^2. — *caule sed*, R. *caules et*, Vd. — *fraxine*, R. — *ceterae*, VR. *ceteraeque*, θ. *ceteraque*, Td. — *in alia rosa*, R. *in aliae rosa*, V. *mali erosa*, d. *mali erosa pota*, T. — *Potentissimae*, Dioscor. 2, 65. — *macrae*, VR. *macraeque*, dβγ.

§ 95. *coniectae*, VRTd. *congestae*, βγ. — *pytio capis*, V. — *pice*, R.

eadem bupresti, similiterque praeparantur. Efficacissimae
omnes ad lepras, lichenas; dicuntur et menses ciere et uri-
nam; ideo Hippocrates et hydropicis dabat. Cantharides ob- 96
iectae sunt Catoni Uticensi, ceu venenum vendidisset in au-
ctione regia, quoniam eas sestertiis LX addixerat. V. Et
sebum autem struthocamelinum tunc venisse sestertiis XXX
obiter dictum sit, efficacioris ad omnia usus quam est anse-
rinus adips.

31. Diximus et mellis venenati genera, contra quod utuntur 97
melle in quo apes sint mortuae; idem potum in vino reme-
dium est vitiorum quae e cibo piscium gignuntur.

32. In canis rabiosi morsu tuetur a pavore aquae canini 98
capitis cinis inlitus volneri, oportet autem conburi omnia
eodem modo, ut semel dicamus, in vase fictili novo argilla
circumlito atque ita in furnum indito; idem et in potione
proficit; quidam ob id edendum dederunt. Aliqui et vermem
e cadavere canino adalligavere menstruave canis in panno
subdidere calici aut intus ipsius caudae pilos conbustos in-
seruere volneri. Cor caninum habentem fugiunt canes, non 99
latrant vero lingua canina in calciamento subdita pollici aut
caudam mustelae quae abscisa dimissa sit habentis. Est
limus salivae sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu hy-
drophobos fieri non patitur; multo tamen utilissime iecur
eius qui in rabie momorderit datur, si possit fieri, crudum

lepras, R^{2}. *feras*, V R^{1} T d. — *lichenas*, V R T d. *lichenasque*, β γ. — *dabant*, V^{1} R.

§ 96. *Cantharidas*, V R d. — *vendisse*, V. — *actione*, R. — *strutocamelinum*, R. *serutho camellinum*, V. *struthiocamelinum*, d β γ. — *XXX*, θ V R T d. *LXXX*, β. — *dicto*, V. — *anserinus adeps*, V R d. *adeps anserinus*, β γ.

§ 97. *Diximus* 21, 74. seqq. — *quod*, d. Omitt. V R. — *apis*, R. — *sint*, R^{2}. *stant*, V R^{1} d. — *item*, R. — *potu*, V. — *e cibo*, θ V R T d. *cibo*, β. — *cignuntur*, V.

§ 98. *rabiosi*, V R T d. *rabidi*, β. — *aqua*, d. — *canini capitis*, V d. *capitis*, R. *capitis canini*, β γ. — *aurem*, V. — *ita in*, R^{2} d. *istam*, R^{1}. *ista*, V. — *furnum*, d. *fumum*, θ V R^{1}. *forum*, R^{2}. — *bibendum*, K. — *deduxerunt*, V. — *Aliquid*, V R^{1}. — *canis*, V R T d. Om. β. — *calci aut cavis ipsius*, K. — *ipsum*, R^{1}. — *combustus*, V R^{1}. — *inseruere*, θ V R^{2} d. *inser inserueri*, R^{1}. *imposuere*, K. *insuere*, β γ. — *vulnere*, V.

§ 99. *caltiamento*, R. — *subdita*, R - T d. *subpedita*, V. *subpudita*, R^{1}. *subdito*, β. — *cauda*, d. *caduda*, V. *caduca*, R. — *abscisa*, Broter. tacite. *abscisae*, V. *abscise*, R. *abscissa*, d β. — *dimisa*, V. — *cani*, V. — *poto*, V. — *hydropolophas fieri*, R. *hydropolos asferi*, V. *hydropoloblas feri*, d. — *utilissimi*, R. — *possit fieri*, V. *fieri possit*, R d. — *sin*, V T. *si*, R d β γ.

mandendum, sin minus, quoquo modo coctum aut ius coctis
carnibus. Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a 100
Graecis lytta, quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt
nec fastidium sentiunt; idem ter igni circumlatus datur morsis
a rabioso ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurritur,
sed id devoratum anno tantum eo prodest. Aiunt et cristam
galli contritam efficaciter inponi et anseris adipem cum melle.
Saliuntur et carnes eorum qui rabidi fuerunt ad eadem re-
media in cibo dandae. Quin et necantur catuli statim in 101
aqua ad sexum eius qui momorderit, ut iecur crudum devo-
retur ex iis. Prodest et fimum gallinaceum dumtaxat rufum
ex aceto inpositum et muris aranei caudae cinis, ita ut ipse
cui abscisa sit vivos dimittatur, glaebula ex hirundinum nido
inlita ex aceto vel pulli hirundinis conbusti, membrana sive
senectus anguium vernatione exuta cum cancro masculo ex
vino trita; nam etiam per se reposita in arcis armariisque
tineas necat. Mali tanta vis est ut urina quoque calcata ra- 102
biosi canis noceat, maxume ulcus habentibus; remedio est
fimum caballinum adspersum aceto et calefactum in fico in-
positum; minus hoc miretur qui cogitet lapidem a cane mor-
sum usque in proverbium discordiae venisse. Qui in urinam
canis suam egesserit, torporem lumborum sentire dicunt.
Lacerta quam hi sepa, alii chalcidicen vocant, in vino pota
morsus suos sanat.

§ 100. *lytta*, Reines. var. lect. 1, 16. p. 61. seq. Confirmant Td. *litta*, V. *lita*, R. *lytra*, β. — *item*, VRd. — *terrigini*, V. — *morsis////rabioso*, d. *morsis rabioso*, VR. — *tantum eo*, VR. *eo tantum*, d^2. *tantum*, d^1. — *galli*, θVRTKd. Om. β. — *Salliuntur*, V. — *fuerint*, V^1. — *dandi*, Vd. *danti*, R^2. Om. R^1.

§ 101. *Quin*, R^2. *Qui*, VR^{1}d. — *quem canis momorderit*, K. — *ex iis*, Vd. *ex*, R^1. *ex his*, R^2. — *rufum*, d. *rupum*, V^1. *ruptum*, V^{2}R. — *muris*; pro h. v. habent *aures* VRd. — *cui abscisa sit*, R^2. *sit cui abscisa*, VR^1. *cui abscissa sit*, dβ. — *nido*; pro h. v. habent *lino* VRd. — *vernatione*, d. *vernationem*, VR^2. *vernationum*, R^1. — *ex vino*, θVRTd. Om. β. — *necant*, VRd.

§ 102. *Mali tanta vis*, VRd. *Tanta vis mali*, βγ. — *urinae*, V. — *remedio*, θVRd. *remedium*, β. — *est*, R^2. *esse*, Vd. *sese*, R^1. Om. θ. — *acetum*, V. — *calefactum*, VR. *calfactum*, dβγ. — *cum fico*, K. — *urina*, Vd. — *rabiosi canis*, K. — *sentire dicunt*, θRTd. *sentiri dicunt*, V. *dicitur sentire*, β. — *hi sepa*, R. *isepa*, Vd. — *chalcidicen*, d. *adcalcidicen*, R. *calcicen*, θ. *calcid^{c}en*, V. Apud scholiasten Nicand. ther. 817. haec leguntur: *ἡ δὲ σήψ ὁμοία ἐστὶ τῇ σαύρᾳ· χαλεῖται δὲ χαὶ χαλχίς*, unde apud Plinium *chalcidem* scribendum videtur.

33. Veneficiis ex mustela silvestri factis contrarium est ius gallinacei veteris large haustum, peculiariter contra aconita, — addi parum salis oporteat, — gallinarum fimum dumtaxat candidum in hysopo decoctum aut mulso contra venena fungorum boletorumque, item inflationes ac strangulationes, quod miremur, cum si aliud animal gustaverit id fimum torminibus et inflationibus adficiatur. Sanguis anserinus contra lepores marinos valet cum olei aequa portione; item contra mala medicamenta omnia adservatur cum Lemnia rubrica et spinae albae suco pastillorum drachmis quinque qui in cyathis ternis aquae bibantur; item mustelae catulus ut supra diximus praeparatus. Coagulum quoque agninum adversus omnia mala medicamenta pollet, item sanguis anatum Ponticarum; itaque et spissatus servatur vinoque diluitur; quidam feminae anatis efficaciorem putant. Simili modo contra venena omnia ciconiarum ventriculus valet, coagulum pecoris; ius ex carne arietum privatim adversus cantharidas, item lac ovium calidum praeterque iis qui buprestim aut aconitum biberint; columbarum silvestrium fimum privatim contra argenti vivi potum, contra toxica mustela volgaris inveterata drachmis binis pota.

103 104 105

VI. 34. Alopecias replet fimi pecudum cinis cum oleo cyprio et melle, item ungularum muli vel mulae ex oleo myrteo, praeterea, ut Varro noster tradit, murinum fimum quod item muscerdas appellat, et muscarum capita recentia prius folio ficulneo asperatas. Alii sanguine muscarum utuntur, alii 106

§ 103. *pedelialiter*, R[1]. — *aconita*, VRd. *aconitum*, *βγ*. — *oporteat*, VRd. *oportet*, *βγ*. — *cum oesypo decoctum in mulso*, K. — *aut*, VRTd. *ut*, Hard. operae, *γ*. — *contra*, VRTd. Om. *β*. — *boletorumque*, VRTd. *boletorumque astringit*, *β*. — *ac*, R[2]d. *et*, V. Om. R[1]. — *adficitur*, VR.

§ 104. *assertus*, d. — *lennia*, R[2]. *lenia*, d. *lenta*, *θ*VR[1]. — *qui in*, omitt. VRd. — *catulis* et *praeparatis*, *θ*. — *diximus* § 60. — *quidem*, V. — *putat*, R.

§ 105. *ius*, R[2]Td. *tus*, VR[1]. *caulis ius*, *β*. — *praeterque*, VRTd. *praeterquam*, *β*. — *his*, R. — *qui*, d. *quibus*, VR. — *buprestim*, Rd. *bupraestim*, V. *buprestin*, *βγ*. — *anitum*, R. — *drachmis binis*, Rd. *dragmis binis*, V. *binis drachmis*, *βγ*.

§ 106. *pecudum*, VR[2]d. *pecudis*, *θ*R[1]. — *cyprio*, *θ*VR. *cyprino*, d*βγ*. — *mulae vel muli*, d. — *praetereo*, V. — *noster tradit*, VR. *narrat*, Td. — *item muscerdas*, R[2]. *item muscredas*, R[1]. *litemus credas*, V. *linthe muscerdas*, d. *idem muscerdam*, K. *Muscerdas prima syllaba producta dicebant antiqui stercus murum*, Festus p. 146. ed. Müller. Iam vero verba, uti vulgo leguntur, sunt corrupta et aut legendum *quod idem — appellat* aut, quod mihi multo est probabilius, *quod item — appellant*, quia Plinius, ut ex Festo patet, unum Varronem dicere non

decem diebus cinerem earum inlinunt cum cinere chartae
vel nucum ita ut sit tertia pars e muscis, alii lacte mulierum
cum brassica cinerem muscarum subigunt, quidam melle tan-
tum. Nullum animal docile minus existumatur minorisve in- 107
tellectus; eo mirabilius est Olympiae sacro certamine nubis
earum inmolato tauro deo quem Myioden vocant extra terri-
torium id abire. Alopecias cinis e murium capitibus caudis-
que et totius muris emendat, praecipue si veneficio acciderit
haec iniuria, item herinacei cinis cum melle aut corium con-
bustum cum pice liquida. Caput quidem eius ustum per se 108
etiam cicatricibus pilos reddit; alopecias autem in ea cura-
tione praeparari oportet novacula et sinapi; quidam ex aceto
uti maluerunt. Quae de herinaceo dicuntur omnia tanto ma-
gis valebunt in hystrice. Lacertae quoque ut docuimus con-
bustae cum radice recentis harundinis, quae ut una cremari
possit minutim findenda est, ita myrteo oleo permixtae cine-
res capillorum defluvia continent. Efficacius virides lacertae 109
omnia eadem praestant, etiamnum utilius admixto sale et
adipe ursino et cepa tunsa. Quidam denas viridis in decem
sextariis olei veteris discocunt contenti semel in mense un-
guere. Pellium viperinarum cinis alopecias celerrime explet,
item gallinarum fimum recens inlitum. Corvi ovom in aereo
vaso permixtum inlitumque deraso capite nigritiam capilli
adfert; sed donec inarescat, oleum in ore habendum est ne
et dentes simul nigrescant, idque in umbra faciendum neque

potuit; fuit illud nomen potius rusticis antiquis proprium. — *et*, V. *aut*, Rd. — *asperatis*, Barbar. — *alii decem*, d. *alii sanguine decem*, R[2]. *aliae sanguine decem*, R[1]. *aliae sanguinem decem*, V. — *cineremarum*, V. — *cartae*, V. — *pars*, R[2]. *pars portio*, VR[1]Td. — *cum brassica cinerem*, R[2]d. Omitt. VR[1]. — *subigunt*, R (codd. Gel.) *subiciunt*, Vd.

§ 107. *docile minus*, VR. *minus docile*, dβγ. — *Olympio*, R[1]. — *Myloden*, Vd. *Miloden*, R. — *vocant*, R[2]d. *vocent*, VR[1]. — *habire*, V. — *Alopecia*, R[1]. — *e*, R. *et*, V. *ex*, d. — *emundat*, V. — *beneficio*, V. — *irinacei*, VR.

§ 108. *uti*, R[2]. *utili*, VR[1]d. — *herinaceo*, θ. *irinaceo*, R. *irinacei*, V. *herinaceis*, dβ. — *dicentur*, VRTd. — *histrichi*, VRd. — *docuimus* § 102. — *cumbuste*, V. — *arundinis*, d. *cum arundinis*, VR. — *minutim*, VR. *minutatim*, KTd. — *scindenda*, K. — *permixte*, VR[1]d. *permixto*, R[2]βγ.

§ 109. *viridis*, V. — *etiamnum*, VR[2]. *templum annum*, R[1]d. — *denos*, Vd. — *in decem*, Rd. *indicem*, V. — *veteris*, om. R[1]. — *contenti semel*, R[2]d. *continenti semel*, R[1]. *continentis mel*, V. — *unguere*, R[2]d. *ungue*, R[1]. *ungere*, Vβγ. — *celeberrime*, Vd. — *inlitum*, VR[2]d. *inde corvi litum*, R[1]. — *aereo vaso*, V[2]. *aereo vase*, Rdβγ. *aereo vasum*, V[1]. — *permixtum*, VRd. *oleo permixtum*, K. — *capilli*, θVRd. *capillorum*, T. *capillis*, β.

ante quatriduum abluendum. Alii sanguine et cerebro eius 110
utuntur cum vino nigro, alii excocunt ipsum et nocte in
concubia in plumbeum vas condunt. Aliqui alopecias can-
tharide trita inlinunt cum pice liquida, nitro praeparata cute;
— caustica vis earum cavendumque ne exulcerent alte; —
postea ad ulcera ita facta capita murium et fel murium et
fimum cum helleboro et pipere inlini iubent.

35. Lendes tolluntur adipe canino vel anguibus in cibo 111
sumptis anguillarum modo aut vernatione eorum quam exuunt
pota, porrigines felle ovillo cum creta Cimolia, linito capite
donec inarescat.

36. Capitis doloribus remedio sunt coclearum quae nudae 112
inveniuntur nondum peractae ablata capita, ex his duritia
lapidea exempta, — est autem ea calculi latitudine, — quae
adalligantur et minutae fronti inlinuntur tritae; item oesy-
pum, ossa e capite volturis adalligata aut cerebrum cum
oleo et cedria peruncto capite et intus naribus inlitis; cor- 113
nicis cerebrum coctum in cibo sumptum vel noctuae, galli-
naceus si inclusus abstineatur die ac nocte, pari inedia eius
qui doleat, evolsis collo plumis circumligatisque vel cristis,
mustelae cinis inlitus, surculus ex nido milvi pulvino subie-
ctus, murina pellis cremata ex aceto inlito cinere, limacis
inter duas orbitas inventae ossiculum per aurum cum ebore

§ 110. *sanguinem*, R^1. — *cerebrum*, R^1. — *coquunt*, R^1. — *in concubia*, θVRTd. *concubia*, β. — *Aliqui*, Rd. *Alii qui*, V. — *caustica*, R. *cauti caris*, V. *cauti ca*, d. — *ne*, om. R^1. — *exulcerant*, d. — *ita*, R^2. *alta*, VR^1d. — *et fel murium*, R^2. Omitt. VR^1d. — *eleboro*, V. — *pipero*, V.

§ 111. *Lendes*, Rd. *Lindes*, V. *Lindines*, θ. — *aut vernatione eorum*, d. *aut vernationem eorum*, V. *aut eorum vernatione*, R^2. *vernatione eorum*, R^1. — *quam*, d. *qua*, V. *qui*, R. — *porrigines*, Barbar. VR. *prorigines*, θ. *prurigines*, d. — *linito*, θVRTd. *illito*, K. *illita*, β. — *capite*, VRd. *capiti*, β.

§ 112. *nodum peraciae*, V. — *duritia lapidea*, R^2d. *duricia lapide*, VR^1. *lapidea duritia*, βγ. — *ea*, VR^1d. Omitt. R^2βγ. — *calculi*, R^2. *calicula*, VR^1. *calli*, d. — *adalligantur*, θVRTd. *alligantur*, β. — *minuti*, Vd. — *oesypum*, RTd. *aesypum*, V. *aegypii*, Barbar. β. — *ossa e*, RTd. *osse*, V. — *vulturis*, VRTd. *aut vulturis*, Barbar. β. — *adalligate*, V. — *et cedria*, VRTd. *et cedrio*, r. *cedrino*, β.

§ 113. *noctuae*, VRd. *noctuae idem praestat*, βγ. — *gallinaceus*, R^2. *gallinatius*, R^1. *gallinacius*, V. *gallinaceusque*, dβγ. — *abstineat*, K. — *circumligatusque*, d. — *surculos*, V. — *pulvino subiectus*, VR^2. *pulvinos obiectus*, d. *pulvino eiectus*, R^1. — *aurum*, VRTd. *aurem*, βγ. — *cum ebore*; pro his vv. habent *cogerent cum ebur* VRTd. *per aurem ut ellobion* vel *per aurium lobon*, Pint. Vulgatam interpolationi deberi certum est; quid in verbis *cogerent cum* lateat, divinare non potui. Tertia aliqua res commemoretur necesse est, per quam

traiectum in pellicula canina adalligatum, quod remedium
pluribus semperque prodest. Fracto capiti aranei tela ex oleo 114
et aceto inposita non nisi volnere sanato abscedit; haec et
volneribus tonstrinarum sanguinem sistit, a cerebro vero pro-
fluentem anseris sanguis aut anatis infusus, adips earundem
alitum cum rosaceo. Cocleae matutino pascentis harundine
caput praecisum, maxume luna plena, lineo panno adligant
capitis doloribus licio aut cera alba fronti inlinunt et pilos
caninos panno adalligant.

37. Cerebrum cornicis in cibo sumptum palpebras gignere 115
dicitur, oesypum cum murra calida specillo inlitum; idem
praestare muscarum fimique murini cinerem aequis portio-
nibus ut efficiatur dimidium pondus denari promittitur, ad-
ditis duabus sextis denari e stibi, ut omnia oesypo inlinan-
tur; item murini catuli triti in vino vetere ad crassitudinem
acopi. Pilos in iis incommodos evolsos renasci non patitur 116
fel herinacei, ovorum stellionis liquor, salamandrae cinis, la-
certae viridis fel in vino albo sole coactum ad crassitudinem
mellis in aereo vase, hirundinis pullorum cinis cum lacte
tithymali, spuma coclearum.

38. Glaucomata dicunt magi cerebro catuli septem dierum 117
emendari specillo demisso in dextram partem, si dexter ocu-
lus curetur, in sinistram si sinister, aut felle recenti asionis;

pariter ac per aurum et ebur ossiculum traiectum in pellicula canina adalligatur. — *in pellicula*, VRTd. *vel in pellicula*, βγ. — *semperque*, VRd. *semper*, r. *saepeque*, K.

§ 114. *Fracto capiti*, R[2]. *Ad caput fractum fracto capiti*, R[1]. *Fractum capiti*, V. *Fracta capita*, d. — *ulceribus*, r. — *tostrinarum*, V. — *sistit a*, R[2]. *sistit*, VR[1]. *si stillat*, d. — *profluenti*, VRd. — *infusus sistit*, V. — *adeps*, VRd. *adepsque*, βγ. — *cum rosaceo. Cochleae matutino*, Hard. *cum rosaceo coctae* (*cocta*, R[2]) *matutina*, VRTd. *cum rosaceo coctus. Matutino*, β. Harduin. emendationem suam petiit ex Marcello empir. 1. p. 36. et Plinio Valer. 1, 1. — *nascentis*, K. — *arundine*, VRTd. *hirundinis*, β. — *alligant*, θVd. *adalligant*, R[2]βγ. *alligat*, R[1]. — *licio*, d. *liceo*, R. *leceo*, V. — *aut cum cera*, K.

§ 115. *Celebrum*, V. — *oesypumque*, K. — *calida*, R[1]. *alida*, Vd. *calido*, R[2]. *calidum*, βγ. — *specillo*, RT. *specielo*, Vd. *penicillo*, β. — *sextis denarii*, R. *sextis denaria*, d. *extis denaria*, V. — *e stibi*, codd. Gel. *e stivi*, Rd. *aestivi*, V. — *inlinuntur*, V. — *ad*, Vd. *a*, R.

§ 116. *is*, V. *his*, Rdβγ. — *incommodo sevulsus*, V. — *irenacei*, R. — *salamandrae*, R[2]. *salamandram*, VR[1]d. — *viridi*, V. — *coactum*, Rd (codd. Gel.). *coctum*, V. *decoctum*, θ. — *tytimalli*, V. *titimalli*, R. — *spuma*, Vd. *spumaque*, Rβγ.

§ 117. *maci*, V. — *emendatis pecillo*, V. — *dimisso*, R. — *sinistrum*, V. — *asionis*, codd. Barbari. *axionis*, VR[2]d. *xionis*, R[1].

noctuarum est id genus, quibus pluma aurium micat. Subfu-
sionem oculorum canino felle malebat quam hyaenae curari
Apollonius Pitanaeus cum melle, item albugines. Murium 118
capitum caudaeque cinere ex melle inunctis claritatem visus
restitui dicunt multoque magis gliris aut muris silvestris ci-
nere aut aquilae cerebro vel felle; cum Attico melle cinis
et adips soricis cum stibi tritus lacrimosis oculis plurumum
confert, — stibis quid sit dicemus in metallis, — mustelae
cinis subfusionibus, item lacertae hirundinisve cerebrum; co-
ctae tritae fronti inlitae epiphoras sedant sive per se sive
cum polline sive cum ture; sic et solatis id est sole con-
reptis prosunt. Vivas quoque cremare et cinere earum cum 119
melle Cretico inunguere caligines utilissimum est; vel iumen-
torum oculis membrana aspidis ex utero cum adipe eiusdem
claritatem inunctis facit. Viperam vivam in fictili novo con-
burere addito feniculi suco ad cyathum unum et turis manna
una atque ita subfusiones oculorum et caligines inunguere
utilissimum est; medicamentum id echeon vocatur. Fit et col- 120
lyrium e vipera in olla putrefacta vermiculisque enatis cum
croco tritis; exuritur in olla cum sale quem lingendo clari-
tatem oculorum consecuntur et stomachi totiusque corporis
tempestivitates. Hic sal et pecori datur salubritatis causa et

genus, θVRTd. *genus maximum*, β. — *pluma aurium micat*, ita nos scripsimus. *plumae aurium micant*, K. *pluma aurium modo micat*, VRβγ. *pluma auri modo micat*, Td. *pluma aurium emicat*, Barbar. Ipse Plinius dicit de asione *auribus plumeis eminentibus* 10, 68. — *hyaenae*, R^{2}d. *hiaenae*, V. *genae*, R^1. — *curare*, θ. — *Pitanaeus*, Rd (codd. Gel.). *Pitanius*, V. *Putaneus* vel *Tyaneus*, codd. Barbari. — *albugines*, θRTd. *albugines oculorum*, β. In V omittitur *albugines*; superne interpositum est *oculorum*.

§ 118. *caudaeque*, VR. *caudarumque*, dβγ. — *ex*, R. *et*, Vd. — *gliris*, VR^{2}d. *cli*, R^1. — *celebro*, V^1. — *adeps*, d. *adipe*, VR. *cinis helecsui lacrimosis*, δ. *cinis alipesui tritus lacrimosis*, ρ. *cinis alipesii tritus*, ϑ. *cinis allipesin tritus*, φ. — *cum stibi*, VR. *combusti*, dβγ. — *stibis*, VRTd. *stibi*, β. *et stibi*, K. — *quid sit*, Gronov. R (*sit* e corr.) *quid est*, VTdγ. *quod quid sit*, β. — *suffusionibus*, R. *suffosionum*, V. *suffusione*, d. — *item lacertae hirundinis*, R^2 omittens *ve*. Omitt. VR^{1}d. — *coctae tritae*, VRd. *quae etiam tritae coctaeve*, βγ. — *fronte*, d. — *se sive*, R^{2}d. *sive*, R^1. *s e*, V (duabus, ut videtur, litteris erasis). — *pullinae*, V. — *sic et*, VRTdϑρφ. *sed et*, δ. — *id est solė correptis*, VRTdϑρφ. *i. correptis*, δ. Om. β.

§ 119. *inunguere*, R. *inungere*, d. *et unguere*, V. *ungi*, β. *inungi*, γ. — *caligine*, R. — *vel*, VRd. Omitt. βγ. — *ex utero*, Td. *exutere*, V. *et utere*, R. *quam exuerit*, βγ. Si quid video, Plinius *exuta vere* scripsit. — *facit*, R^{2}d. *facti*, V. *factis*, R^1. — *unum*, VR. *valum*, θd. — *curis*, Vd. — *manna una*, Barbar. *mamna una*, R^2. *mam una*, R^1. *mammam una*, d. *mammam unam*, θV. *mica una*, K. — *echeon*, VRd. *echion*, codd. Barbari, βγ. — *vocatur*, R^{2}d. *vocantur*, V. *vocant*, R^1.

in antidotum contra serpentis additur; quidam et viperis
utuntur in cibis. Primum omnium occisa statim salem in os 121
addi iubent donec liquescat, mox quattuor digitorum mensura utrimque praecisa exemptisque interaneis discocunt in aqua, oleo, sale, aneto, aut statim vescuntur aut pane colligunt ut saepius utantur. Ius praeter supra dicta pediculos e toto corpore expellit pruritusque etiam summae cutis. Ostendit effectum et per se capitis viperini cinis; utilissime
oculos inunguit, itemque adips viperinus. De felle non au- 122
daciter suaserim quae praecipiunt, quoniam, ut suo loco docuimus, non aliud est serpentium venenum. Anguium adips aerugini mixtus ruptas oculorum partis sanat, et membrana sive senectus vernatione eorum exuta si adfricetur claritatem facit. Boae quoque fel praedicatur ad albugines, subfusiones,
caligines, adips similiter ad claritatem. Aquilae, quam dixi- 123
mus pullos ad contuendum solem experiri, felle mixto cum melle Attico inunguntur nubeculae et caligationes subfusionesque oculorum; eadem vis est et in volturino felle cum porri suco et melle exiguo, item in gallinacei felle ad argema et albugines ex aqua diluto, item in subfusiones oculorum, maxume candidi gallinacei. Fimum quoque gallinaceorum dum-

§ 120. *viperea*, d. — *lingendo*, d. *linguendo*, R ex corr. *tinguendo*, V. — *tempestivitatis*, V R. *temperiem ac seras aetates*, Dalec. — *quidam et attollitur viperis*, θ V T d. *quidam et adtollitur vi viperis*, R. Si litterarum ductus sequimur, non improbabile est Plinium *quidam et ad coli tormina viperis utuntur in cibis* scripsisse.

§ 121. *occisa*, V R. *occisae*, d β γ. *occisis*, K. — *liquescat, mox*, R T d. *liquescat*, θ. *inquescat*, V. *liquescat humor*, β. — *utrumque*, R^2. *triumque*, θ V R^1 d. Ceterum v. § 70. — *praecissa*, d. — *discoqunt*, V. — *oleo sale aneto*, V R. *anetho sale oleo*, T. *aut oleo sale anetho*, d β γ. — *aut statim*, V R^1 T d. *et omnium aut statim*, R^2. *et omnibus aut statim*, β γ. *et carnibus aut statim*, K. — *pene*, V. — *Vis*, V R. — *supra*, R^2 d. Omitt. V R^1. — *Ostendit effectum*, V R. *Effectum. ostendit*, d β γ. — *cinis quo utilissime*, K. — *inungit*, V T d. *iungit*, R^1. *ungunt*, R^2. *inungunt*, β. — *itemque*, V R d. *item*, T. *idemque*, β.

§ 122. *audaciter*, θ V d. *audacter*, R β γ. *daticiter*, ρ φ. *daciter*, ϑ. De recepta adverbii forma disputarunt vv. dd. ad Liv. 22, 25. — *suasserim*, V. — *docuimus* 11, 163. — *raptas*, V. — *Boae*, θ V R^1 T d. *uulvae*, R^2. *Ululae*, β. — *ad albugines*, R d. *ab albugine*, V.

§ 123. *diximus* 10, 10. — *pullo*, V. — *felle mixto*, V R T d. *mixto felle*, β γ. — *inunguntur*, R d. *iunguntur*, V. *unguntur*, θ. — *caligationes suffusionesque*, R^2 d. *culicationisque*, V. *caligationis*, R^1. — *vis est et*, V R d. *vis et*, β γ. — *felle cum*, V R d. *felle est cum*, β γ. — *felle*, V R T d. *felle alligato*, β. Varia in his verbis tentat Gesner. hist. anim. 3, 414. — *argema*, θ d. *argeam*, V R^1. *algemata*, R^2. — *et albugines*, θ V R. *et ad albugines*, d β γ. — *item in*, V R d. *item ad*, β γ. — *candidis*, V R.

taxat rubrum lusciosis inlini monstrant. Laudant et gallinae 124 fel et praecipue adipem contra pusulas in pupillis; has scilicet eius rei gratia saginant; adiuvat mirifice et ruptas oculorum tuniculas admixtis schisto et haematite lapidibus. Fimum quoque earum dumtaxat candidum in oleo vetere corneisque pyxidibus adservant ad pupillarum albugines, qua in mentione significandum est pavones fimum suum resorbere tradi invidentis hominum utilitatibus. Accipiter decoctus 125
in rosaceo efficacissimus ad inunctiones omnium vitiorum putatur, item fimi eius cinis cum Attico melle. Laudatur et milvi iecur, fimum quoque columbarum ex aceto ad aegilopia, similiter ad albugines et cicatrices, fel anserinum, sanguis anatum contunsis oculis ita ut postea oesypo et melle inunguantur, fel perdicum cum mellis aequo pondere, per se vero ad claritatem; Hippocratis putant auctoritate adici quod in argentea pyxide id servari iubent. Ova perdicum in vase 126
aereo decocta cum melle ulceribus oculorum et glaucomatis medentur; columbarum, palumbium, turturum, perdicum san-

illini, VRTd. *illiniendum*, *β*. — *monstrant*, T. *monstrat*, VRd.

§ 124. *Laudant*, R^2. *Laudat*, VR^{1}d. — *gallinae*, Vd. *gallinace*, R^1. *gallinacei*, *θ*R^2. — *et praecipue*, R. *sed et praecipue*, Vd. *sed praecipue*, *βγ*. — *pusulas*, *θ*VRTd. *pustulas*, *β*. — *has*, d. *nec*, *θ*VR, qua ex scriptura certissime sequi videtur Plinium scripsisse *haec scilicet et eius rei gratia saginantur*. Etenim apud Plinium quoque permulta in optimis codd. exstant vestigia nominativum pluralis generis feminini non *hae*, sed *haec* fuisse; uti enim 22, 16. VRd et ipsa vulgata hoc habent, ita etiam 10, 65. 16, 146. 17, 5. 236. 20, 77. 22, 24. 47. 23, 34. 150. 25, 117. optimus quisque codex eandem formam tuetur. De Cicerone primus, quantum scio, idem adnotavit Fleckeisen. in museo Rhen. 1849. p. 271—283. 1852. p. 221. Quod vero postea inserui *et*, illud necessario requiritur, quia gallinae certe non modo huius medicamenti gratia, sed et ob alias causas saginabantur. Postremo de numeris mutatis *gallinae fel* et *haec saginantur* v. ad 32, 24. — *et adiuvat*, d. *et adluat*, V. *& adl^{a}uat*, R. — *admixtis*, d. *admixto*, R. *admixta*, V. — *schisto*, R^{2}d. *schistos*, V. *schistas*, R^1. — *ematite*, V. — *homini*, R.

§ 125. *fimi eius*, R^{2}d. *fimum eius*, VR^1. — *quoque*, *θ*VR. Omitt. d*β*. — *aegilopia*, Td. *epilopia*, VR. *alopecia*, *θ*. *aegilopas*, *βγ*. *alopecias*, Dalec. — *cicatrices et albugines*, Rd. — *oesypo*, Gesner. hist. anim. 1, 796. 3, 101. 152., K. *hysopo*, VRd. *hyssopo*, *β*. — *inunguantur*, R^2. *inunguatur*, VR^{1}d. — *cum mellis*, R^2 (codd. Barbari). *mellis*, VR^{1}d. — *ad claritatem*, VRTd. *ad claritatem dorcados*, codd. Barbari, *β*. — *Hippocratis*, codd. Barbari. *et Hippocratis*, T. *et hipocis*, V. *et hypocis*, Rd. His sub lectionibus latet nomen medici alicuius ignoti. — *putant auctoritate adici*, *θ*VRTd. *ut putant auctoritate adiicitur*, codd. Barbari, *β*. — *pyxida*, *θ*R^1. — *adservari*, K.

§ 126. *palumbium turturum*, VRTd. *turturum palumbium*, *βγ*. — *perdicium*, V. — *masculis*, *θ*V. — *superponi*, *θ*VRd*γ*. At vulgatam scripturam tuetur etiam Drakenb. ad Liv. 21, 1. — *plenium*, V. — *decoctum*, R. *decocto*, *θ*Vd. *decocto sublitum*, Dalec. — *ac*, *θ*VRTd. *aut*, *β*.

guis oculis cruore subfusis eximie prodest; in columbis ma-
sculae efficaciorem putant; vena autem sub ala ad hunc usum
inciditur, quoniam suo calore utilior est; superinponi oportet
splenium e melle decoctum lanamque sucidam ex oleo ac
vino. Earundem avium sanguis nyctalopas sanat et iocur 127
ovium atque, ut in capris diximus, efficacius fulvae; decocto
quoque eius oculos abluere suadent et medulla dolores tumo-
resque inlinere. Bubonis oculorum cinis collyrio mixtus cla-
ritatem oculis facere promittitur. Turturis fimum albugines
extenuat, item coclearum cinis, fimum cenchridis; accipitrum
generis hanc Graeci faciunt. Argema ex melle omnibus quae 128
supra scripta sunt sanatur; mel utilissimum oculis in quo
apes sint inmortuae. Ciconiae pullum qui ederit negatur
annis continuis lippiturus, item qui draconis caput habeat;
huius adipe et melle cum oleo vetere incipientis caligines
discuti tradunt. Hirundinum pullos plena luna excaecant re-
stitutaque eorum acie capita conburuntur; cinere cum melle
utuntur ad claritatem et dolores ac lippitudines et ictus.

§ 127. *et iecur*, Rd. *eiocur*, V. — *ovium*, R^{2}d. *avium*, VR^1. *ovis*, K. — *atque ut*, V. *ut*, R^{1}d. Om. R^2. — *diximus* 28, 170., ubi haec leguntur: *quoniam* (caprae) *noctu quoque cernant, sanguine hircino lusciosos sanari putant nyctalopas a Graecis dictos, caprae vero iocinere in vino austero decocto;* — — *id quoque referre arbitrantur ut rutili coloris fuerit.* Iam vero hoc offendat necesse est, quod Plinius modo de ovibus locutus verbis *ut in capris diximus* tantum obiter iniectis *fulvam* dicit; at quamnam, ovem an capram? Nam e verbis *in capris* supplere *caprae* nemini in mentem veniet; immo ad *fulvae* ex grammaticae legibus nihil nisi *ovis* suppleri potest. Hinc aliquam corruptelam subesse et post *efficacius* inserendum *caprae* arbitror, quam coniecturam minus, quam primo obtutu videatur, pro violenta habebit qui, quam facile *caprae* post *cacius* et praeterea propter nomen *capris* modo praegressum excidere potuerit, perpendit. Porro vero quaeri potest, num *fulvae* ipsi Plinio debeatur; nam etiamsi fortasse concedi potest *fulvum* pro *rutilo* poni, uti *fulva coma* apud Propert. II. 2, 5. vix de alio quam de nobili illo rutilo colore (Lips. ad Tac. Germ. 4.) intelligi potest, uti aurum dicitur *fulvum* Vergil. Aen. 7, 279. et *rutilum* Claudian. rapt. Proserp. 1, 183., mirum tamen est Plinium, qui 28, 170. de *rutilo* caprarum colore dixerat, h. l. *fulvam capram* commemorare; hinc pro *caprae fulvae* reponendum videtur *caprae rutilae*, sive illa lectio mero librariorum errori (cum utraque vox facillime confundi posset) sive interpolationi debetur. — *oculos*, d. *oculis*, θVR. — *abluere*, Rd. *adluere*, θV. *alluere*, T. — *illinere*, θVRTd. *illinunt*, β. — *extenuare*, Gronov. ad 31, 10. — *coclearum*, V^{2}Rd. *cocleri*, θV^1. — *cinis fimum*, VR^{2}d. *cinis*, R^1. *fimum cinis*, θ. — *cenchridis*, R^{2}d. *cendridis*, R^1. *cencridis*, θV. — *accipitur*, VR^1. — *hac*, R^1.

§ 128. *Argema ex melle*, Vd. *Argema et melle*, R^1. *Argema et ex melle*, δ. *Argen et e melle*, R^2. — *sanantur*, VRdδρ. *sanant*, Gronov. — *apes sint*, VRTd. *sunt apes*, βγ. — *emortuae*, T. — *comburunt*, K. — *cinere*, VRd. *hoc cinere*, βγ. — *lipitudines*, V.

*

Lacertas quoque pluribus modis ad oculorum remedia adsu- 129
munt. Alii viridem includunt novo fictili et lapillos qui vo-
cantur cinaedia, quae et inguinum tumoribus adalligari solent,
novem signis signant et singulos detrahunt per dies; nono
emittunt lacertam, lapillos servant ad oculorum dolores. Alii 130
terram substernunt lacertae viridi excaecatae et una in vitreo
vase anellos includunt e ferro solido vel auro; cum rece-
pisse visum lacertam adparuit per vitrum, emissa ea, anulis
contra lippitudinem utuntur, alii capitis cinere pro stibi ad
scabritias. Quidam viridem longo collo in sabulosis nascen-
tem conburunt et incipientem epiphoram inungunt, item glau-
comata. Mustelae etiam oculis punctu erutis aiunt visum 131
reverti eademque quae in lacertis et anulis faciunt; serpentis
oculum dextrum adalligatum contra epiphoras prodesse, si
serpens viva dimittatur. Lacrimantibus sine fine oculis cinis
stellionum capitis cum stibi eximie medetur. Aranei muscarii
tela et praecipue spelunca ipsa inposita per frontem ad duo
tempora in splenio aliquo, ita ut a puero inpube et capiatur
et inponatur nec is triduo se ostendat ei cui medebitur neve
alteruter nudis pedibus terram attingat his diebus, mirabi-
liter epiphoris mederi dicitur; albugines quoque tollere in- 132
unctione araneus candidus longissimis ac tenuissimis pedi-
bus contritus in oleo vetere. Is etiam cui crassissimum
textum est in contignationibus fere adalligatus panno epi-

§ 129. *et lapillos*, V R d. *ac lapillos*, *βγ*. — *cinaedia*, Barbar. *zenichia*, *θ* V R T d. *zonidia*, codd. Barbari. — *quae*, om. K. — *inguinum*, d. *inunguinum*, V R^1. *unguinum*, R^2. — *novem signis*, V R T d. *novem singulos signis*, *β*. — *signant*, V R T d. *signantes*, *βγ*.

§ 130. *substernant*, V R. — *anellos*, V^1 R^1 d. *annellos*, T. *annulos*, V^2 R^2. *anulos*, *βγ*. — *e ferro*, V. *ferro*, d. *efforro*, R^1. *et ferro*, R^2. — *lacerta*, V. — *apparuit*, *θ* R d. *aparuit*, V. *apparuerit*, *β*. — *lipitudinem*, V. — *pro stibi*, *θ* V R T d. *pro stibio*, *β*. *cum stibio*, K. — *collo longo*, d. — *item*, R^2. *et item*, V R^1 d.

§ 131. *etiam*, R^2 d. *et incipientem etiam*, V. *et inopientem etiam*, R^1. — *eritis*, V. — *eadem quaeque*, V. — *et anulis*, R d. *cum anulis*, K. *et anuli*, V. — *viva*, V R^2 d. *una*, R^1. — *fine*, om. V. — *stellionum*, R. *stelionum*, V. *stellionis*, d *βγ*. — *stibi*, V R T d. *stibio*, *β*. — *tela*, *θ* V R T d *ϑ*. *telae*, *β*. — *super frontem*, K. — *in splenio aliquo*, *θ* V T d. *splenio aliquo*, R. *in speleo aquilo*, *ϑ*. *in speleo aquile*, *φ*. — *nec is*, V. *ne is*, R. *ne his*, d. — *qui*, *θ* R^1. — *medebitur*, *θ* V R T d. *medeatur*, *βγ*. — *alter*, V. — *dicitur; albugines quoque*, ita nos scripsimus. *dicuntur; dicitur albugines quoque*, V d. *dicunt; dicitur albugines quoque*, R. *dicuntur. Albugines quoque dicitur*, *βγ*.

§ 132. *contritis*, V. — *Is etiam*, V R d. *Sed is etiam*, *βγ*. *Sed iam*, *δϑρφ*. — *cui*, V R d. *cuius*, *δϑρφβγ*. — *epiphoras sanare*, d. *epiphoras sane*, V. *epiphora*

phoras sanare traditur. Scarabaei viridis natura contuentium visum exacuit; itaque gemmarum scalptores contuitu eorum acquiescunt.

39. Auris purgat fel pecudis cum melle, canini lactis in- 133
stillatio sedat dolorem, gravitatem adips cum apsinthio et oleo vetere, item adips anserinus; quidam adiciunt sucum cepae, ali pari modo. Utuntur et per se ovis formicarum; namque et huic animali est medicina constatque ursos aegros hoc cibo sanari. Anserum omniumque avium adips praepa- 134
ratur exemptisque venis omnibus patina novo fictili operta in sole subdita aqua ferventi liquatur saccatusque lineis saccis et in fictili novo repositus loco frigido minus putrescit addito melle. Murium cinis cum melle instillatus aut cum rosaceo decoctus aurium dolores sedat; si aliquod animal intraverit, praecipuum remedium est murium fel aceto dilutum, si aqua intraverit, adips anserinus cum cepae suco. Gliris detracta 135
pelle intestinisque exemptis discoquitur melle in vase novo; medici malunt e nardo decoqui usque ad tertias partis atque ita adservari, dein cum opus sit strigili tepefacta infundere. Constat deplorata aurium vitia eo remedio sanari aut si terrae vermes cum adipe anseris decocti infundantur; item ex arboribus rubri cum oleo triti exulceratis et ruptis auribus praeclare medentur. Lacerti inveterati, in os pendentium 136
addito sale, contunsas et ab ictu miseras auris sanant, effi-

sane, R. — *Scarabaei*, V R[2] d. *Scrabui*, R[1]. — *scalptores*, V[2] T. *scaltores*, R[2]. *scaltori*, R[1]. *scultores*, V[1]. *sculptores*, d (codd. Oudend. ad Suet. Galb. 10.) $\beta\gamma$. — *eorum*, V R. *eo*, T d. *eius*, K. — *atquiescunt*, V.

§ 133. *instillatio*, R d. *instillati*, V (videtur *o* erasum). *instillatus*, θ. — *gravitatemque*, d. — *absentio*, V. — *adiiciunt*, d. *dicunt*, V R T. — *alii*, V. *et allii*, R d $\beta\gamma$. — *inest*, K.

§ 134. *Anserum*, V R T K d. *Anserum quoque*, β. — *omniumque*, θ V R d. *et omnium*, β. — *cum praeparatur*, K. — *exemptis*, K. — *patina*, R d. *patena*, V (ex emend.) *novo fictili patina operto*, K. — *nova*, d. — *fictilio*, V. — *liquatus*, V R d. — *saccatusque*, R. *siccatusque*, V d. — *frigide*, V. — *si aqua — suco*, R[2]. Omitt. V R[1] d.

§ 135. *intestinisque*, θ V R d r. *intestinis*, β. — *melle*, V R d. *cum melle*, K. Mihi *in melle* scribendum videtur. — *medici*, θ V R T d r. *sed medici*, β. — *partes*, V R T. Omitt. d $\beta\gamma$. — *dein*, R. *deinde*, V d $\beta\gamma$. — *strigili*, V[2] R[2] d. *strigila*, V[1]. *stingili*, R[1]. — *tepefactum*, K. — *terrae vermes*, V R[1]. *vermes terrae*, θ. *terreni vermes*, R[2] d $\beta\gamma$. — *cum adipe*, θ V R T d. *adipe*, β. — *cum oleo*, V R d. *oleo*, γ.

§ 136. *contusas*, V R T K d. *contusi*, β. — *iectu*, R. — *miseras*, θ V R. *seras*, T d. *laesas*, $\beta\gamma$.

cacissime autem ferrugineas maculas habentes, liniis etiam per caudam distincti. Millepeda ab aliis centipeda aut multipeda dicta animal est e vermibus terrae pilosum, multis pedibus arcuatim repens tactuque contrahens se; oniscon Graeci vocant, alii tylon; efficacem narrant ad aurium dolores in cortice punici mali decoctum et porri suco; addunt
et rosaceum et in alteram aurem infundunt. Illam autem 137
quae non arcuatur sepa Graeci vocant, alii scolopendram, minorem perniciosamque. Cocleae quae sunt in usu cibi cum murra aut turis polline adpositae, item minutae latae fracturis aurium inlinuntur cum melle. Senectus serpentium fervente testa usta instillatur rosaceo admixto, contra omnia quidem vitia efficax sed contra graveolentiam praecipue, et si purulenta sint, ex aceto, melius cum felle caprino vel
bubulo aut testudinis marinae. Vetustior anno eadem mem- 138
brana non prodest nec imbre perfusa, ut aliqui putant. Aranei sanies cum rosaceo aut per se, in lana vel cum croco auribus prodest, gryllus cum sua terra effossus et inlitus. Magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem magi, quoniam retro ambulet terramque terebret. Stridet noctibus; venantur eum formica circumligata capillo in cavernam eius coniecta, efflato prius pulvere ne sese condat; ita formicae
conplexu extrahitur. Ventris gallinaceorum membrana quae 139
abici solet inveterata et in vino trita auribus purulentis ca-

caudam distincte, d. *caudis tinctae*, VR. — *Millipaeda*, R^{2}. *Milipeda*, Vd. *Miripaedi*, R^{1}. — *ab aliis — multipeda*, R^{2}. Omitt. VR^{1}d. — *arcuatim*, Rd. *arcuatum*, V^{2}T. *arquatum*, θ. *arguatum*, V^{1}. — *tullon*, R^{2}. *tolon*, d. *tollon*, V. *tollen*, R^{1}. — *efficacem narrant ad aurium*, θVRTKd. *efficaciter sanat aurium*, β. — *in*, VRd. *cum*, K. — *cortici*, R. — *punici mali*, V. *punici malum*, R. *mali punici*, Td. — *et porri succo*; pro his vv. habent *mel porri succo* VTd, *mell' orrisuguo* R. — *et in*, VR^{2}d. *et*, R^{1}.

§ 137. *Illam*, d. *Illa*, VR. — *arcuatur*, Rd. *arquatur*, V. *arguatur*, θ. — *maiorem perniciosamque*, K. — *Coclie*, V. *Quocliae*, R. — *pollini*, R^{1}. — *latae*, VR. *et latae*, dβγ. — *instillatur*, VRd. *illinitur*, r. — *rosace*, R^{1}. — *admixto*, Vd. *admixta*, θR. — *praecipue instillatur*, Dalec. — *et si*, θVRd. *aut si*, βγ. — *purulenta*, θR^{1}d. *purulentiae*, R^{2}. *purulentae*, Vβγ. — *sint*, θR^{1}d. *sunt*, VR^{2}βγ.

§ 138. *imbre perfusa ut*, Rd. *imberpestus aut*, V. — *putant*, VRd. *putant. Item*, βγ. — *Aranei — croco*, om. d^{1}. — *auribus prodest*, V. Omitt. Rd. — *ac gryllus*, K. — *Magna auctoritate*, Vd. — *Stridet*, θ. *stridat*, VRdβγ ad superiora referentes. — *venantur*, VR^{2}d (codd. Gel.) *venatur*, R^{1}. — *circumligata*, θVRTKd. *circumligato*, codd. Gel. β. — *efflato prius*, R^{2} (codd. Gel.) *efflatorius*, VR^{1}d.

§ 139. *quoque*, R. Omitt. Vd. — *et*, VR. *Est et*, βγ. Om. d. — *pinguitudo*,

lida infunditur, gallinarum quoque adips et quaedam pin-
guitudo blattae, si caput avellatur; hanc tritam una cum
rosaceo auribus mire prodesse dicunt, sed lanam qua inclu-
serint post paulum extrahendam; celerrime enim id pingue
transire in animal fierique vermiculum. Alii binas ternasve 140
in oleo decoctas efficacissime auribus mederi scribunt et
tritas in linteolo inponi contunsis. Hoc quoque animal inter
pudenda est, sed propter admirationem naturae priscorumque
curae totum in hoc loco explicandum. Plura earum genera
fecerunt: mollis, quas in oleo decoctas verrucis efficaciter
inlini experti sunt. Alterum genus myloecon appellavere circa 141
molas fere nascens; has capite detracto attritas lepras sa-
nasse Musa et Picton in exemplis reliquerunt; tertium genus
et odoris taedio invisum, exacuta clune, cum pisselaeo sa-
nare ulcera alias insanabilia, strumas, panos diebus viginti
uno inpositas, percussa, contunsa et cacoethe, scabiem fu-
runculosque, detractis pedibus et pinnis; nos haec etiam
auditu fastidimus. At Hercules Diodorus et in morbo regio 142
et orthopnoicis se id dedisse tradit cum resina et melle; tan-
tum potestatis habet ars ea pro medicamento dandi quidquid
velit. Humanissimi eorum cinerem crematarum servandum
ad hos usus in cornea pyxide censuere aut tritas clysteribus
infundendas orthopnoicis aut rheumaticis; infixa utique cor-
pori inlitas extrahere constat. Mel utilissimum auribus quo- 143

om. d. — *blattae*, VR^{2}. *blatta*, R^{1}. *blattam*, d. — *rosace*, V. — *lanam*, VR^{2}. *panam*, R^{1}d. — *extrahendum*, θV. — *celebre*, θR^{1}.

§ 140. *ternasque*, VRTd. — *contusas*, V. — *curam*, Kr.

§ 141. *myloecon*, codd. Barbari. *mylocon*, d. *milocon*, VR. — *his*, VRTd. Inde Pintian. legi posse conicit *his — attritis*, quamquam ipse pronior ad lectionem vulgatam servandam. — *adtritas*, V. — *muscum pictem*, V. *muscam pictē*, R. *muscum pycten*, T. *m' cu" pyctem*, d. *muscam pycten*, ϑφ. *muscam pictam*, δ. *Musa cum Pitanaeo*, Gronov. Sine melioribus libris nihil hic proficietur. — *requirunt*, V. — *et odoris*, VR. *ex odoris*, Td. — *invitum*, R^{1}. — *percussa*, R^{2}d. *percussae*, V. *percusse*, R^{1}. — *et cacoethe*, R. *et cacoetis*, V. *cacoethe*, dβγ. — *et pennis*, VR. *pinnisque*, Td. — *nos*, Rd. *non*, V. — *haec*, om. R^{1}. — *auditu*, VTr. *audita*, Rdβγ.

§ 142. *Ad*, V. — *Hercules*, VRd. *Hercule*, codd. Gel. βγ. — *regio et*, R^{2}d (codd. Gel.) *reget*, V^{1}. *regio*, V^{2}. *rege et*, R^{1}. — *et in orthopnoicis*, codd. Gel. — *se id dedisse*, d (codd. Gel.) *sedisse*, R^{2}. *redisse*, VR^{1}. — *et melle*, VR^{2}. *cum melle*, R^{1}d. — *ars ea*, VRd. *ea ars*, βγ. — *Humanissimi*, Vd. *Humanissim*, R^{1}. *Humanissimis*, R^{2}. — *censuere*, VR^{2}d. *cenere*, R^{1}. — *aut tritas*, R^{2}. *autoritas*, R^{1}. *auctoritas*, Vd. — *aut reumatismis*, R^{2}. *et reumatismis*, R^{1}d. *et reumaticis*, V. *aut asthmaticis*, K. — *illitas*, V. *illita*, Rd. — *constat*, d. *constant*, VR.

que est, in quo apes inmortuae sint. Parotidas conprimit columbinum stercus vel per se vel cum farina hordeacia aut avenacia, noctuae cerebrum vel iecur cum oleo infusum auriculae aut parotidi, multipeda cum resinae parte tertia inlita, grylli sive inliti sive adalligati. At reliqua morborum genera, medicinam ex iisdem animalibus aut eiusdem generis sequenti dicemus volumine.

§ 143. *inmortuae*, VRd. *emortuae*, *βγ*. — *sint*, VR. *sunt*, d*βγ*. — *columbinum*, VR^2d. *palumbinum*, *θ*R^1. — *vel per*, R^2d. *per*, VR^1. — *avenacea*, R^2d. *arenacea*, R^1. *harenacea*, V. — *noctuae*, VRd. *noctuaeque*, *βγ*. — *auriculae a parotide*, VTd. *auricula eo parotide*, R. — *parte tertia*, VR. *tertia parte*, d*βγ*. — *Ad*, V. — *medicinam*, VRd. *medicinasque*, *βγ*.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXX.

CAP. I. SECT. 1. Magicas vanitates saepius quidem ante- § 1
cedente operis parte, ubicumque causae locusque poscebant,
coarguimus detegemusque etiamnum; in paucis tamen digna
res est de qua plura dicantur, vel eo ipso quod fraudulen-
tissima artium plurumum in toto terrarum orbe plurumisque
saeculis valuit. Auctoritatem ei maxumam fuisse nemo mire-
tur, quandoquidem sola artium tris alias inperiosissimas hu-
manae mentis conplexa in unam se redegit. Natam primum 2
e medicina nemo dubitat ac specie salutari inrepsisse velut
altiorem sanctioremque medicinam, ita blandissimis deside-
ratissimisque promissis addidisse viris religionis, ad quas ma-
xume etiamnunc caligat humanum genus, atque, ut hoc quo-
que suggesserit, miscuisse mathematicas artis, nullo non avido

Ad hunc librum toti sunt excussi VRd.

§ 1. *antecedente*, θVRTd. *antecedentis*, β. — *poscebat*, R^1. — *detegemusque*, R. *detegimusque*, V (ex emend.) d. — *etiamnum in paucis; tamen*, r. — *res est*, R^2. *res*, VR^1. *re*, Td. — *fraudelentissima*, V. — *orbi*, R^1. — *quandoquidem*, VR^2. *quandoque*, θR^{1}d. — *inperiosissimas*, R. *periosissimas*, Vd. — *menti*, K. — *redegit*, R^2. *redigit*, θVR^{1}d.

§ 2. *primum e*, Rd. *primum*, θ. *prima*, V. — *dubitat*, d. *dubitant*, θ. *dubitavit*, VR. — *ac*, VR^2. *a*, R^{1}d. Om. θ. — *salutis*, K. — *irrepisse*, VR. — *sanctioremque*, θVRTd. *sanctioremque quam*, β. — *desiderantissimisque*, Vd. — *missis*, R^1. — *religionis*, R^{2}d. *relegionis*, V. *religiones*, R^{1}T. — *ad*, R^{2}Kd. Omitt. VR^1. — *quam*, K. — *etiamnunc*, VR. *etiamnum*, dβγ. — *caligat*, Rd. *calligat*, V. *adlegat*, r. *adligat*, K. — *suggesserit*, R^2. *suggerit*, VR^{1}Td. *suggessit*, K^1. *successit*, K^2. — *miscuisset*, R^{1}d. — *mathematicas artes*, VR. *artes mathematicas*, dβγ.

futura de sese sciendi atque ea e caelo verissime peti cre-
dente. Ita possessis hominum sensibus triplici vinculo in
tantum fastigi adolevit ut hodieque etiam in magna parte
gentium praevaleat et in oriente regum regibus inperet.
2. Sine dubio illic orta in Perside a Zoroastre, ut inter 3
auctores convenit; sed unus hic fuerit an postea et alius,
non satis constat. Eudoxus, qui inter sapientiae sectas cla-
rissimam utilissimamque eam intellegi voluit, Zoroastren hunc
sex milibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit;
sic et Aristoteles. Hermippus, qui de tota arte ea diligen- 4
tissime scripsit et viciens centum milia versuum a Zoroastre
condita indicibus quoque voluminum eius positis explanavit,
praeceptorem a quo institutum diceret tradidit Agonacen,
ipsum vero quinque milibus annorum ante Troianum bellum
fuisse. Mirum hoc in primis, durasse memoriam artemque
tam longo aevo, conmentariis intercidentibus, praeterea nec
claris nec continuis successionibus custoditam. Quotus enim 5
quisque auditu saltem cognitos habet qui soli nominantur
Apusorum et Zaratum Medos Babyloniosque Marmarum et

se, d. — *e caelo*, R [2]. *caelo*, VR [1] d. — *fastigii*, R [2]. *fas. di*, V [1]. *fas*, R [1]. *fastidia*, d (vid. adnot. sequentem). *fastigium*, V [2] K. — *adolevit*, V. *adolebit*, R [2]. *adelebit*, R [1]. *dolebit*, d. — *regum*, R [2] d. *grecum*, V. *////reco*, R [1]. — *legibus*, r.

§ 3. *Eudoxius*, d. — *Zoroasten*, VR. *Zoroastrem*, d. Nos iustam terminationem restituimus.

§ 4. *arte ea*, VRd. *ea arte*, *βγ*. — *diceret institutum*, d. — *Agonacen*, Kd [2]. *Agonacem*, codd. Barbari. *Agonaccen*, V. *Agoneten*, *θ*. *Aganacen*, d [1]. *Abonacem*, T. *Agoneiscen*, R [1]. *Az*, R [2]. *Azonacem*, *βγ*. — *durasse memoriam*, R. *duras eorum*, V [1]. *durasse eorum*, V [2] Td. — *artemque*, VR. *artem eamque*, Td. — *commentariis*, VTd. *commentariis non*, R*βγ*. — *intercedentibus*, R [1]. — *claribus*, R [1]. — *succisionibus*, VR [1].

§ 5. *auditu*, R [2] (codd. Gel.) *commi auditu*, VR [1]. *communi auditu*, Td. — *habet*, VRd (codd. Gel.) — *nominantur*, *θ*Vd. *cognominantur*, R*βγ*. — *Apusorum*, *θ*VRd. *Apuscorum*, *β*. — *Babyloniosque*, *θ*VRTd. *Babyloniumque*, *β*. — *Marmarum*, *θ*VRTd. *Marmarideum*, *β*. *Marmaridrum*, r. — *Arabantiphocum*, VTd. *Arabantephocum*, R [1]. *Arabantipphocum*, R [2]. *Araban Tiphocum*, *θ*. *Arabem Hippocum*, *β*. — *aut Assyrium*, *θ*d. *Abasirium*, T. *Avasirium*, R. *Asirium*, V (ante *a* una littera erasa videtur). *Assyrium vero*, *β*. — *Tarmoendam*, *θ*VRd. *Tarmoandam*, T. *Zarmocenidam*, *β*. — *quorum — monimenta*, R [2] d. Omitt. *θ*VR [1] T. — *arte ea*, V. *ea arte*, Rd. — *in Ulixis*, VR [2] d [2]. *in Ulisix*, R [1]. *Ulixis in*, d [1]. — *totumque*, R [2] d [2]. *de totumque*, VR [1] d [1].

§ 6. *Protea*, R [2]. *propterea*, Vd. *praeterea*, R [1]. — *inferum*, *θ*VRd. *inferorum*, codd. Gel. *β*. — *vocatione*, R [1]. — *quoniam*, V. — *Telmisum*, ita nos scripsimus ex optimis codd. 5, 107. *Telmesum*, RVd. *Telmessum*, *βγ*. — *religiosissimam*, VR [2] d. *religiosi////*, R [1]. — *Thesalas*, V. — *matres*, *θ*V (ex

Arabantiphocum aut Assyrium Tarmoendam, quorum nulla
exstant monimenta? Maxume tamen mirum est in bello Tro-
iano tantum de arte ea silentium fuisse Homero tantumque
operis ex eadem in Ulixis erroribus, adeo ut totum opus
non aliunde constet; siquidem Protea et Sirenum cantus 6
apud eum non aliter intellegi volunt, Circe utique et infe-
rum evocatione hoc solum agi. Nec postea quisquam dixit
quonam modo venisset Telmisum religiosissimam urbem,
quando transisset ad Thessalas matres quarum cognomen
diu optinuit in nostro orbe alienae gentis. Troianis utique 7
temporibus Chironis medicinis contenta ea, solo Marte ful-
minante, miror equidem Achillis populis famam eius in tan-
tum adhaesisse ut Menander quoque litterarum subtilitati
sine aemulo genitus Thessalam cognominaret fabulam con-
plexam ambages feminarum detrahentium lunam. Orphea
putarem e propinquo primum pertulisse ad vicina usque su-
perstitionem a medicina provectum, si non expers sedes eius
tota Thrace magices fuisset. Primus, quod exstet, ut equi- 8
dem invenio, conmentatus est de ea Osthanes Xerxen regem

emend.) RTd. *urbes*, codd. Barbari, β. — *aliena gentis*, R^2. *aliena gente*, θVR^1. *aliena genti*, Td. *alienigena*, Gronov. Mihi potius Plinius scripsisse videtur *alienas gentis*, ut illud cognomen Thessalarum matrum etiam in alienas, ad Thessaliam non pertinentes gentes transierit.

§ 7. *utique*, θVR^1Td. *itaque*, R^2 (codd. Barbari et Gelenii) βγ. — *medicinis*, R^2T. *medicis*, V (ex emend.) R^1d. — *contenta ea*, ita nos scripsimus suppleto ex superioribus per synesim nomine Thessaliae. *contentae a*, V. *contente et*, R^1Td. *contenta et*, R^2 (codd. Gel.) βγ. *cum Chironis medicinis contenta esset*, codd. Barbari. — *fulminati*, R^1d. — *Achillis*, VRd (codd. Gel.) *illis*, codd. Barbari. — *famem*, V^1. — *adhaesisse*, om. R^1. — *subtilitati sine aemulo*, V. *subtilitatis in . mulo* (*eade* suprascr.), R. *subtilitatis in aemulo*, d. *subtilitati*, codd. Gel. *quoque soccorum salibus sine aemulo*, Pint. — *Thesalam*, V. — *cognominaret*, θVRd. *cognominarit*, β. — *propinquo*, R. *propinquorum*, Vd. *e propinquo eam*, Gronov. — *pertulisse*, V. *protulisse*, θ. *intulisse*, Rdβγ. — *vicina usque superstitionem a medicina*, ita nos scripsimus partim codices, partim Gronovii coniecturam secuti. *vicina usque superstitionem medicinae*, θ. *vicina usque superstitutionemae medicinae*, V. *vicina superstitionem ac medicinae*, R^1. *vicinas usque superstitionem ac medicinae*, R^2. *vicinas usque superstitiones ac medicinae*, β. *vicina usque superstitionem ac medicinae*, Tdγ. *vicinam usque superstitionem a medicina*, Gronov., cuius est *a medicina*, reliquis e codd. petitis. De Orpheo medico v. Lobeck. aglaoph. p. 242. Add. supra § 2. — *provectum*, θVRTd. *profectum*, βγ. — *expers*, VR^2d (codd. Gel.) *expersi*, T. *expersis*, R^1. — *Thrace*, Rd (codd. Gel.) *Tracen*, V. *Thracem*, T. *Thracia*, K. — *fuissent*, R^1.

§ 8. *Primus*, R^1. — *quod exstet*, VRTd. *quod exstat*, K. *exstat*, β. — *conmentatus est*, VRTd. *commentatus*, βγ. — *Xerxen*, VR. *Xerxem*, dβγ.

Persarum bello quod is Graeciae intulit comitatus ac velut
semina artis portentosae insparsit obiter infecto quacumque
conmeaverant mundo; diligentiores paulo ante hunc ponunt
Zoroastren alium Proconnesium. Quod certum est, hic ma-
xume Osthanes ad rabiem, non aviditatem modo scientiae
eius Graecorum populos egit, quamquam animadverto sum-
mam litterarum claritatem gloriamque ex ea scientia anti-
quitus et paene semper petitam. Certe Pythagoras, Empe- 9
docles, Democritus, Plato ad hanc discendam navigavere ex-
siliis verius quam peregrinationibus susceptis; hanc reversi
praedicavere, hanc in arcanis habuere. Democritus Apollo-
bechen Coptiten et Dardanum et Phoenicem inlustravit vo-
luminibus Dardani in sepulchrum eius petitis, suis vero ex
disciplina eorum editis, quae recepta ab ullis hominum atque
transisse per memoriam aeque ac nihil in vita mirandum est.
In tantum fides istis fasque omne deest, adeo ut qui cetera 10
in viro illo probant haec opera eius esse inficientur; sed

Persarum, R^{2}d. *ex Persarum*, V. *invenio et Persarum*, R^{1}. *ingenio rex Persarum*, Gronov. — *is*, d. *his*, R^{2}. *si*, VR^{1}. — *ac*, om. K. — *portentosae insparsit*, ita nos scripsimus. *portentosae isparsit*, V. *portentosa ei sparsit*, Td. *portentosae is sparsit*, *θ*. *portentosae sparsit*, R^{1}K. *portentosae sparsisse*, R^{2}*βγ*. — *infecto*, R. *inficto*, *θ*Vd. — *commeaverant*, d. *cummeaverant*, V. *commemorat*, *θ*. *commeaverat*, R (ex emend.) *βγ*. — *Zoroastrem*, R^{2}. *Zoroasten*, Vd. — *Proconensium*, V. — *est*, om. R^{1}. — *Ostanes*, VR. — *scientiae*, R^{2}. *scientiam*, VR^{1}d. — *animadverto*, VR^{2}. *animadverso*, d. *animadver////*, R^{1}. *animadvertam*, r. *animadvertat*, *γ* vitio operarum. — *caritatem*, R. — *gloriamus*, R^{1}. — *semper petitam*; at unde? Vox h. l. certissime excidit et verbis statim infra sequentibus collatis perquam probabile est Plinium *et paene semper peregre petitam* scripsisse.

§ 9. *Pythagoras Empedocles*, R. *Pythagora semper peducles*, d. *Pithagore semper peducles*, V. — *Plato*, V. *Platon*, R. *Placon*, d. — *suscepti*, V. — *praedicaverant*, d. — *in arcanis*, R^{2}. *arcanis*, VR^{1}d. — *Apollobechen*, *θ*R^{2}d. *Apollobechem*, T. *Apollo bechem*, V. *Apollobeche*, R^{1}. *Apollonicem*, *β*. *Apollonidem*, Reines. var. lect. 1, 25. p. 114. — *Coptiten*, d. *Coptitem*, *θ*V. *Copiten*, R^{1}T. *captitenent*, R^{2}. *Captidenem*, *β*. — *et Phoenicem*, d. *et Phenicen*, VT. *e Phoenicen*, R. *e Phoenice*, *βγ*. — *a sepulcro*, K. *in Cyprum*, Pint. — *ullis*, VRd. *aliis*, K*βγ*. — *hominum* post *per* collocat K. — *transisse*, R^{2}. *transiisse*, Vd*β*. *transire*, R^{1}.

§ 10. *istis fasque*, VR. *stisiasque*, d. — *qui*, VRd. *ii qui*, *βγ*. — *viro illo*, codd. Gel. *viro*, VRd. — *haec opera eius esse*, VRd. *haec eius esse opera*, *βγ*. *hanc eius esse operam*, r. — *eam*, R^{2}. *eadem*, VR^{1}d. — *dulcedinem*, VR. *dulcedine*, d. — *dico*, VR^{2}d. *quoque*, R^{1}. — *magicemque*, V. — *eadem*, V^{2}Rd. *aedem*, V^{1}. — *aetate illam*; pro his vv. habent *et apelle* VR, *et atella* d. — *Hippocraten*, d.

§ 11. *magicis*, *θ*. — *a Mose*, codd. Gel. *a mus////* (e superscr.), R. *amus*, V. *a musa*, d. *amuse*, Ambr. I. *amiso*, Ambr. II. — *et Ianne*, VR. *et Iane*, Ambr. II. *etiam iam nunc*, Ambr. I. *et Iamne*, codd. Gel. *β*. *etiamnum*, codd. Budaei de asse

frustra; hunc enim maxume adfixisse animis eam dulcedinem constat. Plenumque miraculi et hoc, pariter utrasque artis effloruisse, medicinam dico magicenque, eadem aetate illam Hippocrate, hanc Democrito inlustrantibus, circa Peloponnesiacum Graeciae bellum quod gestum est a ccc. urbis nostrae anno. Est et alia magices factio a Mose et Ianne et Lotapea 11
Iudaeis pendens, sed multis milibus annorum post Zoroastren; tanto recentior est Cypria. Non levem et Alexandri magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Osthanes comitatu eius exornatus; planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragravit.

3. Exstant certe et apud Italas gentis vestigia eius in 12
xii tabulis nostris aliisque argumentis quae priore volumine exposui. dclvii. demum anno urbis Cn. Cornelio Lentulo P. Licinio Crasso coss. senatusconsultum factum est ne homo inmolaretur palamque et in tempus siluit sacri prodigiosi celebratio.

p. 482., quod in altera sua editione Harduin. mire defendit. Qui h. l. commemoratur Iannes est idem, de quo Paulus apostolus loquitur ad Timoth. II. 3, 8: *ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωΰσεῖ*, iidemque Iannes et Iambres ab Eusebio praepar. evang. IX. p. 411. ed. Paris. 1628. scriptores Aegyptii iidemque magi Mosis adversarii dicuntur. Hinc apparet, quos errores Plinius admiserit. — *Lotapea Iudaeis*, Hard. *Lotape ac Iudaeis*, VRd (Ambr. I.) γ. *Lotape Iudaeis*, codd. Gel. *Iotapata Iudaeis*, Ambr. II. *Iotape Iudaeis*, β. *Iochapela* vel *Iochabela* (quod praefert Bochart. hieroz. 1. p. 645.), Barbarus, qui etiam *Iotapata* legi posse ait. *Iambre*, Hildebrand. ad Appul. T. II. p. 615. — *Zoroastren*, R. *Zoroastrem*, Vdβγ. — *Alexandria*, R. — *professione*, d. — *Osthanes*, d. *Ostanes*, R². *Osteanes*, VR¹.

§ 12. *certe*, θVRd. *itaque*, β. — *Itales*, V. — *in XII tabulis*, R. *cinxit talibus*, Vd. — *priore*, θVRd. *priori*, β; v. 28, 17. — *DCLVII.*, R². *DCLII.*, VR¹d. *DCL.*, θ. — *urbis*, R²d. *orbis*, V. Om. R¹. — *P.*, om. R¹. — *coss.*, V. — *est*, om. R¹. — *palamque et*, ita nos scripsimus. *palamque fit*, θVR¹Td. *palamque*, R²δϑρφ (codd. Gel.) β. *palamque fuit*, Hard. γ. Sermo h. l. est non nisi de hominibus rei magicae gratia immolatis, cum Plinius ad expiandos manes aliasque ob causas inter illum annum suamque aetatem saepe homines immolatos fuisse sciret; ita tempore Iulii Caesaris *ἄλλοι δὲ δύο ἄνδρες ἐν τρόπῳ τινὶ ἱερουργίας ἐσφάγησαν. — — ἐν δ' οὖν Ἀρείῳ πεδίῳ πρός τε τῶν ποντιφίκων καὶ πρὸς τοῦ ἱερέως τοῦ Ἄρεος ἐτύθησαν*, Dio Cass. 43, 24., item post captam Perusiam *ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ ὡσιωμένον ἀρθέντες ἱππεῖς τετρακόσιοι καὶ βουλευταὶ ἄλλοι τε καὶ ὁ Καννούτιος ὁ Τιβέριος — — ἐτύθησαν*, idem 48, 14. coll. Sueton. Aug. 15: *Perusia capta — — scribunt quidam trecentos ex dediticiis electos utriusque ordinis ad aram divo Iulio exstructam idibus Martiis hostiarum more mactatos.* Verum per totum hunc locum de magicis superstitionibusque agitur et Plinius dicit illam legem hunc effectum habuisse, ut illa celebratio *palam et in tempus* sileret. Necessario vero particula *et*, quae et palaeographica fide nititur, inserenda fuit, cum, si ea deest, Plinius ineptissime dicat illam celebrationem palam in tempus siluisse, sed aliquo tempore interiecto rursus palam exercitatam

4. Gallias utique possedit et quidem ad nostram memo- 13
riam; namque Tiberi Caesaris principatus sustulit druidas
eorum et hoc genus vatum medicorumque. Sed quid ego
haec conmemorem in arte oceanum quoque transgressa et
ad naturae inane pervecta? Britannia hodieque eam attonita
celebrat tantis caerimoniis ut dedisse Persis videri possit.
Adeo ista toto mundo consensere quamquam discordi et sibi
ignoto; nec satis aestumari potest quantum Romanis debea-
tur qui sustulere monstra in quibus hominem occidere reli-
giosissimum erat, mandi vero etiam saluberrimum.

II. 5. Ut narravit Osthanes, species eius plures sunt. 14
Namque et ex aqua et sphaeris et aere et stellis et lucernis
ac pelvibus securibusque et multis aliis modis divina pro-
mittit, praeterea umbrarum inferorumque conloquia, quae
omnia aetate nostra princeps Nero vana falsaque conperit;
quippe non citharae tragicique cantus libido illi maior fuit,
fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis
animi vitiis; primumque inperare dis concupivit nec quic-
quam generosius valuit. Nemo artium umquam ulli validius 15
favit; ad hoc non opes ei defuere, non vires, non discentis

fuisse. Dicit potius, uti dicendum ei fuit, illam celebrationem palam quidem siluisse, sed modo in tempus, postea vero, uti in talibus rebus fieri solet, clam erupisse, cuius rei vel unum modo, sed gravissimum testimonium invenimus apud Tacit. annal. 2, 69: *et reperiebantur* (in inquisitione de obitu Germanici) *solo ac parietibus erutae humanorum corporum reliquiae, carmina et devotiones et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semusti cineres ac tabe obliti aliaque maleficia, quis creditur animas numinibus infernis sacrari*, coll. Dion. Cassio de eadem re loquente 57, 18: *ὀστᾶ γὰρ ἀνθρώπων ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἐν ᾗ ᾤκει, κατορωρυγμένα καὶ ἐλασμοὶ μολύβδινοι ἀράς τινας μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχοντες ζῶντος ἔθ' εὑρέθη. In tempus (für den Augenblick)* eodem sensu usitatum est Tacito, v. annal. 1, 37. 4, 66. 6, 11. 14, 20., *et* vero pro *et quidem* positum saepe apud Plinium invenitur; v. ad 35, 32. — *siluit*, *δ*. *sili ut*, *θ*Vd*ϑρφ*. *fili ut*, R. *illud*, codd. Gel. *βγ*. — *sacri prodigiosi*, Gronov. *sacra prodigiosa*, *θ*RTd (codd. Gel.) *β*. *sacro prodigiosa*, V. — *celebratio*, *θ*VR[1]Td. *celebrata*, R[2] (codd. Gel.) *β*. *palamque fit in tempus id licita sacri prodigiosi celebratio*, Gronov. His iam omnibus perscriptis inveni ante Gelenium totum locum ita lectum fuisse: *palamque in tempus siluit sacri prodigiosi celebratio*, unde Gronovium ad veterem lectionem rediisse apparet.

§ 13. *possedit* sc. ars magica, uti supra § 11. ad verbum *peragravit* idem subiectum supplendum esse iam Freinshem. ad Curt. IX. 5, 25. intellexit. — *quidam*, V. — *Tiberi Caesaris*; de Claudio hoc narrat Suet. Claud. 25., cuius loci fortasse meminerant librarii codicum, quos *Ti. Cl.* habere testatur Rezzonicus. — *principatu*, V ex emend. — *Sed*, codd. Gel. *Ipse*, VRd. — *haec*, VRd (codd. Gel.) *hanc*, r. *hos*, K. — *in arte*, Rd (codd. Gel.) *in artem*, V. *artem*, r. — *transgressa* et *pervecta*, Rd. *transgressa* et *perlecta*, V. *transgressam* et *pervectam*, r. — *Britannia hodieque eam*, VRd (codd. Gel.) *in Britan-*

ingenium, quae non alia patiente mundo. Inmensum, indubitatum exemplum est falsae artis, quam dereliquit, Nero; utinamque inferos potius et quoscumque de suspicionibus suis deos consuluisset quam lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas; nulla profecto sacra barbari licet ferique ritus non mitiora quam cogitationes eius fuissent; saevius sic nos repleti umbris.

6. Sunt quaedam magis perfugia, veluti lentiginem haben- 16
tibus non obsequi numina aut cerni. Obstet forte hoc in
illo? nihil membris defuit. Nam dies eligere certos liberum
erat, pecudes vero quibus non nisi ater colos esset facile;
nam homines inmolare etiam gratissimum. Magus ad eum
Tiridates venerat Armeniacum de se triumphum adferens et
ideo provinciis gravis. Navigare noluerat, quoniam exspuere 17
in maria aliisque mortalium necessitatibus violare naturam
eam fas non putant. Magos secum adduxerat, magicis etiam
cenis eum initiaverat; non tamen cum regnum ei daret hanc
ab eo artem accipere valuit. Proinde ita persuasum sit, in-
testabilem, inritam, inanem esse, habentem tamen quasdam
veritatis umbras, sed in his veneficas artis pollere, non ma-

niam quae hodie eam, K. — *attonita*, VTd. *attonite*, R (codd. Gel.) βγ. — *toto*, Rd. *to*, V. — *nec*, θVRTd. *Non*, β. — *qui*, Vd. *quis*, R. — *religiosissimam*, V^1. — *saluberrimum*; huic voci addunt *erat* VRd ex superiori repetitum.

§ 14. *eius*, om. R^1. — *et ex aqua*, codd. Barbari. *et aqua*, θVRTdγ. — *et sphaeris et aere*, θVTd. *et ex sphaeris et ex aere*, β. *et sphaeris et ex aere*, R^2. *et sphaeris et* //////, R^1. — *divinationes*, K. — *promit*, K. — *cyrae*, R^1. — *tragicique*, R^2. *tragique*, VR^1d. — *animi*, R. *animis*, Vd. — *concupivit*, R^2. *concupit*, VR^1d. — *valuit*, θVRTd. *voluit*, β.

§ 15. *Nemo artium umquam ulli*, V. *Nemo nemo artium umquam ulli*, R (voci *ulli* ab altera manu nomine *artium* addito). *Nemo unquam ulli artium*, dβγ. — *ad hoc*, V. *ad haec*, Rdβγ. — *ei*, V. Omitt. Rd. — *discentis*, θVRTd. *discendi*, β. — *quae non alia*, θVTd. *quae alia non*, R^2. *aliaque non*, βγ. Om. R^1. Vulgatam vario modo explicant Hard. et Gesner. chrestom. p. 748., mutare voluit Pint.; at v. ad 33, 25. — *modo*, R^1. — *Inmensum*, VRTd. *Immensum et*, βγ. — *addubitatum*, R^1. — *potius et*, Rd. *potiet*, V. — *inquisitione*, d. — *profecta*, VR^1. — *repleti*, VR^1. *replevit*, $R^2dβγ$.

§ 16. *aut cerni*, VRTdϑρφ. *ut cerni*, β. — *Obstet*, θV. *possent*, R ex emend. *non obstitit*, Td. *non possint*, β. — *certos*, R. *cereos*, Vd. — *vere*, V. — *colos*, R. *culos*, V. *color*, d. — *facile*, d. *faciles*, V. *facie*, R ex corr. — *iam*, Pint. — *homines*, θVRTd. *hominem*, β. — *Tiridates*, Barbar. *Mitridates*, θVRTd.

§ 17. *quoniam*, Rd. *quo*, V. — *maria aliisque*, R. *mari aliisque*, θ. *mari artis quae*, V. *marianis quem*, d. — *abduxerat*, Vd. — *artem accipere*, VR. *accipere artem*, dβγ. — *valuit*, d. *voluit*, V. Idem in R videtur esse. — *persuasum sit*, VR. *persuasit*, d (*sit* in rasura).

gicas. Quaerat aliquis quae sint mentiti veteres magi, cum 18
adulescentibus nobis visus Apion grammaticae artis prodiderit cynocephaliam herbam quae in Aegypto vocaretur osiritis divinam et contra omnia veneficia, sed si tota erueretur, statim eum qui eruisset mori, seque evocasse umbras ad percontandum Homerum quanam patria quibusque parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri quid sibi respondisse diceret.

III. 7. Peculiare vanitatis sit argumentum, quod anima- 19
lium cunctorum talpas maxume mirantur tot modis a rerum natura damnatas, caecitate perpetua, tenebris etiamnum aliis defossas sepultisque similis. Nullis aeque credunt extis, nullum religionum capacius iudicant animal, ut si qui cor eius recens palpitansque devoret divinationis et rerum efficiendarum eventus promittant. Dente talpae vivae exempto sa- 20
nari dentium dolores adalligato adfirmant. Cetera ex eo animali placita eorum suis reddemus locis; nec quicquam probabilius invenietur quam muris aranei morsibus adversari eas, quoniam et terra orbitis, ut diximus, depressa adversatur.

8. Cetero dentium doloribus, ut iidem narrant, medetur 21
canum qui rabie perierunt capitum cinis crematorum sine

§ 18. *Quaeret aliquis quae sunt*, r. — *mentiti*, R. *mecum titi*, Vd. — *veteres*, d. *veteris*, VR. — *aduliscentibus novis*, V. — *Appion*, Vd. — *cynochephaliam*, V. — *vocaretur*, Rd. *voceretur*, V. *vocetur*, r. — *osiritis*, ita nos scripsimus. *osipitis*, VR[1]d. *osirites*, R[2]. *osipitis sunt*, r. *osyrites*, *βγ*. — *veneficia*, R[2]d. *venefica*, *θ*VR[1]. *veneficia utilem*, K. — *tota*, *θ*VRTd. *ea*, *β*. — *erueretur*, RTd. *rueretur*, *θ*V. — *evocasse*, R[2]. *evocasset*, Vd. *vocasset*, R[1]. — *percunctaneum*, V. — *quanam* *θ*RTd. *quana*, V. *qua*, *β*. — *quid sibi respondisse diceret*; haec verba quo sensu dicantur, equidem non intelligo et Plinius multo simplicius et sententiae aptius scribere poterat *quid sibi respondisset.* At cum verbum *diceret* vix casui tribui possit, suspicor ab illo scriptum fuisse *quid sibi respondisse videretur* sc. umbra Homeri.

§ 19. *Peculiari*, V[1]. *Peculiaris*, V[2]. — *mirentur*, T. — *a rerum*, Rd. *arearum*, V. — *perpetuas*, V. — *alis*, V. — *aeque*, R. *reque*, V. ///// *reque*, d. — *nullum*, R. *nullius*, Vd. — *religionum*, VRd. *religionis*, *βγ*. — *iudicant*,
t si s
Rd. *dicant*, V ex emend. — *animal ut si quis*, d. *animal u//// qui*, R. *animalius se |qui|*, V. *animal sunt qui*, T. Ex optimis codd. restitui *qui*, cum vulgo *βγ*
ra
quis legatur. — *devoret*, *θ*Rd[2]. *devoret*, V. *qui devoret*, Td[1]. *devorarit*, *β*. — *divinationis*, VR. *divinationes*, d. *divinationem*, K. — *et rerum*, VRd. *rerum*, K.

§ 20. *Dente e*, V. — *adalligato*, d. *adalligate*, VR[1]. *adalligata*, R[2]. — *Cetera*, R[2]. *Cetere*, R[1]. *Celere*, Vd. *Cetero*, *β*. Huic autem voci R a m. sec. *id* addit. — *animalia*, VR[1]. — *placida*, V. — *adversari eas*, VRd. *adversarios*, *θ*. — *orbitis ut*, R[2]d. *urbiti sunt*, V. *orbitis*, R[1]. — *diximus* 29, 89.

§ 21. *Cetero*, *θ*VRTd. *Ceterum*, *β*. — *idem*, V. — *rabie perierunt*, d (codd.

carnibus instillatus ex oleo cyprio per aurem cuius e parte doleant, caninus dens sinister maxumus, circumscariphato qui doleat, aut draconis os e spina, item enhydridis; est autem serpens masculus et albus. Huius maxumo dente circumscariphant; at in superiorum dolore duos superiores adalligant, e diverso inferiores; huius adipe unguentur qui crocodilum captant. Dentis scariphant et ossibus lacertae e 22
fronte luna plena exemptis ita ne terram attingant; conluunt caninis dentibus decoctis in vino ad dimidias partis. Cinis eorum pueros tarde dentientis adiuvat cum melle; fit eodem modo et dentifricium. Cavis dentibus cinis e murino fimo inditur vel iecur lacertarum aridum; anguinum cor si mordeatur et adligetur, efficax habetur. Sunt inter eos qui mu- 23
rem bis in mense iubeant mandi doloresve ita cavere. Vermes terreni decocti in oleo infusique auriculae cuius a parte doleant praestant levamentum; eorundem cinis exesis dentibus coniectus ex facili cadere eos cogit, integros dolentis inlitus iuvat; conburi autem oportet in testo. Prosunt et cum mori radice in aceto scillite decocti ita ut conluantur dentes. Is quoque vermiculus qui in herba Veneris labro appellata 24
invenitur cavis dentium inditus mire prodest; nam urucae

Gel.) *rabie perferunt*, V R. *rabiem perferunt*, T. — *cyprio*, V R d. *cyprino*, Gesner. hist. anim. 1, 173., β γ. — *circumscarifato*, d. *circumscaristico* (fa), R. *circumscarificato*, V β γ. — *qui*, V R. *eo qui*, d β γ. — *os e*, V^1 R d. *osse*, V^2. — *albus*, V R. *alius*, d. — *circumscarifant*, V R. *circumscarifantur*, d. *circumscarificant*, β γ. — *at*, R d (codd. Gel.) *aut*, V. — *superiorum*, V R^2 (codd. Gel.) *superiore*, R^1. *superiora*, d. — *insuperiores*, R^1. — *adalligant e*, R. *adalligantem*, V d. — *adipe*, R d. *adipse* (e), V. — *unguentur*, V d^2. *inunguentur*, d^1. *perungentur* (u), R. *perunguntur*, β γ.

§ 22. *scarifant*, R. *escarifant*, V. *scarificant*, β. *scariphantur*, d. *scarificantur*, γ. — *et ossibus*, R^2. *ossibus*, V R^1 d γ. — *e fronte*, R. *et fronte*, V d. — *coluunt*, V. — *caninis dentibus*, d. *caninus dentibus*, V. *dentibus caninis*, R. — *dentientes*, R^2 d. *dentis*, V R^1. *dentantes*, T. — *dentifricium*, d (codd. Gel.) *dentrificium*, V R. — *anguium*, T. — *mordeatur*, V R^2. *mordetur*, T. *morditur*, R^1 d. — *et alligetur*, V. *adalligetur*, R^2. *ve*, R^1. *uvae*, T d.

§ 23. *iubent*, θ. — *cavere*, θ V R T d. *caveri*, β. — *cuius a parte*, V R T d ∂ ϑ ρ φ. *cuius e parte*, β. *in appositam aurem*, θ. — *exesis*, om. V. — *coniectus*, R^2. *collectus*, d. *collectis*, V R^1. — *facile*, V R. — *iubat*, V. — *testo*, θ V. *testa*, R d β γ. — *cum mori*, V d. *commori*, R. — *radices*, V R^1. — *scillite*, R^2. *scillit//o*, V. *scillicio*, θ T R^1. *scillitio*, d. — *coluantur*, V.

§ 24. *erba*, V. — *quae Veneris labrum appellatur*, K^1 r. *Veneris labrum appellata*, K^2. — *inditus*, R^2 d. *indutus*, V R^1. — *mire*, om. R^1. — *urucae*, θ V d r. *erucae*, R β γ.

brassicae eius contactu cadunt et e malva cimices infunduntur auribus cum rosaceo. Harenulae quae inveniuntur in cornibus coclearum cavis dentium inditae statim liberant dolore. Coclearum inanium cinis cum murra gingivis prodest, serpentis cum sale in olla exustae cinis cum rosaceo in contrariam aurem infusus, anguinae vernationis membrana cum
oleo taedaeque resina calefacta et auri alterutri infusa. Ad- 25
iciunt aliqui tus et rosaceum; eadem cavis indita ut sine molestia cadant praestant. Vanum arbitror esse circa canis ortum anguis candidos membranam eam exuere, quoniam nec in Italia visum est multoque minus credibile in tepidis regionum tam sero exui; hanc autem vel inveteratam cum cera celerrime evellere tradunt, et dens anguium adalligatus
dolores mitigat. Sunt qui et araneum animal ipsum sinistra 26
manu captum tritumque in rosaceo et in aurem infusum cuius a parte doleat prodesse arbitrentur. Ossiculis gallinarum in pariete servatis, fistula salva, tacto dente vel gingiva scariphata proiectoque ossiculo, statim dolorem abire tradunt, item fimo corvi lana adalligato vel passerum cum oleo calefacto et proxumae auriculae infuso; pruritum quidem intolerabilem facit et ideo utilius est passeris pullorum sarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare.

IV. 9. Oris saporem conmendari adfirmant murino cinere 27
cum melle, si fricentur dentes; admiscent quidam maratri radices. Pinna volturis si scalpantur dentes, acidum halitum

brasicae, V. — *etiam*, Hard. — *contractu*, R. — *et e*, R[2]. *e*, VR[1]d. — *malba*, V. — *inditae*, R[2]d. *induta*, VR[1]. — *anguini*, VR[1].

§ 25. *et*, R[2]. Omitt. VR[1]d. — *ut — cadant*, om. R[1]. — *praestat*, V. — *circa canis ortum*, θVRTd. *canis ortu*, codd. Gel. β. — *angueis candida membrana*, r. — *eam*, θVRd. Omitt. r (codd. Gel.) β. — *exuere*, θ. *exere*, R[1]. *exore*, V. *ex aure*, R[2]d. *exui*, r. — *nec*, codd. Gel. *neutrum*, VRd. — *regionum*, θVR[1]. *regionibus*, R[2]dβγ. — *iam*, VRd. — *inveterate*, VRd. — *celerme*, V. — *evellere*, VRd. *dentes evellere*, βγ. — *mitigat*, θVR[1]d. *minuit*, R[2]β.

§ 26. *qui et*, R[2]. *qui*, VR[1]d. — *a cuius parte*, K. — *doleat*; etiam h. l. uti § 21. 23. scribendum *doleant* sc. dentes. — *arbitrentur*, R. *arbitrantur*, d. *arbitratur*, V. — *Ossiculis*, R[2]. *Ossiculi*, VR[1]d. — *servati* ////, d. — *fistula salva tacto*, ita nos scripsimus. *fistula salva adacto*, βγ. *fistulas salvit actu* (a over i), V. *fistulas salvat actu* (o over u), R. *fistulas salvat actu*, d. *fibula sola*, K. *tacto*, r. — *scarifata*, VRd. *scarificata*, βγ. — *infusae*, V. — *sed pruritium id quidem*, K. — *utilius*, VRTd. *tolerabilius*, codd. Gel. βγ. — *infricare*, R. *infricate*, Vd.

faciunt; hoc idem hystricis spina fecisse ad firmitatem pertinet. Linguae ulcera et labrorum hirundines in mulso decoctae sanant, adips anseris aut gallinae rimas, oesypum cum galla, araneorum telae candidae et quae in trabibus parvae texuntur. Si ferventia os intus exusserint, lacte canino statim sanabuntur.

10. Maculas in facie oesypum cum melle Corsico quod 28
asperrimum habetur extenuat, item scobem cutis in facie cum rosaceo inpositum vellere, — quidam et butyrum addunt, — si vero vitiligines sint, fel caninum prius acu conpunctas, liventia et suggillata pnlmones arietum pecudumque in tenuis consecti membranas calidi inpositi vel columbinum fimum. Cutem in facie custodit adips anseris vel gallinae. Lichenas 29
et murino fimo ex aceto inlinunt et cinere herinacei ex oleo; in hac curatione prius nitro ex aceto faciem foveri praecipiunt. Tollit ex facie vitia et coclearum quae latae et minutae passim inveniuntur cum melle cinis; omnium quidem coclearum cinis spissat, calefacit smectica vi et ideo causticis miscetur psorisque et lepris et lentigini inlinitur. Invenio et formicas Herculaneas appellari quibus tritis adiecto sale exiguo talia vitia sanentur. Buprestis animal est rarum 30
in Italia, simillimum scarabaeo longipedi; fallit inter herbas bovem maxume, unde et nomen invenit, devoratumque tacto felle ita inflammat ut rumpat; haec cum hircino sebo inlita lichenas ex facie tollit septica vi, ut supra dictum est. Volturinus sanguis cum chamaeleonis albae quam herbam esse

§ 27. *quidem*, V. — *marathi*, Vd. *maraty*[na], R. — *vulturri*, R. — *si*, R[2]d. Omitt. VR[1]. — *alitum*, V. — *idum*, V. — *pina*, R[2]. *pinne*, VR[1]. *pinna*, d. — *labrarum*, R[2]. *calabrarum*, R[1]d. *calabrarum ulcera*, V. — *aut*, Rd. *et*, V. — *in trabibus*, Barbar. *intra bulbus*, VRd. — *exusserint*, θRTd. *exuserint*, V. *excusserint*, β. — *sanabuntur*, θRTd. *sanabitur*, βγ. *insanabuntur*, V.

§ 28. *Masculas*, R[1]. — *habemus*, R[2]. — *butirum*, V. — *vitiligines*, Rd. *vetligines* (i), V. *vel lentigines*, r. — *liventia*, R[2]d. *ad liventia*, VR[1]. — *callidi*, V. — *custodit* hoc loco habent VRd, post v. *gallinae* ponunt βγ.

§ 29. *et murino*, VR. *ex murino*, d. — *irenacei*, VRd. — *smectica*, R[2]. *smetica*, VR[1]d[1]. *septica*, d[2]. — *vi*, Rd. *VII*, V. — *miscetur*, θVRTd. *commiscetur*, βγ. — *sorisque*, R. — *et lepris*, R[2]. Omitt. θVR[1]dγ; v. Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836. no. 167. p. 289. — *lentigini*, R[2]. *lentiginum*, VR[1]d. — *appellari*, θVRd. *appellatas*, β.

§ 30. *Italia*, d. *Athala*, R. *Athla*, V. — *longipedi*, R[2]d. *longipedum*, VR[1]. — *inflammat*, d. *inflammant*, V. *infamat*, R. — *dictum est* 29, 95. — *chamaeleoneos*, VRd. — *quam*, R[2]. Omitt. VR[1]d. — *herbam*, R. *herba*, V. *herbae*, d.

diximus radice et cedria tritus contectusque brassica lepras sanat, item pedes locustarum cum sebo hircino triti, varos adips gallinaceus cum cepa tritus et subactus. Utilissimum et in facie mel in quo apes sint inmortuae, praecipue tamen faciem purgat et erugat cygni adips; stigmata delentur columbino fimo ex aceto.

11. Gravedinem invenio finiri, si quis naris mulinas oscu- 31
letur. Uva et faucium dolor mitigatur fimo agnorum priusquam herbam gustaverint in umbra arefacto, uva suco cocleae acu transfossae inlita ut coclea ipsa in fumo suspendatur, hirundinum cinere cum melle; sic et tonsillis succurritur;
tonsillas et faucis lactis ovilli gargarizatio adiuvat. Multipeda 32
trita in fimo columbino cum passo gargarizatum, etiam cum fico arida ac nitro inpositum extra asperitatem faucium et destillationes leniunt; — cocleae coqui debent inlotae demptoque tantum terreno conteri et in passo dari potu; sunt qui Astypalaeicas efficacissimas putent et smegma earum; — gryllus infricatus aut si quis manibus quibus eum contriverit tonsillas attingat.

12. Anginis felle anserino cum elaterio et melle citissime 33
succurritur, cerebro noctuae, cinere hirundinis ex aqua calida poto; huius medicinae auctor est Ovidius poeta. Sed efficaciores ad omnia quae ex hirundinibus monstrantur pulli

diximus 22, 45. — *getia*, θ. *geria*, VRd. Ad marginem R *al*. c| adscriptum est. — *varros*, V. — *tritus et*, omitt. VRd. — *et in*, R^{2}d. *in*, VR^{1}.

§ 31. *Gravedinem*, R^{2}d. *Gravidinem*, VR^{1}. — *mulinas*, θVRTd. *murinas*, β. — *arefacta*, V. — *succo*, Rd. *suc*, V. — *cocleae* — *inlita ut*, omitt. Vd. — *acu transfusae illita ut coclea*, R^{2}. Om. R^{1}. Nomen *cocleae* et *coclea* in codicibus nostris miram perturbationem effecit, cum alter librarius lacunam a *cocleae* inciperet, alter in *coclea* finiret; ceterum ex β *transfossae* retinui. — *hirundinum*, R^{2}d. *hirundine*, R^{1}. *hirundinem*, V. — *sic et*, Rd. *siccet*, V. *siccato*, θ. — *tonsilis*, V. — *ovilli*, d. *ovillis*, R. *uvillis*, V. — *gargarisatio*, V^{1}. *gargarissatio*, V^{2}R.

§ 32. *trita in*, ita nos scripsimus. *tritam*, V. *trita*, Rdβγ. — *fimo columbino*, VR^{1}d. *fimum columbinum*, R^{2}βγ. — *cum passo*, R^{2}d. *in passo*, VR^{1}. — *gargariziatum*, V. — *asperitati*, V. — *destillationis*, V. *distillationes*, Rdβ. — *liniunt*, R. — *coci*, V. — *inlotae*, VRTd. *in lacte*, β. — *tantum*, Rd. *tantum qui*, V. — *passu*, V. — *potu*, θVR. *potui*, dβγ. — *Astipallaeicas*, R. *Astipalleicas*, V. — *efficacissimas*, θVRd. *efficacissime*, β. — *putent*, VRd. *putant*, β. — *smegma*; pro h. v. aperte corrupta habet *missima* θ, *inissima* VR, *inisima* d, *in iis simillimas* r, *ex aliis smegma* K, *in his smegma* β. Fortasse Plinius scripsit *et in iis ima earum* i. e. partem infimam coclearum, calyci proxime adhaerentem. — *gryllus*, VRd. *Lenit et gryllus*, βγ. — *attingant*, VR^{1}.

§ 33. *Anguinis*, V. — *elatirio*, R. — *melle*, R^{2}d. *melli*, V. *male*, R^{1}. —

silvestrium, — figura nidorum eas deprehendit, — multo tamen
efficacissimi ripariarum pulli; ita vocant in riparum cavis
nidificantis. Multi cuiuscumque hirundinis pullum edendum
censent ut toto anno non metuatur id malum. Strangulatos 34
cum sanguine conburunt in vase et cinerem cum pane aut
potu dant; quidam et mustelae cineres pari modo admiscent;
sic et ad strumae remedia dant et comitialibus cotidie potu.
In sale quoque servatae hirundines ad anginam drachma una
bibuntur, cui malo et nidus earum mederi dicitur potus.
Millepedam inlini anginis efficacissimum putant, alii XI tritas 35
in aquae mulsae hemina per harundinem dari, quoniam dentibus tactis nihil prosint. Tradunt et murem cum verbenaca
excoctum, si bibatur is liquor, remedio esse et corrigiam
caninam ter collo circumdatam, fimum columbinum vino et
oleo permixtum. Cervicis nervis et opisthotono ex milvi nido
surculus viticis adalligatus auxiliari dicitur, V. strumis ex- 36
ulceratis mustelae sanguis, ipsa decocta in vino; non tamen
sectis admovetur. Aiunt et in cibo sumptam idem efficere,
vel cineri eius sarmentis conbustae miscetur axungia. Lacertus viridis adalligatur, post dies XXX alium adalligari
oportet; quidam cor eius in argenteo vasculo servant ad
feminarum strumas. Et veteres cocleae cum testa sua tunsae 37
inlinuntur, maxume quae frutectis adhaerent; item cinis aspi-

pullis, d. — *multo*, d. *multu*, R. *multi*, V. — *Multi*, R^{1}d. *Multis*, V. *Si multi*, R^{2}. *Sunt qui*, βγ. — *ut toto anno non metuatur*, R^{2}r. *ut toto anni metuatur*, R^{1}. *ut toto anno metuatur*, VT. *in toto anno metuatur*, d. *ne toto anno metuatur*, βγ. *ut non* pro *ne* etiam 27, 15.

§ 34. *cineres*, R^{2}d. *cinerem*, VR^{1}. — *et ad*, d. *ad*, VR. — *potu*, R^{2}d. *potui*, R^{1}. *potus*, V. — *servatae*, Rd. *servate servare*, V. — *ad anginam*, VTd. *ad anguinum*, R, ad cuius marginem *is in una* est adscriptum. — *drachma una*, d. *drachma*, RT. *dramma*, V. *una drachma*, βγ. — *nidos*, T. — *dicitur*, R^{2}d. *dicunt*, VR^{1}T. — *potos*, T.

§ 35. *Millipedam*, R^{2}. *Milipedam*, R^{1}d. *Milipeda*, V. *Multipedam*, K. — *anguinis*, R. — *efficacissime*, R^{1}. — *alii XI*, R. *alixi*, V. *alii XX*, d. *alii XXI*, βγ. — *per harundinem dari*, VRd. *dari per arundinem*, βγ. — *Tradent*, VR^{1}. — *bibatur is*, Rd. *bibat turis*, V. — *et*, Rd. *ex*, V. — *et oleo*, R^{2}. *oleo*, VR^{1}d. — *ex*, R^{2}. *e*, VR^{1}d. — *viticis*, VRTdϑφ. *vitis*, β.

§ 36. *sanguinis*, VRd. — *in cibo*, R^{2}. *cibo*, θVR^{1}Tdγ. — *idem*, VR^{2}d. *id est*, R^{1}. — *cinerem*, VRd. — *adalligatur*, Rd. *adalligatur oportet*, V. — *post dies XXX*, V. *post dies XX*, Td. Om. R. — *alium adalligare oportet*, d^{2}. *alium adalligatum oportet*, Vd^{1}. *oportet alium*, R. *oportet alium adalligari*, βγ. Nos *adalligari* ex βγ retinuimus. — *argenteo*, d. *argento*, VR^{1}. *argente*, R^{2}. — *feminas*, θVRd. — *struma*, R.

§ 37. *Et veteres*, VR^{2}. *Veteres*, R^{1}dβγ. — *frutecti*, VR^{1}.

dum cum sebo taurino inponitur, anguinus adips mixtus oleo,
item anguium cinis ex oleo inlitus vel cum cera. Edisse
quoque eos medios, abscisis utrimque extremis artibus, ad-
versus strumas prodest vel cinerem bibisse in novo fictili
ita crematorum, efficacius multo inter duas orbitas occisorum.
Et gryllum inlinere cum sua terra effossum suadent, item 38
fimum columbarum per sese vel cum farina hordeacia aut
avenacia ex aceto, talpae cinerem ex melle inlinere. Alii
iecur eiusdem contritum inter manus inlinunt et triduo non
abluunt; dextrum quoque pedem eius remedio esse strumis
adfirmant. Alii praecidunt caput et cum terra a talpis excita
tunsum digerunt in pastillos pyxide stannea et utuntur ad
omnia quae intumescunt et quae apostemata vocant quaeque
in cervice sint; vesci suilla tunc vetant. Tauri vocantur sca- 39
rabaei terrestres ricino similes; nomen cornicula dedere;
alii pediculos terrae vocant. Ab his quoque terram egestam
inlinunt strumis et similibus vitiis et podagris, triduo non
abluunt; prodest haec medicina in annum omniaque his ad-
scribunt quae nos in gryllis retulimus. Quidam et a formicis
terra egesta sic utuntur; alii vermes terrenos totidem quot
sint strumae adalligant pariterque cum iis arescunt. Alii 40
viperam circa canis ortum circumcidunt ut diximus, dein
media conburunt, cinerem eum dant bibendum ter septenis
diebus, quantum prehenditur ternis digitis; sic strumis me-
dentur, aliqui vero circumligantes lino quo praeligata infra
caput vipera pependerit donec exanimaretur. Et millepedis

cum sebo, R^{2}d. *sebo cum*, VR^1. *cum sevo*, βγ. — *anguinis*, V. — *item anguium cinis*, R^2. Omitt. θVR^{1}Td. — *ex oleo*; pro his vv. habent *vel* θV; omitt. RTd. — *medius*, VR^1. — *abscisis*, V. *abscissis*, Rdβ. — *utrumque*, V. — *extremis artibus*, R^2. *extremis partibus*, VR^1. *partibus extremis*, Td. *extremis artubus*, βγ.

§ 38. *inlinere*, VRd. *illinire*, βγ. — *cum sua terra effossum*, d. *cum sua terra effossum cum sua terra*, VR. — *per sese*, VRd. *per se*, βγ. — *ordeacia*, V. — *aut avenacia*, VR. *aut avenacea*, θTd. *avenaceave*, β. — *inlinere*, VRd. *illinire*, βγ. — *caput et cum terra*, R^{2}d. *terra et cum caput*, VR^1. — *excita*, V. *excitata*, Rdβγ. — *degerunt*, VRd. — *pastillos*, R^{2}d. *pastillis*, VR^1. *pastillos conduntque*, K. — *stagnea*, VR. — *vesci*, VRd. *vescique*, βγ. — *sulla*, V.

§ 39. *similis*, V. — *peduculos*, V. — *Ab his*, VR. *alii*, d. — *et similibus*, Rd. *etsi similibus*, V. — *prodest*, VRd. *prodestque*, βγ. — *gryllis*; h. v. semper per *i* efferunt VR. — *sicut*, V. — *quod*, V. — *alligant*, d. — *is*, V. *his*, Rdβγ.

§ 40. *diximus* 29, 70. 121. — *media*, VR. *mediam*, dβγ. — *cumburunt*, V. — *cinerem eum*, Rd. *dein cinerem eum*, Vβ. — *prehitur*, R^1. *prenhitur*, R^2. —

utuntur addita resinae terebinthinae parte quarta, quo medicamento omnia apostemata curari iubent.
13. Umeri doloribus mustelae cinis cum cera medetur. 41
Ne sint alae hirsutae, formicarum ova pueris infricata praestant; item mangonibus, ut lanugo tardior sit pubescentium, sanguis e testiculis agnorum cum castrantur, qui evolsis pilis inlitus et contra virus proficit.
14. Praecordia vocamus uno nomine exta in homine, quo- 42
rum in dolore cuiuscumque partis, si catulus lactens admoveatur adprimaturque his partibus, transire in eum dicitur morbus, idque exinterato perfusoque vino deprehendi, vitiato viscere illo quod doluerit hominis; et obrui talis religio est.
Hi quoque quos Melitaeos vocamus stomachi dolorem se- 43
dant adplicati saepius; transire morbos aegritudine eorum intellegitur, plerumque et morte. VI. Pulmonis quoque vitiis medentur et mures, maxume Africani, detracta cute in oleo et sale decocti atque in cibo sumpti; eadem res et purulentis vel cruentis exscreationibus medetur, 15. praecipue 44
vero coclearum cibus stomacho; in aqua eas subfervefieri intacto corpore earum oportet, mox in pruna torreri nihilo addito atque ita e vino garoque sumi, praecipue Africanas; nuper hoc conpertum plurumis prodesse. Id quoque observant ut numero inpari sumantur; virus tamen earum gravitatem halitus facit. Prosunt exscreantibus et sanguinem dempta testa tritae in aquae potu. Laudatissimae autem sunt 45

circumligantes, VRd. *circumligant eas*, βγ. — *intra*, VR. — *millepedis*, d. *milipedis*, V. *millipedis*, R^{2}. *milipedes*, R^{1}. *multipedis*, K. — *resina*, R. — *terebintine*, R. — *postemata*, R. — *curare*, VRd.

§ 41. *alae*, VRdϑρφ. *halae*, Tδ. *malae*, β. — *cum*, VR^{1}Td. *qui*, R^{2}βγ.

§ 42. *si*, Rd. *sic*, V. — *lactes*, V^{2}R^{1}. *lactis*, V^{1}. *lactus*, R^{2}. *lactans*, d. — *apprimaturque his*, d. *adprimatur quiaetis*, V. *adprimeturque his*, R^{2}. *adprimatisque his*, R^{1}. — *dicitur morbus*, VRd. *morbus dicitur*, βγ. — *exinterato*, R^{2}. *exintrato*, VR^{1}d. *exenterato*, r. *in exenterato*, βγ. — *perfusoque*, VRd. *perfussoque*, Kr. *profusoque*, β. — *vitiato*, R^{2}. Omitt. VR^{1}d. — *hominis et*, R. *homini sed*, V. *hominis sed*, d.

§ 43. *Hii*, VR. — *Melitaeos*, codd. Barbari. *melilotos*, R^{2}. *melletitos*, VR^{1}. *meletitos*, d. — *transire*, VRdr. *transireque*, β. — *morbu''*, d. — *aegritudinem*, R. — *Pulmonis*, V. *Pulmones*, R^{1}. *Pulmonum*, θR^{2}dβ. — *quoque*, θV. *quioque*, R^{1}. Omitt. R^{2}dβ. — *et mures*, R^{2}. *id mures*, VR^{1}d. — *adque*, V. — *parulentis*, R^{1}. — *excriationibus*, V.

§ 44. *praecipuero clearum*, R^{1}. — *mox*, VRd. *mox et*, βγ. — *nihilo addito*; haec verba omittit Plin. Valer. 2, 15. cetera ad verbum exscribens. — *e vino ita*, d. — *garique*, V. — *sumantur*, θVRTd. *sumant*, β. — *excreantibus et sanguinem*, VR. *et sanguinem exscreantibus*, dβγ.

Africanae — ex his Iolitanae, — Astypalaeicae, Aetnaeae Si-
culae modicae, quoniam magnitudo duras facit et sine suco,
Baliaricae quas cavaticas vocant, quoniam in speluncis na-
scuntur, laudatae et ex insulis Caprearum, nullis autem cibis
Graecae, neque veteres neque recentes. Fluviatiles et albae
virus habent, nec silvestres stomacho utiles alvom solvont,
item omnes minutae; contra marinae stomacho utiliores,
efficacissimae tamen in dolore stomachi; laudatiores traduntur
quaecumque vivae cum aceto devoratae. Praeterea sunt quae 46
aceratae vocantur, latae, multifariam nascentes, de quarum
usu dicemus suis locis. Gallinaceorum ventris membrana in-
veterata et inspersa potioni destillationes pectoris et umidam
tussim vel recens tosta lenit. Cocleae crudae tritae cum
aquae tepidae cyathis tribus si sorbeantur, tussim sedant.
Destillationes sedat et canina cutis cuilibet digito circumdata.
Iure perdicum stomachus recreatur.

16. Iocineris doloribus medetur mustela silvestris in cibo 47
sumpta vel iocinera eius, item viverra porcelli modo inassata,

§ 45. *ex his Iolitanae*, Gronov. *exisiolitanae*, V. *ex his olitatne*, R^{2}. *ex his olitanae*, ϑρφ. *exiri olitatne*, R^{1}. *exin Solitanae*, θK. *exitio litanae*, d. *ex his Solitanae*, βγ. *Iol* (in Numidia) *ad mare, aliquando ignobilis, nunc, quia Iubae regia fuit et quod Caesarea vocitatur, illustris*, Mela I. 6, 1. coll. Plin. 5, 20., Strab. 17. p. 831. et Ptolemaeo IV. 2, 5. — *Astypalaeicae*, θVR^{1}K. *Casypalaeicae*, R^{2}. *Astypaleicacie*, d. — *Aetnaeae*, Gronov. *etne*, VR^{1}. *et*, γ. Omitt. R^{2}dβ. — *medicae*, V^{1}. — *magnitudo — quoniam*, om. d. — *Baliarice*, V. *Balearicae*, Rβγ. — *in speluncis*, Rd. *in ^{h}is speluncis*, V. — *Caprearum*, r. *ex Caprearum*, VRd. At quid sibi volunt verba *ex insulis Caprearum*? Duarum insularum nomina Plinius scripserat, ita ut nunc legendum sit *ex insulis ..... et Caprearum*; de genetivo nominis insularum v. ad 36, 16. — *nullis*, θVR^{1}. *nullae*, R^{2}dβγ. — *autem*, VRd. *autem earum*, K. — *Grece*, R^{2}. *gratae*, VR^{1}dβγ. — *nec*, VRTd. *nec non*, β. Om. K. — *utiles*, θVRTdδϑρφ. *inutiles*, Barbar. β. — *tamen*, Rd. *si*, V. — *laudatiores*; pro h. v. habet *fraudalis* R, *flaudätis* d, *^{fr}audatis* V (post *f* videtur *l* fuisse). *fluentis*, Gronov. Eodem iure vel *ardentis* (21, 130. 23, 12.) vel *redundantis* (11, 149.) legi possit. — *vive*, R^{2}. *ute*, R^{1}d. *ut*, V. *rite*, T. *tritae*, Pint. *stomachi quaecunque latiores, traduntur vivae cum*, K.

a *gra*

§ 46. *aceratae*, d. *everatoe*, V. *averatoe*, R. ἀχέρατοι, Gronov. ad § 73. Cum nusquam alibi Plinius harum coclearum mentionem iniecerit, quid h. l. scripserit, in ambiguo est. Terminatio *oe* utique praeferenda. — *latae*, R^{2}d. *tantae*, VR^{1}. — *multifariam*, θVRTd. *multifariamque*, β. — *dicemus suis*, VRd. *suis dicemus*, βγ. — *membrana si inveterata*, VRd. — *potione*, d. — *destillationes*, V. *distillationes*, Rdβ. Item infra. — *humidatam*, R^{2}. *humide*, VR^{1}d. — *cana*, V.

§ 47. *Iocineris*, θVRTd. *Iocinerum*, β. — *viverra*, R^{2}d (codd. Gel.) *ituerura*, R^{1}. *id verura*, V. *viverrula*, T. — *procelli*, VR. — *multipedae ita*, R^{2}d. *multipedae*, R^{1}. *multipeda*, V. — *ut ter*, d. *ut*, VR^{1}. *ul*, R^{2}. — *septene*, R^{2}.

suspiriosis multipedae ita ut ter septenae in Attico melle
diluantur et per harundinem bibantur; omne enim vas earum
nigrescit contactu; quidam torrent ex his sextarium in pa-
tina donec candidae fiant, tunc melle miscent; alii centipe-
dam vocant et ex aqua calda dari iubent. Cocleae in cibo 48
iis quos linquit animus aut quorum alienatur mens aut quibus
vertigines fiunt ex passi cyathis tribus singulae contritae
cum sua testa et calefactae in potu datae diebus plurumum
novem; aliqui singulas primo die dedere, sequenti binas,
tertio ternas, quarto duas, quinto unam; sic et suspiria emen-
dant et vomicas. Esse animal locustae simile sine pinnis, 49
quod troxallis Graece vocetur, Latinum nomen non habeat,
aliqui arbitrantur, nec pauci auctores hos esse qui grylli
vocentur; ex his xx torreri iubent ac bibi e mulso contra
orthopnoeas sanguinemque exspuentibus. Cocleis est qui in-
lotis protropum infundat vel marinam aquam, ita decoquat
et in cibo sumat, aut si tritae cum testis suis sumantur cum
protropo; sic et tussi medentur. Vomicas privatim sanat mel 50

septini, V R[1]. *septeni*, d. — *deluantur*, R[1]. *diruantur*, R[2]. — *earum nigrescit*, d. *nigrescit*, V T. *ini ingrescit*, R. — *contractu*, R[1]. — *torrent*, d (codd. Barbari). *torrens*, V R[1]. *torrentis*, R[2]. — *ex iis*, codd. Barbari. Omitt. V R T d. — *candidi*, V. — *centipedam*, R. *centumpedum*, θ V. *centum pedem*, d. — *calda*, R[2]. *calida*, V[2]. Omitt. θ V[1] R[1] T d γ.

§ 48. *cibo iis*, ita nos scripsimus, quamquam nobis persuasum est sic quoque corruptelam in his vv. inesse, cum quae infra sequuntur verba *in potu* cum iis conciliari nequeant. *cib is*, V (videtur *o* erasum). *cibo is*, R (per *o* linea verticali traducta). *cibos his*, d β γ. *cibis his*, r. *cibis dantur his*, K. — *inquit*, d. — *singulae*, R d. *ingule*, V. — *aliquis*, V R. — *tertio*, R[2]. Omitt. V R[1] d. — *duds*, R[2]. Omitt. V R[1] d. — *emendat*, V R. — *vomitas*, R.

§ 49. *Esse*, V R T d δ ϑ ρ φ. *Est*, β. — *locus*, R[1]. *lucuste*, R[2]. — *troxallis*, ita nos scripsimus ex codd. Aeliani hist. anim. 6, 19. *troxalis*, codd. indicis libri primi, γ. *trixalis*, V R[1] d. *tyxallis*, R[2]. *tryxalis*, β. — *vocetur*, V R[1] T d ϑ. *vocatur*, R[2] β. — *nomen non habeat*, V R[2] δ ϑ ρ φ. *non habeat*, R[1]. *non habeat nomen*, T d. *nomen non habet*, β. — *aliqui*, V R T d ϑ ρ φ. *ut aliqui*, β. *aliqui vero*, δ. *ut aliqui auctores*, K. — *nec pauci auctores*, θ V R T d. *nec pauciores*, δ ϑ ρ φ β. *alii nec pauciores*, K. — *hos esse qui*, Gronov. *hoc esse quod*, θ V R T d δ ϑ ρ φ β γ. — *grilli vocentur*, θ V R d δ ϑ ρ φ. *gryllus vocetur*, β γ. — *XX*, V R[2] d. *triginta*, R[1]. — *torreri iubent*, R[2] d. *torri iubent*, R[1]. *torrenti bibent*, V. — *vivi*, V ex emend. — *sanguinemque*, R. *sanguinem*, V d. — *Cocleis est qui*, ita nos scripsimus. *cocleae est qui*, V R d. *Est qui cochleis*, β γ. — *protropum*, R[2]. *protopum*, V R[1] d. — *marina aqua*, V d. — *aut si tritae*; delendam esse existimo coniunctionem *si*, cum quem ad finem ea h. l. sit posita, nemo possit explicare. — *sumantur cum*, V R. *sumantur vel cum*, T d. — *tussi medentur*, R[2]. *tussim emendentur*, R[1]. *tussim emmendentur*, V. *tussim emendant*, T d.

in quo apes sint inmortuae. Sanguinem reicientibus pulmo volturinus vitigineis lignis conbustus adiecto flore punici mali ex parte dimidia, item cotoneorum liliorumque iisdem portionibus potus mane atque vesperi e vino, si febres absint, si minus, ex aqua in qua cotonea decocta sint.

17. Pecudis lien recens magicis praeceptis super dolentem 51
lienem extenditur dicente eo qui medeatur lieni se remedium facere; post hoc iubent in pariete dormitori eius tectorio includi et obsignari anulo, ter noviens carmen dici. Caninus si viventi eximatur et in cibo sumatur, liberat eo vitio; quidam recentem superinligant. Alii duum dierum catuli ex 52
aceto scillite dant ignoranti vel herinacei lienem, item coclearum cinerem cum semine lini et urticae addito melle, donec persanet. Liberat et lacerta viridis viva in olla ante cubiculum dormitorium eius cui medeatur suspensa, ut egrediens revertensque attingat manu, cinis e capite bubonis cum unguento, mel in quo apes sint inmortuae, araneus et maxume qui lycos vocatur.

18. Upupae cor lateris doloribus laudatur, coclearum ci- 53
nis in tisana decoctarum; et per se inlinuntur; canis rabiosi calvariae cinis potioni inspergitur. Lumborum dolori stellio transmarinus capite ablato et intestinis decoctus in

§ 50. *inmortuae*, ita nos scripsimus. *demortuae*, θVRTdγ. *emortuae*, β. At neque hoc neque illud admittit usus Plinii, qui de hac re semper dicit *inmori*; v. 29, 128. 143. 30, 30. 58, 62. 73. — *vitigneis*, V. — *adiecto*, VR^{2}d. *deiecto*, R^1. — *punici mali*, VR. *mali punici*, dβγ. — *cotoniorum*, VR^1. — *liliorumque*, VR^{2}d. *ut liliorumque*, R^1. — *potionibus*, V. — *potus*, VRd. *flos potus*, K. — *vesperi e vino*, RTd. *vesper tersino*, V. *vesperi in vino*, βγ. — *si febres absint*, θVRTd. *si febris absit*, β. — *ex aqua*, Rd. *in aqua*, V. — *cotonia*, VR. — *sint*, θVRTd. *sunt*, β.

§ 51. *post hoc*, θVRd. *post haec*, β. — *iubent*, VRd. *iubent eum*, βγ. — *tectorio*, VRTd. *tectoriove*, θ. *tectove*, β. — *obsignare*, VR^1. — *ter novies*, Rd. *terno vies*, V. *ter noviesque*, T. *terque novies*, βγ. — *carmen*, d. *earum*, V. *earumque*, R. — *eximatur*, d (codd. Gel.) *existimatur*, V. *exhistimatur*, R. — *eo vitio*, R^2. *evomitio*, V. *evo initio*, R^1. *////vomitu* (e superscr.), d. *vomitu*, T. — *superinligant*, θV. *superilligant*, Tdδϑρφγ. *superalligant*, β.

§ 52. *duum*, θVRTdϑ. *duorum*, β. — *scilite*, R^1. *scilice*, V. *in scililico*, R^2. *alii*, d (in rasura). *scillitico*, βγ. — *ignoranti*, R. *irenanti*, Vd. — *irenacei*, VR^{2}d. *irenantei*, R^1. — *persanet*, R^2. *persanent*, θVR^{1}Td. — *Liberat*, Td. *Eo liberat*, codd. Gel. βγ. *Libera*, VR^1. *Eo libera*, R^2. — *dormitorii*, Td. — *medeatur*, RTd. *mediatur*, θ. *mediature*, V. *medetur*, codd. Gel. β. — *e*, VR^{2}d. *a*, R^1. — *ungento*, R^1. — *inmortuae*, ita nos scripsimus coll. ad § 50. *emortuae*, β. *mortuae*, VRdγ. — *licos*, R^{2}d. *lycus*, θV. *licus*, R^1.

§ 53. *pupae*, V (deletum *u* videtur). — *lateris*, VRTd. *in lateris*, βγ. —

vino cum papaveris nigri denari pondere dimidio eo suco bibitur. Lacertae virides decisis pedibus et capite in cibo sumuntur, cocleae tres contritae cum testis suis atque in vino decoctae cum piperis granis xv. Aquilae pedes evel- 54
lunt in aversum a suffragine ita ut dexter dexterae partis doloribus adalligetur, sinister laevae. Multipeda quoque quam oniscon appellavimus medetur denari pondere ex vini cyathis duobus pota. Vermem terrenum catillo ligneo ante fisso et ferro vincto inpositum aqua excepta perfundere et defodere unde effoderis magi iubent, mox aquam bibere catillo, mire id prodesse ischiadicis adfirmantes.

VII. 19. Dysintericos recreant femina pecudum decocta 55
cum lini semine aqua pota, caseus ovillus vetus, sebum ovium decoctum in vino austero; hoc et ileo medetur et tussi veteri, dysintericis stellio transmarinus ablatis intestinis et capite pedibusque ad cutem decoctus aeque et cibo sumptus, cocleae duae cum ovo, utraque cum putamine contrita atque in vase novo addito sale et passi cyathis duobus aut palmarum suco et aquae cyathis tribus subfervefactis et in potu datis. Prosunt et conbustae ut cinis earum bibatur in vino 56
addito resinae momento. Cocleae nudae de quibus diximus in Africa maxume inveniuntur, utilissimae dysintericis qui-

laudatur, R^2. *laudantur*, VR^{1}Td. — *coclearum*, VRTd. *et cochlearum*, $\beta\gamma$. — *cinis*, R^2. *cibus*, VR^1. *cibi*, Td. — *tisana*, ita nos scripsimus. *ptisana*, $\beta\gamma$. *tipsana*, d. *tisibina*, R. *tisi bina*, V. — *et per se*, VRTd. *quae et per se*, $\beta\gamma$. — *cinis*, VRTd. *cibus*, θ. — *potioni inspergitur*, R. *potiosi insuper*, V. *inspergitur*, Td. — *stelio*, R^{2}d. *stelionis*, VR^{1}K. — *transmarini* et *decocti*, K. — *capite* — *decoctus in*, R^2. Omitt. VR^{1}d. — *eo*, VR^{2}d. Om. R^1. — *suco*, Rd. *sucu*, V. *succus*, K. *et succus*, Gesner. hist. anim. 2, 95. — *Lacerti*, d. — *viridis*, V. — *pede*, V. — *suis testis*, d.

§ 54. *aversum*, θVRKdr. *adversum*, β. — *a suffragine*, Kd. *usufragine*, V. *ac* //// *sufragine*, R. *ac suffraginem*, r. — *dexter*, d. *dextere*, V^1. Omitt. V^{2}R. — *dexterae*, R. *dextrae*, d. *dextre*, V. — *adalligetur*, R^{2}d. *alligetur*, V. *eligetur*, R^1. — *laeva*, Rd. — *quam oniscon*, R^2. *quam niscon*, Vd. *quaniscon*, R^1. — *appellavimus* 29, 136. — *vini*, VR^{1}K. *vino*, R^{2}d$\beta\gamma$. — *fissom*, V (a m. pr. *fissum*, ut videtur). — *inpositum*, Vd^2. *inposito*, Rd^1. — *fodere*, VRd. — *sciadicis*, R. *iscidisci*, V.

§ 55. *vetus*, R. *seu eius*, V. *sive ius*, d. *et ius*, T. — *et*, om. d. — *ileo*, R^2. *illeo*, d. *illio*, R^1. *illic*, V. — *et tussi veteri*, R^{2}d. *et tussi vetere*, R^1. *et in tussi vetere*, V. — *stelio*, V. — *ad cutem*, V. *ac cute*, Rd$\beta\gamma$. — *decoctus aeque et cibo*, θVRTd. *decoctusque et in cibo*, β. — *putramine*, R. — *contra*, V. — *subfervefacta et in potu data*, K.

§ 56. *cobuste*, V. — *ut*, Rd. *et*, V. — *bibantur*, VR^1. — *addito*, R^{2}d. Omitt. VR^1. — *diximus* 29, 112. — *inveniantur*, V.

nae conbustae cum denari dimidii pondere acaciae; ex eo
cinere dantur coclearia bina in vino myrtite aut quolibet
austero cum pari modo caldae. Quidam omnibus Africanis 57
ita utuntur, alii totidem Africanas vel latas infundunt potius,
et si maior fluctio sit, addunt acaciam fabae magnitudine.
Senectus anguium dysinteriae et tenesmis in stanneo vase
decoquitur cum rosaceo, vel si in alio, cum stanno inlinitur.
Ius ex gallinaceis iisdem medetur, sed veteris gallinacei sal-
sum ius vehementius alvom ciet. Membrana gallinarum tosta 58
et data in oleo ac sale coeliacorum dolores mulcet, — abs-
tineri autem frugibus ante et gallinam et hominem oporteat,
— fimum columbinum tostum potumque. Caro palumbis in
aceto decocta dysintericis et coeliacis medetur, turdus inas-
satus cum myrti bacis dysintericis, item merulae, mel in quo
apes sint inmortuae decoctum.

20. Gravissimum vitium ileos appellatur; huic resisti aiunt 59
discerpti vespertilionis sanguine, etiam inlito ventre subve-
niri. Sistit alvom primum coclea sicut diximus in suspiriosis
temperata, item cinis earum quae vivae crematae sint potus
ex vino austero, gallinaceorum iecur assum aut ventriculi
membrana quae abici solet inveterata admixto papaveris suco;
— alii recentem torrent ex vino bibendam; — ius perdicum 60

cum denarii dimidii pondere acaciae, R². *cum denarii pondere dimidii* (*dimidio*, *β*) *acaciae*, *βγ*. Omitt. VR¹d. — *ex*, VRdr. *exque*, *β*. — *mirtite*, V.

§ 57. *Quidem*, V. — *ista*, R. — *vel latas*. Etsi Plinius alibi (29, 137. 30, 77. 121.) cocleas *latas* tamquam certum aliquod earum genus affert, hoc tamen loco, ubi eae Africanis opponuntur, vix tolerari poterunt et non multum abest, quin Plinium scripsisse existimem *Iolitanas* coll. § 45. Cocleae *Africanae Iolitanae* eodem iure dicuntur quo *Aetnaeae Siculae* l. l. — *fluctio*, VR². *fluctuo*, R¹. *fluxio*, d*βγ*. *fluitio*, r. — *acaciem*, VR. — *anguim*, V. — *dysenteriae*, Td. *dysintericae*, VR. *dysentericis*, *βγ*. — *tenesmus*, V. *tenesmos*, R. — *stagneo*, Rd. *stagnaeo*, V. — *stagno*, VR¹d. *in stagno*, R². *cum tubulo stanneo illinitur*, K. *vel cum tubulo stanneo linitur*, Dalec. — *ex gallinaceis*, VTd. *ex gallinaceo*, R. *e gallinaceo*, *βγ*. — *isdem*, R². *idem*, V²R¹d. *id est*, V¹. — *salsum ius vehementius alvum ciet*, *θ*. *vehementius salsum ius alvum ciet*, Rd*βγ*. *vehementius salsum in salvum ciet*, V.

§ 58. *Membra*, Vd. — *posta*, VR¹. — *colicorum*, Gesner. hist. anim. 3, 297. — *mulcent*, VR. — *abstineri*, R². *abstinere*, VR¹d*β*. — *frugibus*, VRd. *a frugibus*, *βγ*. — *gallinam*, d. *gallinacei vehementius salsum ius alvum ciet et sicut supra diximus*, V. *gallinacei vehementius salsum ius alvum ciet. Sicut sup̄ diximus et gallinam*, R. — *oporteat*, VR. *oportet*, d*βγ*. — *tostum*, R²d. *totum*, VR¹. — *palumbis*, VR¹d. *palumbi*, *β*. — *inassatus*, R. *inassatur*, Vd. — *merulae*, R. *medullae*, V. *medetur*, d. — *apes sint inmortuae*, R². *apes sint mortuae*, VR¹d. *sint immortuae apes*, *β*.

et per se ventriculus contritus ex vino nigro, item palumbis
ferus ex posca decoctus, lien pecudis tostus et in vino tritus,
fimum columbinum cum melle inlitum, ossifragi venter are-
factus et potus iis qui cibos non conficiant utilissimus, vel si
tantum manu teneant capientes cibum. Quidam adalligant 61
ex hac causa, sed continuare non debent; maciem enim facit;
sistit et anatum mascularum sanguis. Inflationes discutit co-
clearum cibus, tormina lien ovium tostus atque e vino potus,
palumbus ferus ex posca decoctus, adips otidis ex vino, cinis
ibidis sine pinnis crematae potus. Quod praeterea traditur
in torminibus mirum est, anate adposita ventri transire mor-
bum anatemque mori. Tormina et melle curantur in quo 62
sunt apes inmortuae decocto. Coli vitium efficacissime sanatur
ave galerita assa in cibo sumpta; quidam in vase novo cum
plumis exuri iubent conterique in cinerem bibique ex aqua
coclearibus ternis per quatriduum, quidam cor eius adalli-
gari femini, alii recens tepensque adhuc devorari. Consularis 63
Asprenatum domus est in qua alter e fratribus colo liberatus
est ave hac in cibo sumpta et corde eius armilla aurea in-
cluso, alter sacrificio quodam facto crudis laterculis ad for-
mam camini atque, ut sacrificium peractum erat, obstructo

§ 59. *vitium*, d. *vulnus vitium*, VR. — *ileos*, Barbar. *apii illieos*, V. *apuilleos*, d. *apuleius*, R^1. *apus*, R^2. — *aiunt*, R^2d. *eos aiunt*, VR^1. — *vespertilionis*, R^2d. *eos vespertilionis*, VR^1. — *eumque etiam*, K. — *ventre*, R^2. Omitt. VR^1d. — *subveniri*, θVR. *subvenire*, dβ. — *primum*, θVRTd. *et*, codd. Gel. β. — *diximus* § 48. — *aut*, θVRd. *cum*, β. — *membrana*, R^2. *membra*, θVR^1d. — *abiicere*, θ. — *solet*, R^2. *solent*, θVd. *solunt*, R^1. — *admixto*, Vd. *admixti*, R^2. Om. R^1. — *recentim*, V.

§ 60. *ius perdicum* — *item*, om. V. — *perdicium*, Rd. — *nigro item*, R^2d. *nigro*, R^1. Om. T. — *palumbis*, VR^1. *palumbus*, R^2Tdβγ. — *ex posca*, VRd. *e posca*, βγ. — *tostus*, VR^2d. *totus*, R^1. — *iis qui*, Rd. *hisque*, V. — *conficiant*, VRd. *conficiunt*, βγ. — *tantum manu*, VRd. *manu tantum*, βγ.

§ 61. *adilligant*, V. — *sed*, VR^2d. *se*, R^1. — *sistit*, Rd. *si sit*, V. — *macularum*, Vd. — *Inflationes*, R^2r. *Inflammationem*, θVd. *Inflamationū*, R^1. *Inflationem*, βγ. — *tormina*, VRTd. *tormina sanat*, β. — *tostos*, V. — *e vino*, VR. *in vino*, T. *vino*, d. — *adipsotidis*, R^2. *adipsodis*, V^1R^1. *adepsodis*, V^2. *atipsodis*, d (codd. Barbari). *apodes*, Barbar. βγ. — *ibide*, VR. *ibi de*, d. — *cremata*, VRd. — *mori*, R^1T. *emori*, VR^2dβγ.

§ 62. *in quo*, R^2. *quo*, VR^1d. — *inmortuae*, R^2d. *aemortuae*, V. *emortuae*, R^1. — *decocto*, R^2d. *decocte*, R^1. *decoctae*, V. — *bibic*, R^1. *bibi*, VR^2d. — *ex*, Rd. *et*, V. — *coclearibus*, R^2. *coqui faribus*, Vd. *quoque fratribus*, R^1. — *quadriduum*, V. — *cor*, omitt. VR^1. — *tepesque*, V. — *devoratur*, VR.

e m
§ 63. *aspraenatur*, R. *aspraenatur*, V. *aspernatur*, d. — *sumptus*, VR^1. — *alteri*, VR^1. — *facto sacello e crudis*, K. — *crudis*, R^2d. *crudas*, VR^1. — *ad formam*, θVRdr. *in formam*, β. — *sacrificium*, VR. *sacrum*, dβγ.

sacello. Unum est ossifrago intestinum mirabili natura omnia
devorata conficienti; huius partem extremam adalligatam prod-
esse contra colum constat. Sunt occulti interaneorum morbi 64
de quibus mirum proditur: si catuli priusquam videant ad-
plicentur triduo stomacho maxume ac pectori et ex ore aegri
suctum lactis accipiant, transire vim morbi, postremo exani-
mari dissectisque palam fieri aegri causas; mori et humari
debere eos obrutos terra. Magi quidem vespertilionis san-
guine contacto ventre in totum annum caveri dolorem tra-
dunt, aut in dolore, si quis aquam per pedes fluentem hau-
rire sustineat.

VIII. 21. Murino fimo contra calculos inlinere ventrem 65
prodest. Herinacei carnem iucundam esse aiunt, si capite
percusso uno ictu interficiatur prius quam in se urinam red-
dat; haec caro ad hunc modum occisi stilicidia in vesica
emendat, item suffitus ex eodem. Quod si urinam in se red-
diderit, eos qui carnem eam ederint, stranguriae morbum
contrahere traditur. Iubent et vermis terrenos bibi ex vino 66
aut passo ad conminuendos calculos vel cocleas decoctas ut
in suspiriosis, easdem exemptas testis tritasque tris in vini
cyatho bibi, sequenti die duas, tertia die unam, ut stilici-
dium urinae emendent, testarum vero inanium cinerem ad

est, R^{2}d. *erat*, VR^{1}.

§ 64. *Sunt*, R^{2}. Omitt. θVR^{1}d. — *stomachus*, VR. — *pectore*, R^{1}. — *sucum*, d. — *vim*, R ex corr. — *dissectique*, R^{1}. — *aegritudinis*, K. — *obrutus terrae*, V. — *quidam*, K. — *sanguinis*, VR^{1}. — *totum annum*, R^{2}. *toto anno*, VR^{1}d. — *dolorem*, omitt. VRd. — *aut in dolore*, θVRd. *aut per dolorem*, β. *at praesentem dolorem levari*, K. *aut si quis in dolore*, Pint. — *fluentes*, R^{2}d. *fluentis*, VR^{1}.

§ 65. *oculos*, VR^{1}d. *culos*, R^{2}. — *inlinere*, R^{2}d. *inline*, VR^{1}. *illinire*, β. — *Irenacei*, Rd. — *iucundam*, R. *iucundo*, d. *iocundo*, V. — *urinam reddat*; his verbis addunt *eos qui carnem ederint stranguriae morbum contrahere minime posse* βγ, quae omnia omittunt VRd. Debentur ea interpolatori, qui ex inferiori additamentum, ut ipsi videbatur, necessarium huc transtulit; sed turbant iustam orationis seriem, et si rem ipsam spectes, nihil continent, nisi quae statim infra sequuntur. *et eos qui carnem tum*, K. — *occisi*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 2, 1. *occisum*, VR. *occisa*, d. — *stillicidia*, d (Murbae.) *stillicia*, R. *stillicidi*, V. — *in vesica*, θ. *in vesicam*, V^{1}R. *in vessicam*, V^{2}. *vesicae*, d (Murbac.) β. — *eadem*, K. — *eam ederint*, V. *comederint*, RT. *ederint*, d (Murbac.) βγ. — *dicitur*, T.

§ 66. *Iuvat*, r. — *ut in*, VRTd. *uti*, β. — *tritasque tris*; pro his vv. habent *tres tritasque* Vd, *tres tristasque* R. — *vini*, R^{2}d. *vino*, VR^{1}. — *cyathos*, Rd. *quiatos*, V. — *duos*, V. — *tertia*, R. *tertio*, d. *tertios*, V. — *ut*, R^{2}d. Omitt. VR^{1}. — *stillicidium*, θVTd. *stillicidia*, R (*dia* ex corr.) β. — *emendent*, R^{2}. *emendant*, VR^{1}d. — *inannium*, V. — *cinere*, Vd. — *scorpionum cinerem*,

calculos pellendos, item hydri iecur bibi vel scorpionum ci-
nerem aut in pane sumi vel si quis cum locusta edit; lapillos 67
qui in gallinaceorum vesica aut in palumbium ventriculo in-
veniantur conteri et potioni inspergi, item membranam e
ventriculo gallinacei aridam vel, si recens sit, tostam; fimum
quoque palumbinum in faba sumi contra calculos et alias
difficultates vesicae, similiter plumarum cinerem palumbium
ferorum ex aceto mulso et intestinorum ex his cinerem co-
clearibus tribus; e nido hirundinum glaebulam dilutam aqua 68
calida, ossifragi ventrem arefactum, turturis fimum in mulso
decoctum vel ipsius discoctae ius. Turdos quoque edisse cum
bacis myrti prodest urinae, cicadas tostas in patellis, mille-
pedam oniscon bibisse et in vesicae doloribus decoctum
agninorum pedum. Alvom ciet gallinaceorum discoctorum ius
et acria mollit, ciet et hirundinum fimum adiecto melle sub-
ditum.

22. Sedis vitiis efficacissima sunt oesypum, — quidam 69
adiciunt pompholygem et rosaceum, — canini capitis cinis,
senecta serpentis ex aceto, si rhagades sint, cinis fimi canini
candidi cum rosaceo, aiuntque inventum Aesculapi esse eo-
demque et verrucas efficacissime tolli, murini fimi cinis, adips
cygni, adips bovae. Procidentia ibi sucus coclearum punctis

V R T d. *cinerem scorpionum*, *βγ*. — *aut in*, V R[1] T d. *aut*, R[2]. *in*, *βγ*. De *aut* — *vel* v. adnot. 30. indicis libri 35. — *quis*, V R. *que*, d. — *cum*; pro h. v. habent *ut* V R d. — *edat*, K.

§ 67. *lapillus*, R[1]. — *qui in*, R[2]. *qui*, V R[1] d. — *gallinae eorum*, V d. — *vesicae*, R d. *vessicae*, V. *ventre*, K. — *pallumbium*, V. — *et*, R[2] d. *in*, V R[1]. — *potioni*, R (ex corr.) *potionem*, d. *potionum*, V. — *ventriculo*, R d. *ventriculo. Inveniantur conteri et potionem inspergi*, V. — *tosta*, V R d. — *tribus. E nido*, Harduin. *tribus e nido*, *β*.

§ 68. *irundinum*, V. — *glebulam dilutam*, Hard. *Gryllum dilutum*, d *β*. *Grillum dirutum*, *θ* V R, ita ut hinc nova periodus incipiat. Fons emendationis est Plin. Valer. 2, 39: *De nido hirundinis glebula diluta ex aqua calida bibitur*; eadem tradit Marcellus empir. 26. p. 176. — *decoctum*, om. R[1]. — *Turdis*, V R[1]. — *milipedi amoniscon*, V R d. *multipedam*, K. — *ciet gallinaceorum*, R d. *ciet et gallinaceorum*, V (codd. Gel.) — *susditum*, V.

§ 69. *pompholygem*, Barbar. *pophilu͞* (o supra), R. *pompelium*, *θ* V. *pompolium*, d. — *ragades*, V. *raga*(da supra)*de////*, R. — *aiuntque*, R. *aiunt*, V d. — *inventum*, d. *inventu*, R[2]. *invento*, V R[1]. — *Aescolapi*, V. — *eodemque et*, *θ* V R T d. *et eodem*, *β*. — *fimo*, V d. — *adips cygni*, om. R[1]. — *adips bove*, V R. *adeps bove*, d. *sevum bovis*, *βγ*. — *Procidentia ibi*, V R[1] *δϑρφ*. *Procidenti alvi*, d[1]. *Procidentis alvi*, T d[2]. *Procidentia alvi*, *β*.

evocatus inlitu repellit. Attritis medetur cinis muris silvatici 70
cum melle, fel herinacei cum vespertilionis cerebro et canino
lacte, adips anserinus cum cerebro et alumine et oesypo,
fimum columbinum cum melle, condylomatis privatim ara-
neus dempto capite pedibusque infricatus. Ne acria perurant,
adips anserinus cum cera Punica, cerussa, rosaceo, adips
cygni; haec et haemorroidas sanare dicuntur. Ischiadicis co- 71
cleas crudas tritas cum vino Amineo et pipere potu prod-
esse dicunt, lacertam viridem in cibo ablatis pedibus, in-
teraneis, capite, sic et stellionem, adiectis huic papaveris
nigri obolis tribus, ruptis convulsis fel ovium cum lacte
mulierum. Verendorum informicationibus verrucisque mede- 72
tur arietini pulmonis inassati sanies, ceteris vitiis vellerum
eius vel sordidorum cinis ex aqua, sebum ex omento pecu-
dis et praecipue a renibus admixto pumicis cinere et sale,
lana sucida ex aqua frigida, carnes pecudis conbustae ex
aqua, mulae ungularum cinis, dentis caballini contunsi farina
inspersa, testibus vero farina ex ossibus canini capitis sine
carne tunsis; si decidat testium alter, spumam coclearum
inlitam in remedio esse tradunt. Taetris ibi ulceribus et ma- 73
nantibus auxiliantur canini capitis recentes cineres, cocleae
parvae latae contritae ex aceto, senectus anguium ex aceto

evocatis, V d. — *illitu*, R K. *inrita*, V. *irrita*, T d. *illita*, codd. Barbari, β. — *repellit*, θ V R T K d. *depellit*, β.

§ 70. *fel*, θ V R T d. *vel*, codd. Gel. β. — *irenacei*, R d. — *cerebro et canino*
an
lacte adeps ////serinus, R^{2}. *et anserinus*, θ V T d γ. Nihil horum habent R^{1} (codd. Gel.) β. *Anserinus adeps* legendum esse iam viderat Gesner. hist. anim. 3, 152. coll. Marcell. empir. 31. p. 222: „adeps anserinus cum eiusdem cerebro et oesypo et alumine subigitur et imponitur omnibus causis." — *cum cerebro*, θ V R T d. *cerebro*, codd. Gel. β. — *et oesypo*, V R d. *oesypo*, codd. Gel. — *condylomatis*, d. *condylomatim*, V. *condylomatum*, R. — *dempto capite*, R^{2} d. *demto capsite*, V. *tota pside*, R^{1}. — *infricatus*, V R T d r. *infricatur*, β. — *agria*, V. — *haec*, d. *hic*, V R. — *haemorroidas*, R. *homeridas*, d. *pipere. Et homoroidas*, V. — *sanari*, V.

§ 71. *Sciadicis*, R. — *Aminneo*, V R. — *et pipere*, R^{2} d. Omitt. V R^{1}. — *dicuntur*, V R. — *sic et*, V R. *sic*, d. — *fel*, R^{2} d. *felle*, V R^{1}.

§ 72. *informicationibus*, ita nos scripsimus coll. 28, 71. *formicationibus*, V R d β γ. Litterae *in* h. l. per *m* proximae vocis absorptae. — *sordidarum*, V d. — *umento*, V. — *et praecipue*, V. *praecipue*, R d β γ. — *pumicis cinere*, V R d. *cinere pumicis*, β γ. — *combistae*, V. — *aqua mulae*, R. *aquae mulsae*, V. *aqua mulsa et*, d. — *cinis*, R d. *cibus*, V. — *canini*; pro h. v. habent *cani vires* V R^{1} d, om. R^{2}. — *sine*, V R. *sint*, d. — *carne tunsis*; pro his vv. habet *caretusi* V, *carne tussis* R^{2}, *carne caretussis* R^{1}, *carne care tusis* d. — *in remedio*, V d. *remedio*, R β γ.

vel cinis eius, mel in quo apes sint inmortuae cum resina, cocleae nudae quas in Africa gigni diximus tritae cum turis polline et ovorum albo; tricesimo die resolvont; aliqui pro ture bulbum admiscent. Hydrocelicis stellionis mire prodesse 74 tradunt capite, pedibus, interaneis ademptis, relicum corpus inassatum, — in cibo id saepius datur, — sicut ad urinae incontinentiam caninum adipem cum alumine schisto fabae magnitudine, cocleas Africanas cum sua carne et testa crematas poto cinere, anserum trium linguas inassatas in cibo; huius rei auctor est Anaxilaus. At panos aperit sebum pe- 75 cudum cum sale tosto, murinum fimum admixto turis polline et sandaraca discutit, lacertae cinis et ipsa divisa inposita, item multipeda contrita, admixta resina terebinthina ex parte tertia; quidam et sinopidem admiscent cocleae contunsae. Et per se cinis inanium coclearum cerae mixtus discussoriam vim habet, fimum columbarum per sese vel cum farina hordeacia aut avenacia inlitum. Cantharides mixta calce panos scalpelli vice auferunt, inguinum tumorem cocleae minutae cum melle inlitae leniunt.

IX. 23. Varices ne nascantur, lacertae sanguine pueris 76 crura ieiunis a ieiuno inlinuntur. Podagras lenit oesypum cum lacte mulieris et cerussa, fimum pecudum quod liqui-

§ 73. *Tetrius*, R. *Laetrius*, V. *Letrius*, d. — *ulceribus*, d. *visceribus*, VR. — *et manantibus*, R^{2}. *manant*, R^{1}. *manantur*, Vd. — *recentes*, $VR^{1}d$. *recentis*, R^{2}*βγ*. — *parvae latae*, VRd. *latae parvae*, *βγ*. — *contrita*, V. — *senectus anguium ex aceto*, VRTd; om. *β*. — *eius*, VRTd. *earum*, K. — *sint immortuae*, *θ*VRTd. *sunt emortuae*, *β*. — *diximus* 29, 112. 30, 56. — *tritae*, Rd. *triatae*, V. *striatae* vel potius *aceratae*, Gronov. — *tricesimo*, RTd. *XXX.*, V. *tricesimoque*, K*β*. — *die resolvunt*, $R^{2}d$. *dierum solvunt*, VR^{1}. *die solvunt*, r. *die resolvuntur*, K. — *turae*, V. — *admiscent*, R^{2}. *admixtum*, $VR^{1}d$.

§ 74. *Hydrocelicis*, R. *Hydrocoelicis*, V. *Hydroceliacis*, d. — *stelionis*, V. *stelliones*, Rd*βγ*. — *interaneis ademptis*, *θ*VRTd. *interaneisque demptis*, *β*. — *reliqum*, V. *reliquo corpore inassato*, K. — *in cibo*, Plin. Valer. 2, 42. *cibi*, *θ*VRTd. — *cum*, $R^{2}d$. Omitt. VR^{1}. — *schisto*, K. *scisso*, VRd*βγ*. Alumen scissum nusquam alibi a Plinio commemoratur, schiston 31, 79. 33, 88. 35, 186. — *magnitudinem*, V.

§ 75. *At*, ita nos scripsimus. *Ad*, VR. Omitt. d*βγ*. — *cum sale*, R^{2}. *sale*, VR^{1}. *sal et*, d. — *murium*, d. — *discutit*, VR. *imposita. Descutit*, d. — *sinopidem*, R^{2}. *sinodem*, $VR^{1}d$. — *Et per*, R^{2}. *per*, $VR^{1}d$. — *inannium*, V. — *cum farina*, $R^{2}d$. *farina*, VR^{1}. — *Cantarides*, R. — *mixta*, d. *mixtum*, V. *mixte*, R (ex corr.) — *scapelli*, *γ* vitio operarum. — *auferunt*, *θ*VRTd. *aperiunt*, *β*.

§ 76. *lenit oesopum*, R. *lentio esydum*, V. *lenti esidum*, d.

dum reddunt, pulmones pecudum, fel arietis cum sebo, mures
dissecti inpositi, sanguis mustelae cum plantagine inlitus et
vivae conbustae cinis ex aceto et rosaceo, si pinna inlinatur
vel si cera et rosaceum admisceatur, fel caninum ita ne manu
attingatur sed pinna inlinatur, fimum gallinarum, vermium
terrenorum cinis cum melle ita ut tertio die solvantur; alii 77
ex aqua inlinere malunt, alii ipsos aceto mensura cum melle
cyathis tribus, pedibus ante rosaceo perunctis. Cocleae latae
potae tollere dicuntur pedum et articulorum dolores, bibun-
tur autem binae in vino tritae; eaedem inlinuntur cum hel-
xines herbae suco; quidam ex aceto intrivisse contenti sunt.
Sale quidam cum vipera cremato in olla nova saepius sumpto
aiunt liberari podagra, utile esse et adipe viperino pedes
perungui. Et de milvo adfirmant, si inveterato tritoque quan- 78
tum tres digiti capiunt bibatur ex aqua aut si pedes san-
guine cum urtica vel pinnis palumborum cum primum na-
scentur tritis cum urtica. Quin et fimum eorum articulorum
doloribus inlinitur, item cinis mustelae aut coclearum cum
amylo vel tragacantha. Incussos articulos aranei telae com-
modissime curant; sunt qui cinere earum uti malint sicut

dissecti, R^{2}d^{2} (codd. Gel.) Omitt. VR^{1}d^{1}. — *impositi*, d (codd. Gel.) *impositis*, VR. — *et rosaceo*, R^{2}. *ac rosaceo*, θVR^{1}Td. — *si pinna*, R^{2}. *pinna*, VR^{1}d.

§ 77. *alii*, V. *alium*, R^{2}. *aliqui*, R^{1}Td. — *inlinere*, VRd. *illiniri*, β. — *ipsos aceto mensura*, Rd. *ipsos aceto mensuram*, V. *ipso aceto mensura*, K^{1}. *ipsos acetabuli mensura*, K^{2}. Vulgata scriptura cum intelligi nequeat neque interpolationes illae aliquid iuvent, ad coniecturam confugiendum est, et Plinium fere scripsisse existimo *aceto maceratos dare*, uti ranae corpora in vini hemina macerata dicuntur 32, 81. — *melle cyathis*, Td. *melle sciatis*, V. *mele(i)siathis*, R. *mellis cyathis*, β. — *binae*, R. *bino*, Vd. — *eadem*, VRd. — *hexines herbae*, d. *hexines herba*, V. *exines herba*, R. — *contrivisse*, r. — *Sale quidam*, d. *sale. Quidam*, R. *Quidam*, V. *Quidam sale*, βγ. — *vepera*, V. — *crematus*, VRd. — *saepius*, Vdr. *et saepius*, Rβγ. — *liberari podagra*, VR^{1}d. *podagra liberari*, R^{2}βγ. — *adipem perino*, V.

§ 78. *capiunt*, V. *capiant*, Rdβγ. — *et si*, Dalec. — *sanguine*, d. *sanguinem*, VRTr$^{1\,2}$. *sanguinent*, β. *sanguine tumeant*, K. Legendum vero est *sanguine* (milvi) *inunguantur cum urtica*, coll. Plinio Valer. 3, 14: *adipe viperino, sanguine quoque milvi pedes perunguntur*, cui paria tradit Marcellus empir. 36. p. 246. — *palumborum*, Hard. *earum*, VRd. *eorum*, β. *eius*, Dalec. Harduin. coniecturam suam, quam ipse audaciorem dicit, superstruxit Marcello empirico l. l.: *columbinae pinnae maxime primum nascentes cum urtica atque impositae podagrae dolores levant*. Sed plura sunt, quae quominus Harduinum verum reperisse arbitremur impediant. Primum enim Marcellus de *columbis* loquitur, Harduin. *palumbos* invexit; deinde vix dicas, quomodo *earum*, quod potius ad *columbarum* ducat, ex *palumborum* oriri potuerit; denique transitus a milvo

fimi columbini cinere cum polenta et vino albo. Articulis 79
luxatis praesentaneum est sebum pecudis cum cinere e ca-
pillo mulierum; pernionibus quoque inponitur sebum pecu-
dum cum alumine, canini capitis cinis aut fimi murini. Quod
si pura sint, ulcera cera addita ad cicatricem perducunt vel
glirium crematorum favilla ex oleo, item muris silvatici cum
melle, vermium quoque terrenorum cum oleo vetere, et co-
cleae quae nudae inveniuntur. Ulcera omnia pedum sanat 80
cinis earum quae vivae conbustae sunt, fimi gallinarum cinis
exulcerationes, columbini fimi ex oleo. Attritus calciamento-
rum veteris soleae crematae cinis, agninus pulmo et arietis
sanat, dentis caballini contunsi farina privatim subluviem;
lacertae viridis sanguis subtritos et hominum et iumentorum
pedes sublitus sanat, clavos pedum urina muli mulaeve cum
luto suo inlita, fimum ovium, iecur lacertae viridis vel san-
guis flocco inpositus, vermes terreni ex oleo, stellionis caput
cum viticis pari modo tritum ex oleo, fimum columbinum
decoctum ex aceto; verrucas vero omnium generum urina 81
canis recens cum suo luto inlita, fimi canini cinis cum cera,
fimum ovium, sanguis recens murinus inlitus vel ipse mus

ad palumbos per copulam *vel* factus durior est, quam quem Plinium admisisse statuere possimus, praesertim cum de palumborum fimo statim infra cum vi aliqua loquatur, ubi Marcellus 34. p. 234. stercus columbinum, neque palumbinum, commemorat. Hinc totum locum magna lacuna deturpatum esse vere coniicias. — *fimum*, V. *fimus*, Rdβγ. — *dolorum*, VR. — *cum*, ita nos scripsimus. *et cum*, VRβγ. *aut cum*, Td. — *amilo*, VR. — *tragacantha*, θVRd. *tragacantho*, β. — *Incussos*, d. *Incusos*, R. *Incussis*, V. — *earum* — *cinere*, R[2]. Omitt. VR[1]d.

§ 79. *sebum*, Rd. *sevum*, γ. *et sebum*, Vβ. — *e capillo*, R[2]. *et capillo*, θVR[1]d. — *pura*, θVRTd. *putrida*, β. — *cera*, R[2] (codd. Gel.) Omitt. VR[1]d. — *glirium*, Harduin. ex Marcello empir. 34. p. 232. *grillium*, θVRTd. *gryllorum*, β. — *ex*, VR[2]d. *et*, R[1].

§ 80. *uvi*, V. — *sunt*, V. *s̄*, R[1]. *sint*, R[2]dβγ. — *fimi gallinarum*, θVRTd. *fimique gallinacei*, β. — *columbini fimi*, θVRTd. *columbini*, r. *columbini fimi cinis*, β. — *Attritus*, R[2]d. *Attribus*, R[1]. *Ad tribus*, V. — *calciamentorum*, VRd. *etiam calceamentorum*, βγ. — *soleae crematae*; pro his vv. habent *soli* Rd, om. V. — *cinis agninus pulmo et arietis*, om. V. — ////*ninis* [ac u], R. — *sana*[nt], R. — *dentibus*, VR. — *sublevat*, d. — *sanguis* — *lacertae viridis*, om. R[1]. — *subtritos*, Gesner. hist. anim. 2, 42. *subtritus*, VR[2]dβγ. — *pedes*, R[2]. Omitt. Vd. — *sanat*, Vd. Om. R[2]. — *clavos* — *illita*, omitt. Vd. — *vel sanguis*, d. *vel sanguinis*, VR[2]. *sanguinis*, R[1]. — *imponitur*, r. — *cum*, omitt. VRd. — *urticis*, Hard. — *tritus*, VR.

§ 81. *verrucas vero*; pro his vv. habent *verrucarum* Rd. Quid in V legatur, non liquet. — *luto*, R[2]d. *loto*, V[1]. *lotu*, V[2]. *lota*, R[1]. — *intita*, R[1]. — *fimi*, Rd. *fi*, V. — *canini cinis*, R[2]d. *caninis*, VR[1].

*

divolsus, herinacei fel, caput lacertae vel sanguis vel cinis
totius, membrana senectutis anguium, fimum gallinaceum
cum oleo et nitro. Cantharidas cum uva taminia intritae ex-
edunt, sed ita erosas aliis quae ad persananda ulcera de-
monstravimus curari oportet.

X. 24. Nunc praevertemur ad ea quae totis corporibus 82
metuenda sunt. Fel canis nigri masculi amuletum esse di-
cunt magi domus totius suffitae eo purificataeve contra omnia
mala medicamenta, item sanguinem canis respersis parietibus
genitaleque eius sub limine ianuae defossum. Minus mirentur
hoc qui sciunt foedissimum animalium in quantum magni-
ficent ricinum, quoniam uni nullus sit exitus saginae nec
finis alia quam morte, diutius in fame viventi; septenis ita
diebus durasse tradunt, at in satietate paucioribus dehiscere.
Hunc ex aure sinistra canis omnis dolores sedare adalliga- 83
tum; eundem in augurio vitalium habent; nam si aeger ei
respondeat qui intulerit a pedibus stanti interrogantique de
morbo, spem vitae certam esse, moriturum nihil respondere;
adiciunt ut evellatur ex aure laeva canis cui non sit alius
quam niger color. Nigidius fugere toto die canes conspectum 84
eius qui e sue id animal evellerit scriptum reliquit. Rursus
magi tradunt lymphatos sanguinis talpae adspersu resipi-
scere, eos vero qui a nocturnis dis faunisque agitentur dra-
conis lingua et oculis et felle intestinisque in vino et oleo

irenacei, Rd. — *anguinum*, VR. — *gallinarum*, d[1]. — *cum*, om. V. — *Cantharidas*, VRd. *Cantharides*, βγ. — *tamina*, V. — *intrita exeunt*, VRd. — *demonstravimus*, R. *monstravimus*, Vdβγ.

§ 82. *praevertemur*, VR. *revertem'*, d. *revertemur*, codd. Gel. βγ. — *dicunt magi*, VRd. *magi dicunt*, βγ. — *sanguinem*, V. *sanguine*, Rdβγ. — *respersus*, V. — *genitaleque*, ita nos scripsimus. *genitalique*, VRdβγ. — *ianue*, R[2]. *lanave*, VR[1]d. — *defossum*, VR. *defosso*, dβγ. — *sciunt foedissimum*, d. *sciunt foedissimunt sciunt sumunt*, V. *sciunt foedissimum sciunt sumunt*, R. — *alia*, VRd. *aliqua*, r. *alius*, K. *ali*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 4, 143. — *viventis*, VR. — *durare*, K. — *ad*, V. — *deficere*, r.

§ 83. *eundem*, Barbar. *funditium*, VRTd. *funditum*, codd. Barbari. Ex codicum scriptura apparet Barbarum locum non persanasse; coaluerunt duae voces, quarum prior sane fuit *eundem*, altera adiectivum in *icius* exiens, quod quale sit, reperire non potui. Tale vero adiectivum deesse ipsa etiam oratio ostendit, cum Plinius illo omisso non *in augurio*, sed *in auguriis* scripturus fuisset. — *si aeger ei*; pro his vv. habent *si egerint ei* Rd, *sic gerint ei* V. — *respondeat et qui*, VRd. — *intulleret*, R[1]. — *a*, om. R[1]. — *interrogatique*, V. — *color*, R[2]d. *colus*, VR[1].

§ 84. *Nigius*, R. — *furere*, VR. — *toto*, V. *tota*, Rdβγ. — *reliquerit*, R[1]. — *Rursus*, R. *Rursum*, Vd. — *lymfantos*, R[1]. — *diu*, VRd. — *nocte*,

decoctis ac sub dio nocte refrigeratis perunctos matutinis
vespertinisque liberari.
25. Perfrictionibus remedio esse tradit Nicander amphis- 85
baenam mortuam adalligatam vel pellem tantum eius, quin
immo arbori quae caedatur adalligata non algere caedentis
faciliusque succidere. Itaque sola serpentium frigori se con-
mittit, prima omnium procedens et ante cuculi cantum. Aliud
est cuculo miraculum, quo quis loco primo audiat alitem
illam, si dexter pes circumscribatur ac vestigium id effodia-
tur, non gigni pulices ubicumque spargatur.
26. Paralysim caventibus pinguia glirium decocta et sori- 86
cum utilissima esse tradunt, millepedas ut in angina diximus
potas phthisim sentientibus, lacertum viridem decoctum in
vini sextariis tribus ad cyathum unum, singulis coclearibus
sumptis per dies, donec convalescant, coclearum cinerem po-
tum in vino; 27. comitialibus morbis oesypum cum murrae 87
momento et vini cyathis duobus dilutum magnitudine nucis
abellanae a balineo potum, testiculos arietinos inveteratos
tritosque dimidio denari pondere in aqua vel lactis asinini
hemina; interdicitur vini potus quinis diebus ante et postea.
Magnifice laudatur et sanguis pecudum potus, item fel cum 88
melle, praecipue agninum, catulus lactens sumptus absciso
capite pedibusque ex vino et murra, lichen mulae potus in
oxymelite cyathis tribus, stellionis transmarini cinis potus in
aceto, tunicula stellionis quam eodem modo ut anguis exuit

θVRd. *noctu*, $\beta\gamma$. — *refrigeratis*, R. *frigeratis*, θV. *friceratis*, d. — *perunctos*, R. *perunctionibus*, Vd. — *matutinis* — *liberari*, R^2. Omitt. VR^{1}d.

§ 85. *Perfrictionibus*, R^2. Omitt. VR^{1}d. — *Nicander* theriac. 381., ad quem vid. etiam Schneid. p. 235. seq. — *amphisbaenam*; huic voci addunt *serpentem* Vd, *serpentis* R. — *adalligatum*, d. — *vel pellem* — *adalligata*, R^2. Omitt. VR^{1}d. — *cedentis*, R^2. *dentis*, VR^1. — *factusque*, Vd. — *succedere*, R. — *frigora*, VR. — *primum*, Rd. — *coculi*, V. — *coculo miraculo*, V. — *circumscribantur*, V. — *ac*, d. *a*, VR.

§ 86. *Paralisim*, d. *Paralesim*, V. *Paralisyma*, R^2. *Paralisin*, R^1. *Paralysin*, $\beta\gamma$. — *pinguia*, R. *pinguium*, VTd. — *aglirium*, Vd. — *decocta*, VTd. *decocti*, R. *decoctorum*, $\beta\gamma$. — *esse tradunt*, VR^{1}d. *tradunt esse*, R$^2\beta\gamma$. — *milipedas ut in*, d. *milipedeš in*, R. *milipede sunt in*, V. — *anguina*, d. *anguine*, VR. *anginis*, $\beta\gamma$. — *diximus* § 35. — *ptissim*, V. *ptisim*, d. — *lacertum*, Vd. *lacertam*, R$\beta\gamma$. — *decoctum*, VR. *decoctam*, d$\beta\gamma$. — *coclearibus*, R^2. *civitatibus coclearibus*, VR^{1}d. — *convelescant*, V. *convalescat*, d. — *coclearem*, V.

§ 87. *vini*, R^{2}d. *in vi*, V. *ln vi*, R^1. — *quiatus*, V. — *a balineo*, Rd. *ab alieno*, V. — *aqua*, Vd. *aq;*, R.

§ 88. *absciso*, V. *abscisso*, Rdβ. — *transmarinus*, VR^1. — *tuniculis*, d^1. *tuniculas*, V. — *modo*, R^2. *modo tanto*, θVR^{1}Td.

pota; quidam et ipsum harundine exinteratum inveteratumque bibendum dederunt, alii in cibo in ligneis veribus inassatum. Operae pretium est scire quomodo praeripiatur 89
cum exuitur membrana hiberna, alias devoranti eam, quoniam nullum animal fraudulentius invidere homini tradunt, inde stellionum nomine in maledictum translato. Observant cubile eius aestatibus, est autem in loricis ostiorum fenestrarumque aut camaris sepulchrisve; ibi vere incipiente fissis harundinibus textas opponunt casas quarum angustiis etiam gaudet, eo facilius exuens circumdatum torporem; sed derelicto non potest remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis prae- 90
fertur; prodest et cerebrum mustelae inveteratum potumque et iecur eius, testiculi volvaeque aut ventriculus inveteratus cum coriandro, ut diximus, item cinis, silvestris vero tota in cibo sumpta; eadem omnia praedicantur ex viverra. Lacerta viridis cum condimentis quae fastidium abstergeant, ablatis pedibus et capite, coclearum cinis addito semine lini et urticae cum melle unctu sanant. Magis placet draconis cauda 91
in pelle dorcadis adalligata cervinis nervis vel lapilli e ventre pullorum hirundinum sinistro lacerto adnexi; dicuntur enim excluso pullo lapillum dare. Quod si pullus is detur in cibo, quem primum pepererit, cum quis primum temptatus sit, liberatur eo malo; postea medetur hirundinum sanguis

pota, R^2. *in potu*, VR^1d. — *harundinem*, Vd. — *exinteratum*, Vd. *exenteratum*, Rβγ. — *dederunt*, VRd. *dedere*, βγ. — *in ligneis*, R^2d. *ligneis*, VR^1. — *veribus*, VRd. *verubus*, βγ.

§ 89. *praecipum*, V^1. — *exuitur*, V. *exuatur*, R^2. *exuerit*, R^1d. — *devoranti eam*, R^2. *devorati iam*, VR^1d. — *invidere*, Barbar. VR^2d. *invideri*, R^1. — *nomine*, R^2. *nemine*, VR^1. *nomen*, dβγ. Huic voci addunt *tradunt* VRd, *aiunt* βγ. Nos hanc vocem ortam ex proximo loco vera ceterorum verborum scriptura sustulimus. — *maledictum*, R^2. *male*, VR^1d. — *translato*, VR^1d. *translatum*, R^2βγ. — *aestibus*, θ. — *loricis*, θVRTd. *laxis*, K. *locis*, β. — *camaris*, R^2. *chamaris*, V. *cameris*, R^1dβγ. — *testas*, VR^1. — *quassas*, VRd. — *angustiis*, Rd. *angustus*, V^1. *angustos*, V^2. — *sed*, VR^1d. Om. R^2. — *derelicto*, R^2. *relicto*, VR^1d. *eo derelicto*, βγ.

§ 90. *prodest et*, R^2. *prodest*, VR^1d. — *testiculi*, om. V. — *volveque*, R^2. *quoiquaraque*, VR^1. *quoque quaraque*, d^1. *quoque*, d^2. — *ventriculos inveteratos*, VR^1. — *diximus* 29, 60. — *abstergeant*, VR^2 (codd. Gel.) *abstergant*, R^1d. — *et capite*, V. *ac capite*, θR^1d. *a capite*, R^2. — *adiecto*, T. — *unctu*, R. *linctu*, θVTd. *inunctos*, β. Nescio an legendum sit *linitu* coll. 20, 118. — *sanant*, VRTd. *sanat*, βγ. Ineptissima quae vulgo regnabat in hoc loco interpunctione emendata, uti eam sexcenties alibi per totum opus tacite emendavimus, illam omnium codd. scripturam restituere potuimus.

cum ture vel cor recens devoratum; quin et e nido earum
lapillus inpositus recreare dicitur confestim et adalligatus in
perpetuum tueri. Praedicatur et iecur milvi devoratum et 92
senectus serpentium, iecur volturis tritum cum suo sanguine
ter septenis diebus potum, cor pulli volturini adalligatum;
sed et ipsum volturem in cibo dari iubent et quidem satia-
tum humano cadavere. Quidam pectus eius bibendum cen-
sent in cerrino calice aut testis gallinacei ex aqua et lacte,
antecedente quinque dierum abstinentia vini, ob id invete-
ratos. Fuere et qui viginti unam muscas rufas et quidem
mortuas in potu darent, infirmioribus pauciores.

XI. 28. Morbo regio resistunt sordes aurium aut mam- 93
marum pecudis denari pondere cum murrae momento et vini
cyathis duobus, canini capitis cinis in mulso, multipeda in
hemina vini, vermes terreni in aceto mulso cum murra, gal-
lina si sit luteis pedibus prius aqua purificatis, dein conlutis
vino quod bibatur; cerebrum perdicis aut aquilae in vini 94
cyathis tribus, cinis plumarum aut interaneorum palumbis in
mulso ad coclearia tria, passerum cinis sarmentis cremato-
rum coclearibus duobus in aqua mulsa. Avis icterus vocatur
a colore, quae si spectetur, sanari id malum tradunt et avem
mori; hanc puto Latine vocari galgulum.

§ 91. *acervinis*, VR^{2}d. *acervicis*, R^{1}. — *nervis*, V^{2}Rd. *cernis*, V^{1}. — *pullorum hirundinum*, V. *hirundinum pullorum*, Rd. — *adnixi*, R. — *dicuntur*, R. *decurritur*, V. *discurritur*, d. — *pupillo*, R^{1}. — *lapillum*, d^{2}. *capillum*, VRd^{1}. — *detur*, VR^{1}Td. *detur incipiente*, R^{2}. *detur incipienti*, K^{1}r$\beta\gamma$. Nihil horum habet K^{2}. — *in cibo quem*, Rd. *ciboque*, V. *in cibo qua*, T. Omitt. K^{1}r. — *primum pepererit cum quis primum*, R^{2}d; consentit β, nisi quod *peperit* habet. *prius*, VR^{1}. *primum*, T. *cum quis primum*, K^{1}r. *quem primum peperit, in cibo datur incipiente morbo et cum quis primum*, K^{2}. — *temptus*, V. — *e nido*, Rd. *nido*, V. — *recreare*, Rd. *se creare*, V. — *alligatus*, V. — *perpetuum tuum tueri*, V.

§ 92. *mulvi*, β. — *sed et*, V. *sed*, Rd$\beta\gamma$. — *ipsum*, Rd. *ipso*, V. — *Quidem*, V. — *libendum*, V. — *cessent*, R. — *in*, VRd. *et in*, $\beta\gamma$. — *cerino*, VRdγ. *cedrino*, K. — *antecidente*, V. — *inveterate*, VRd. — *mortuo*, VR^{1}d (unde *mortuas* scripsi). *amortuo*, R^{2}. *emortuas*, $\beta\gamma$. — *potum*, VRd.

§ 93. *Morbos regios*, VR. — *pecudes*, V. — *quiatus*, V. — *hemina vini*, VR. *vini hemina*, d$\beta\gamma$. — *mulso*, R^{2}. *cum mulso*, VR^{1}d.

§ 94. *plumarum*, VRTd. *palmarum*, β. — *mulsa*, V. — *trita*, V. — *sarmentis*, d^{2}. *sermentis*, V. *armentis*, R. *sarmentorum*, d^{1}. — *icterus*, R^{2}d. *icteris*, θV. *isteris*, R^{1}. — *vocatus*, VR^{1}. — *sanari*, R^{2}. *sanare*, VR^{1}d. — *galgulum*, Rd. *gagulgulum*, θV. *galbulam*, Merula.

29. Phreneticis prodesse videtur pulmo pecudum calidus 95
circa caput adligatus. Nam muris cerebrum dare potui ex
aqua aut cinerem mustelae vel etiam inveteratas carnis heri-
nacei quis possit furenti, etiamsi certa sit medicina? Bubonis
quidem oculorum cinerem inter ea quibus prodigiose vitam
ludificantur acceperim, praecipueque febrium medicina pla-
citis eorum renuntiat. Namque et in XII signa digessere eam 96
sole transmeante iterumque luna, quod totum abdicatum pau-
cis e pluribus edocebo; siquidem crematis tritisque cum oleo
perungui iubent aegros, cum geminos transeat sol, cristis et
auribus et unguibus gallinaceorum; si luna, radiis barbisque 97
eorum, si virginem alteruter, hordei granis, si sagittarium,
vespertilionis alis, si leonem luna, tamaricis fronde, et ad-
iciunt sativae, si aquarium, e buxo carbonibus tritis. Ex
istis confessa aut certe verisimilia ponemus, sicuti lethargum
olfactoriis excitari, inter ea fortassis mustelae testiculis in-
veteratis aut iocinere usto. His quoque pulmonem pecudis
calidum circa caput adalligari putant utile.

30. In quartanis medicina clinice propemodum nihil pollet, 98
quamobrem plura eorum remedia ponemus primumque ea
quae adligari iubent: pulverem ubi se accipiter volutaverit
lino rutilo in linteolo, canis nigri dentem longissimum. Pseu-
dosphecem vocant vespam quae singularis volitat; hanc sini-
stra manu adprehensam subnectunt, alii vero quam quis eo
anno viderit primam. Viperae caput abscisum in linteolo vel

§ 95. *Freneticis*, V. — *capput alligitus*, V. — *Nam muris*, θVRTd. *Nam non modo muris*, β. — *vel etiam*, θVRTd. *verum etiam*, β. — *carnes irenacei*, VR. *herinacei carnes*, dβγ. — *certa sit*, R². *sit certa*, d. *forte*, θVR¹. — *medicine*, R¹. — *quidem*, θVRTd. *certe*, codd. Gel. βγ. — *eorum*, Rd. *forum*, V.

§ 96. *XII*, R². Omitt. VR¹d. — *abdicatum*, VRd. *abdicandum*, βγ. — *paucibus*, V. — *e pluribus*, θVRTd. *exemplis*, K. *exemplaribus*, β. — *edocebo*, θVRd. *docebo*, β. — *transeat*, Td. *transeunt*, VR¹. *transit*, R²βγ.

§ 97. *radiis barbisque*, R² (codd. Gel.) *radiis barbarisque*, d. *diis barbarisque*, VR¹. — *aliter uter*, V. — *sagitarium*, V. — *adiciunt*, R². *diciunt*, V. *dicunt*, θd. *ditunt*, R¹. *adiiciunt*, βγ. — *sitive*, Vd. — *tristis*, V. — *Exsistis*, V. — *confesta*, Vd. — *sicuti*, V. *sicut et*, Rdβγ. — *olfacturiis*, R². *olfacturis*, R¹d. *olfactaris*, V. — *inter*, R²d. *et inter*, VR¹. — *fortasis*, V. — *inveteratum*, VRd. — *Is*, V. — *callidum*, VR¹.

§ 98. *propedum*, Vd. — *earum*, VRd. — *alligari*, θVRT. *adalligari*, dβγ. — *ubi*, VR¹d. *in quo*, R²βγ. — *legissimum*, V. — *Pseudospecen*, d. *Pseodospecen*, V. *Pseudospercen*, R. — *vespam*, R². *vesperam*, VR¹d. — *volutat*, V. — *prima*, V. — *abscisum*, Rd. *abscissum*, Vβ. — *linteole*, V. — *viventi*, VR¹d. *viventis*, R²βγ.

cor viventi exemptum; muris rostellum auriculasque sum- 99
mas russeo panno, ipsumque dimittunt; lacertae vivae dextrum oculum effossum, mox cum capite suo deciso in pellicula caprina; scarabaeum qui pilas volvit. Propter hunc Aegypti magna pars scarabaeos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione qua colligat solis operum similitudinem huic animali esse ad excusandos gentis suae ritus.
Sed et alium adalligant magi, cui sunt cornicula reflexa, si- 100
nistra manu collectum; tertium qui vocatur fullo, albis guttis, dissectum utrique lacerto adligant, cetera sinistro; cor anguium sinistra manu exemptum viventibus, scorpionis caudae quattuor articulos cum aculeo, panno nigro, ita ut nec scorpionem dimissum nec eum qui adalligaverit videat aeger
triduo, post tertium circuitum id condat; urucam in linteolo 101
ter lino circumdant totidem nodis ad singulos dicente quare faciat qui medebitur, limacem in pellicula vel quattuor limacum capita praecisa harundine, multipedam lanae involutam, vermiculos ex quibus tabani fiunt, antequam pinnas germinent, alios e spinosis frutectis lanuginosos; quidam ex illis quaternos inclusos iuglandis nucis putamine adalligant co-
cleasque quae nudae inveniuntur; stellionem inclusum capsu- 102
lis subiciunt capiti et sub decessu febris emittunt, devorari autem iubent cor mergi marini sine ferro exemptum inveteratumque conteri et in calida aqua bibi, corda hirundinum cum melle; alii fimum drachma una in lactis caprini et ovilli

§ 99. *russeo*, θVR. *roseo*, dβγ. — *pannum*, VR. — *demittunt*, V. — *lacertae*, θVRTd. *lacertae viridis*, β. — *pilas*, θVR^{1}Td. *pilulas*, R^{2}βγ; at v. 11, 98. — *lumina*, VR. — *coriosa*, V. — *hunc*, VR.

§ 100. *alios*, VRd. — *adalligant*, V. *alligant*, Rd. — *ternum*, V. — *albis guttis*, VRd. *ab his*, r. — *alligant*, θVR^{1}d. *adalligant*, R^{2}βγ. — *sinistra*, VRd. — *anguium*, θVRTd. *anguinum*, β. — *adalligaverit*, θ. *at alligaverit*, R. *alligaverit*, Vdβγ. — *viderat*, VR.

§ 101. *urucam*, θV. *uracam*, R^{1}. *erucam*, R^{2}dβγ. — *nobis*, R^{1}. — *ad*, om. R^{1}. — *dicente*, VRTd. *dicentes*, βγ. — *limacum in pellicula*, d. *limacum capita in pellicula*, VR. — *multipeda*, Vd. — *lanae*, V. *la ne*, R. *lana*, dβγ. — *involutum*, Vd. — *pennae*, K. — *germinent*, R^{2}d. *germinant*, VR^{1}. — *quidam — quaternos*, om. R^{1}. — *iugulandis*, V. — *cochleasque quae*, d. *cocleas quae*, V. *cocleasque*, R. — *nudi*, R.

§ 102. *inclusum*, d. *incluserant*, VR. — *capite*, d. — *demorari*, VR^{1}. — *inveteratumque*, d. *inveterat$\overset{u}{o}$soque*, V. *inveterat$\overset{m}{u}$soque*, R. — *aqua — hirundinum*, omitt. VRd. — *et ovilli*, V. *vel ovilli*, RTd.

vel passi cyathis tribus ante accessiones; sunt qui totas cen-
seant devorandas. Aspidis cutem pondere sexta parte denari 103
cum piperis pari modo Parthorum gentes in remedium quar-
tanae bibunt. Chrysippus philosophus tradidit phryganion
adalligatum remedio esse quartanis; quod esset animal neque
ille descripsit nec nos invenimus qui novisset; demonstran-
dum tamen fuit a tam gravi auctore dictum, si cuius cura
efficacior esset inquirentis. Cornicis carnis esse et nitrum
inlinere in longis morbis utilissimum putant. Et in tertianis 104
fiat potestas experiendi, quoniam miserias copia spei dele-
ctat, anne aranei quem lycon vocant tela cum ipso in splenio
resinae ceraeque inposita utrisque temporibus et fronti pro-
sit aut ipse calamo adalligatus, qualiter et aliis febribus
prodesse traditur, item lacerta viridis adalligata viva in eo
vase quod capiat, quo genere et recidivas frequenter abigi
adfirmant.

31. Hydropicis oesypum ex vino addita murra modice 105
potui datur nucis abellanae magnitudine; aliqui addunt et
anserum adipem ex vino myrteo. Sordes ab uberibus ovium
eundem effectum habent, item carnes inveteratae herinacei
sumptae; vomitus quoque canum inlitus ventri aquam tra-
here promittitur.

XII. 32. Igni sacro medetur oesypum cum pompholyge 106

passo, R^2. *asso*, VR^1d. — *tota*, V.

§ 103. *sextae partis*, K. — *phryganum*, R. *phrigranion*, Vd. — *a tam*, VR. *tam*, d. — *auctore*, R^2d. *auctori*, VR^1. — *cuius cura*, R. *culusçora*, V. *culcura*, Td. *cuiusquam cura*, β. — *pervicacior*, K. — *inquirentis*, Gronov. *inquerendas*, θ. *inquerendus*, VR^1. *inquirendus*, $R^2$$d^1$. *inquirendum*, d^2. *ad inquirendum*, β. *inquirendo* vel *in quaerendo*, Dalec. Mihi Plinius scripsisse videtur *in inquirendis iis*; de numero plurali *iis* relato ad *phryganion* v. ad 32, 24. — *Cornices*, V. — *et*, R^2. Omitt. VR^1d. — *inlinere*, Rd (codd. optimi ap. Oudend. ad Suet. Oth. 12.) *illinire*, Vβ. — *longis*, θVRd. *longissimis*, β.

§ 104. *potes*, Vd. — *experiendi*, R^2. *experienda*, VR^1d. — *miserias copia spei*, θVR. *miserias copi spei*, Td. *miseros spes*, K^1 (codd. Gel.) *eius spei copia erit*, K^2. *miseria spei*, β. — *delectat*, Td (codd. Gel.) *deiecta*, VR. *quoniam eius erit copia spei de tecto*, Barbar. Verba *quoniam* — *delectat* ut suppositicia delet Pintian. — *lycum*, d. *licum*, R^2δϑρφ. *lycom*, V. *livom*, R^1. — *tela cum ipso in splenio*, Gronov. *tela cum ipso in splene toto*, VR. *tela cum ipso in spleno toto*, d. *tela cum ipsa in spleno toto*, T. *delatum ipsos plone toto*, δ. *de lacu ipsos piene toto*, ρφ. *delacum ipsos piene toto*, ϑ. *tela cum ipso specu toto*, β. *splenio* iam coniecerat Pintian. — *resinae ceraeque*, VRTdδϑρφ. *resina ceraque*, β. — *imposite*, R. — *calamos*, d. — *adalligatos*, d. — *adalligata*, R^2Td. *alligata*, VR^1. — *viva*, omitt. Td. — *vaseo*, V, quod ex *vaso* per dittographiam ortum videtur; v. ind. verborum. — *quo cibum capiat*, Barbar. K. — *frequentes*, d. — *ambigi*, V. — *confirmant*, Td.

et rosaceo, ricini sanguis, vermes terreni ex aceto inliti, gryllus contritus in manibus, quo genere praestat ut qui id fecerit, antequam incipiat vitium, toto anno careat, — oportet autem eum ferro cum terra cavernae suae tolli, — anseris adips, viperae caput aridum adservatum et conbustum, deinde ex aceto inpositum, senectus serpentium ex aqua inlita a balineo cum bitumine et sebo agnino.

33. Carbunculus fimo columbino aboletur per se inlito vel 107
cum lini semine ex aceto mulso, item apibus quae in melle sint inmortuae inpositis polentaque inposita inspersa; in verendis ceterisque ibi ulceribus occurrit ex melle oesypum cum plumbi squamis, item fimum pecudum incipientibus carbunculis. Tubera et quaecumque emolliri opus est efficacissime anserino adipe curantur; idem praestat et gruum adips.

34. Furunculis mederi dicitur araneus priusquam nomi- 108
netur inpositus et tertio die solutus, mus araneus pendens enecatus sic ut terram nec postea attingat ter circumdatus furunculo, totiens exspuentibus medente et cui is medebitur, ex gallinaceo fimo quod est rufum maxume recens inlitum ex aceto, ventriculus ciconiae ex vino decoctus, muscae inpari numero infricatae digito medico, sordes ex pecudum auriculis, sebum ovium vetus cum cinere capilli mulierum, sebum arietis cum cinere pumicis et salis pari pondere.

§ 105. *oesopum*, R^{2}. *hysopum*, VR^{1}d. — *anserum*, θV. *anserinum*, RTdβγ. — *ex vino myrteo*, θVRTd. *et oleum myrteum*, β. — *invenerate*, V. — *irenacei*, R. — *illitos*, Gronov.

§ 106. *oesopum*, R^{2}. *pro hysopum*, VR^{1}d. — *cum pompholyge*, R^{2} (codd. Barbari). *pompholyge*, R^{1}. *pompholygi*, V. *ponpolygi*, d. — *ricini sanguis*, R. *ricini sangues*, V. *ricinis angues*, d. — *qui id*, R^{2}d. *quid*, VR^{1}. — *faciet*, K. — *vitium toto anno*, VRd. *vitio eo toto anno*, K. *vitium toto eo anno*, Harduin. *tacite*, γ. *Gryllus contritus ab eo qui non sit vitio illo apprehensus eum qui hoc fecerit in totum annum ab hoc malo liberat*, Plin. Valer. 3, 34. — *careat*, K. *accidat*, VRd. — *eum*, R. Omitt. Vd. — *anseris adips*, VRd. *adeps anseris*, βγ.

§ 107. *fimi*, V. — *adoletur*, VR. — *inlito*, R. *inlico*, V. *illico*, dγ. — *sint*, VR^{1}Td. *sunt*, R^{2}βγ. — *mortuae*, VRTdγ. — *inspersa*, VRd. *ac inspersa*, K^{1}. *aut inspersa*, K^{2}. — *in verendis*, θVRTd. *si in verendis sit*, β. — *ex melle*, θVd. *e melle*, Rβγ. — *oesopum*, R^{2}. *esipum*, R^{1}. — *Tubercula*, K. — *emolliri*, VTd. *molliri*, Rβγ. — *est*, θVR^{1}Td. *sit*, R^{2}β. — *anserinae*, V.

§ 108. *iraneus*, V. — *inpositus*, R^{2}d. *et positus*, VR^{1}. — *tertio*, θVRd. *tertia*, β. — *araneos*, V. — *ne postea*, VRTdγ. *postea non*, K. *Nec* i. q. *etiam non* (v. ad 16, 116.) prorsus est necessarium propter participium *pendens* proxime praegressum. — *circumdatus*, R^{2}. *circumlatus*, VR^{1}Td. — *et cui is*, V. *et cuius*, Rd. *et eo cui*, β. — *cine*, R^{1}. — *capilli*, θVRd. *e capillis*, βγ. — *mulieris*, d. — *pumicis*, Rd (codd. Barbari). *punicis*, V. *punici*, Kr.

35. Ambustis canini capitis cinis medetur, item glirium 109
cum oleo, fimum ovium cum cera, murium cinis, coclearum quoque sic ut ne cicatrix quidem adpareat, adips viperinus, fimi columbini cinis ex oleo inlitus, 36. nervorum nodis ca- 110
pitis viperini cinis in oleo cyprio, terreni vermes cum melle inliti, doloribus eorum adips, amphisbaena mortua adalligata, adips volturinus cum ventre arefactus contritusque cum adipe suillo inveterato, cinis e capite bubonis in mulso potus cum lili radice, si magis credimus. In contractione nervorum caro palumbina in cibis prodest et inveterata, herinacei spasticis, item mustelae cinis. Serpentium senectus in pelle taurina adalligata spasmos fieri prohibet, opisthotonos milvi iecur aridum tribus obolis in aquae mulsae cyathis tribus potum.

37. Reduvias et quae in digitis nascuntur pterygia tollunt 111
canini capitis cinis aut volva decocta in oleo, superinlito butyro ovillo cum melle, item folliculus cuiuslibet animalium fellis, unguium scabritiam cantharides cum pice tertio die solutae aut locustae frictae cum sebo hircino, pecudum sebum; aliqui miscent viscum et porcillacam, alii aeris florem et viscum ita ut tertio die solvant.

XIII. 38. Sanguinem sistit in naribus sebum ex omento 112
pecudum inditum, item coagulum ex aqua, maxume agninum subductum vel infusum etiamsi alia non prosint, adips an-

§ 109. *Ambusta*, R^{2}d. *Lambusta*, VR^1. — *cum oleo*, R^{2}d. *oleo*, VR^1. — *cum cera*, θVRTd. *cum cera commistum*, β. — *murium*, R^{2}d. *mustum*, VR^1. — *cinis cochlearum quoque sic*, θVRTd. *cinis et cochlearum idque sic*, β. — *quidam*, V. — *adips*, VRd. *item adeps*, βγ. — *fimo*, V.

§ 110. *nodis*, Tδρφ. *modis*, VR^1. *nodus*, R^2. *modus*, d. *nodis medetur*, β. — *in oleo*, VTd. *ex oleo*, Rβγ. — *cyprio*, θ. *cypreo*, VTd. *cyprino*, Rβγ. Huic voci addit *illitus* β, quod omittunt omnes codices. — *terreni vermis cinis cum oleo illitus etiam*, r. — *doloribus*, Gronov. *dolores*, VRd. *dolores tollit*, rβ. — *eorum adips*, VR. *item*, r. *eorum*, βγ. — *amphisbaena*, d. *apisbena*, VR. *apis*, r. — *vultorinus*, V. — *adipe suillo*, VR^{2}d. *adipes*, R^1. — *inveteratos*, VR. — *lilii*, R^2. *illi*, VR^1. *milii*, d (ex corr.) — *irenaceis*, V. — *multe lecinis*, R. — *Serpentus*, R. — *prohibet*, R^2. *prohibent*, VR^{1}d. — *opistotonis*, VR^1.

§ 111. *iterigia*, V. — *ulvia decocta*, Vd. *vulvi at cocta*, R. — *bytyro*, V. — *ovillo*, om. R^1. — *folliculos*, V. — *mellis*, d. — *excabriciam*, VR. — *cantharides*, R. *cantharidae*, θVd. — *locustae frutae*, R^2. *locustae*, VR^{1}Tdγ. — *et porcillacam — viscum*, R^2. Omitt. VR^{1}d. *portulacam*, βγ. — *ita*, Rd. *ira*, V.

§ 112. *e naribus*, r. — *ex omni pecude*, r. — *inditum*, VR. *illitum*, Td. *litum*, r. — *agminum*, V. — *subditum*, K. *subactum*, Harduin. ex Marcello empir. 10. p. 85. et Plin. Valer. 1, 26. — *prosunt*, T. — *pastillis*, Rd. *pastillus*, V. *pistus et ingestus*, K^1. *pondere*, *pastillis ingestus cinis cochlearum terrenarum*, K^2. — *ter-*

serinus cum butyro pari pondere pastillis ingestus, coclearum terrena, sed et ipsae extractae testis; e naribus fluentem cocleae contritae fronti inlitae, aranei telae, gallinacei cerebellum vel sanguis, profluvia ex cerebro, item columbinus ob id servatus concretusque; si vero ex volnere inmodice fluat, fimi caballini cum putaminibus ovorum cremati cinis inpositus mire sistit.

39. Ulceribus medetur oesypum cum hordei cinere et ae- 113
rugine aequis partibus; ad carcinomata quoque ac serpentia valet; erodit et ulcerum margines carnisque excrescentis ad aequalitatem redigit; explet quoque et ad cicatricem perducit. Magna vis et in cinere pecudum fimi ad carcinomata addito nitro aut in cinere ex ossibus feminum agninorum, praecipue in his ulceribus quae cicatricem non trahunt; magna et pulmonibus, praecipue arietum; carnis excrescentis in ulceribus ad aequalitatem efficacissime reducunt. Fimo quoque 114
ipso ovium sub testo calefacto et subacto tumor volnerum sedatur, fistulae purgantur sananturque, item epinyctides. Summa vero vis in canini capitis cinere; excrescentia omnia spodi vice erodit et persanat; et murino fimo eroduntur, item mustelae fimi cinere. Duritias in alto ulcerum et carcinomata persequitur multipeda trita admixta resina terebinthina et sinopide; eadem utilissima sunt in his ulceribus

rena, R^2 (codd. Gel.) *terrenarum*, θVR^{1}Td. *terrenae*, K^1. — *fluentem*, VRd. *fluentem sistunt*, βγ. — *telae*, VR. *tela*, Tdγ. *telae suppositae*, β. — *sanguis*, VRd. *sanguinis*, β. — *a cerebro*, K. — *columbinus*, VRTd. *columbinus sanguis*, β. — *ob id*, VR^{1}d. *ovi*, R^2. — *evorum*, R. — *cremati cinis*, Rd. *cremationis*, V.

§ 113. *Ulceribus*, θVRTd. *Vulneribus*, βγ. — *erodit et*, R^2. *erodet*, VR^{1}d^1. *erodit*, d^2. — *magines*, V. — *malas carnes et quae excrescunt*, r. — *et ad*, d. *ad*, V. *a*, R. — *vis cineris pecudum*, r. — *aut in cinere*, θVR. *aut cinere*, dβ. — *iis*, K. — *trahunt*, θVRd. *trahant*, β. — *praecipue*, θVRTdr. *quoque*, β. — *carnes excrescentes*, R^2. *carnes excrescentibus*, VR^1. *excrescentes carnes*, βγ.

§ 114. *testo*, θVRTd (codd. Gel.) *testa*, β. — *subacto*, R^2. *subiecto*, R^{1}Td. *subtecto*, θV. — *vulnerum*, VRd. *in vulneribus*, θ. — *vis*, omitt. VRd. — *in*, om. d. — *spodii vice erodit et*, θ. *spodii vice erodit ac*, dβγ. *spodivis erodite*, V. *spodii vice* (hoc ex corr.) *erodit ac*, R (ultima vox addita ab altera manu). *erodit et spurcitias erosas persanat*, r. — *et*, VRd. *item*, r. *e*, T. — *fimi*, Rd. *fimo*, V. *fimus et cinis ulcera et carcinomata persequitur; multipeda item trita*, r. — *Duritias*, d. *Duricias*, R^2. *Duritia*, V. *Duricia*, R^1. *Duritias etiam*, βγ. — *alto*, d. *adultero*, VR. — *ulcera*, R. — *terebentina*, V. — *eadem*, VRTdr. *eademque*, βγ.

quae vermibus periclitentur. Quin et vermium ipsorum ge- 115
nera mirandos usus habent. Cosses qui in ligno nascuntur sanant ulcera omnia, nomas vero conbusti cum pari pondere anesi ex oleo inliti. Volnera recentia conglutinant terreni adeo ut nervos quoque abscisos inlitis solidari intra septumum diem persuasio sit; itaque in melle servandos censent. Cinis eorum margines ulcerum duriores absumit cum pice liquida
vel simblio melle. Quidam arefactis in sole ad volnera ex 116
aceto utuntur nec solvont nisi biduo intermisso. Eadem ratione et coclearum terrena prosunt, totaeque exemptae recentia volnera tunsae inpositae conglutinant et nomas sistunt. Herpes quoque animal a Graecis vocatur quo praecipue sanantur quaecumque serpunt. Cocleae prosunt et cum testis suis tunsae; cum murra quidem et ture etiam praecisos nervos sa-
nare dicuntur. Draconum quoque adips siccatus in sole ma- 117
gnopere prodest, item gallinacei cerebrum recentibus plagis. Sale viperino in cibo sumpto tradunt et ulcera tractabiliora fieri ac celerius sanari. Antonius quidem medicus cum incidisset insanabilia ulcera, viperas edendas dabat miraque celeritate persanabat. Troxallidum cinis margines ulcerum duros aufert cum melle, item fimi columbini cum arrenico et melle
ea quae erodenda sunt. Bubonis cerebrum cum adipe anse- 118

periclitentur, V R. *periclitantur*, d $\beta\gamma$.

§ 115. *Quin*, R^2d. *Qui*, V. *Q*, R^1. — *mirando*, V. — *Cossi*, K. — *anesi*, R^2. *anexi*, VR^1d. *anisi*, β. — *ex*, V R. *et*, d. *et ex*, $\beta\gamma$. — *conglutinantur*, R^1. — *abscisos*, R d. *abscissos*, V (codd. Gel.) β. — *intra*, θV R T d. *infra*, β. — *persuasio sit*, θV R T d. *persuasum sit*, codd. Gel. β. *Democritus persuaserit*, r. — *censet*, r. — *duriores*, V R^2d. *dulionis*, R^1. — *adsumit*, V. — *simblio*, Barbar. *simpolo*, V. *sympulo et*, T d. Idem legitur in R, sed punctis utrique voci suppositis. *hyblaeo*, K.

§ 116. *nec*, d. *ne*, V R. — *biduo*, R^1d. *ibiduo*, V. *quiduo*, R^2. — *terrena prosunt*, R^2d (codd. Gel.) *terrenarum sunt*, VR^1. *ratio et terrenarum cochlearum est quae tusae*, r. — *exemptae recentia vulnera tusae inpositae*, d. Idem habet R, nisi quod in eo *tusa$\overset{e}{\text{m}}$* exstat. *empte recentia vulnera tusā inposite*, V. *exemptae tusae et impositae recentia vulnera*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *a*, om. R^1. — *vocantur*, VR^1. — *sanatur*, V. — *quaecumque*, R^2d. *cumque*, VR^1. — *prosunt et*, θV T. *quoque prosunt et*, d. *quoque prosunt $\overset{eis}{\text{et}}$*, R. *prosunt eis*, $\beta\gamma$. — *praeciosos*, V.

§ 117. *in sole*, θV R T d r. *sole*, β. — *plagis sale viperino in cibo sumpto. Tradunt*, β. Interpunctionem emendavit Harduin. — *ac*, θV R T d. *et*, β. — *celerius sanari*, V R T d. *sanari celerius*, $\beta\gamma$. — *quidem*, θV R T d. *Musa*, β. — *incidissent*, V R. — *in insanabilia*, K. — *ulcera viperas emendas dabat*, V. *ulcera viperis edendas dabat*, d. *ulcera viperis emendas dabat*, R^1. *vipera ulcera se-*

rino mire volnera dicitur glutinare, quae vero vocantur ca-
coethe cinis feminum arietis cum lacte muliebri, diligenter
prius elutis linteolis, ulula avis cocta in oleo cui liquato mi-
scetur butyrum ovillum et mel. Ulcerum labra duriora apes
in melle mortuae emolliunt et elephantiasim sanguis et cinis
mustelae. Verberum volnera atque vibices pellibus ovium
recentibus inpositis oblitterantur.

40. Articulorum fracturis cinis feminum pecudis peculia- 119
riter medetur cum cera, — efficacius idem medicamentum
fit maxillis simul ustis cornuque cervino et cera mollita ro-
saceo, — ossibus fractis caninum cerebrum linteolo inlito,
superinpositis lanis quae subinde subfundantur; fere XIV die-
bus solidat nec tardius cinis silvestris muris cum melle aut
vermium terrenorum, qui et ossa extrahit.

41. Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo, prae- 120
cipue ex ariete, sebum ex nitro, lacertae viridis cinis, ver-
natio anguium ex vino decocta, fimum columbinum cum
melle, item vitiligines albas ex vino. Ad vitiliginem et can-
tharides cum rutae foliorum duabus partibus in sole, donec
formicet cutis, tolerandae sunt; postea fovere oleoque per-
unguere necessarium iterumque inlinere idque diebus pluri-
bus facere, caventis exulcerationem altam. Ad easdem viti- 121

dendas dabat, R^2. — *celeritate persanabat*, R^{2}d. *celeritate persanat*, R^1. *celerit persanat*, V. — *Trixallidum*, VRd. *Troxalidum*, γ. *Tryxalidum*, β. Nos veram scripturam exhibuimus. — *aufert*, d. *auferri*, R. *aut ferri*, V. — *columbini*, VR^{1}T. *columbini cinis*, R^{2}d$\beta\gamma$. *fimus columbinus cum*, r. — *arrhenico*, V. *arbennico*, R. *henico*, d. *arsenico*, T$\beta\gamma$. — *eadem*, VRd.

§ 118. *cerebrum*, Rd (codd. Gel.) *cerebro*, V. — *vero*, R^2 (codd. Gel.) Omitt. VR^{1}d. — *cinis feminum*, Rd (codd. Gel.) *cinis feminini*, V. *cinis etiam feminum*, K. *cinis et fimum*, r. — *linteolis sanat. Ulula quoque avis*, K. — *liquato misceto miscetur*, V. — *butirum*, V. — *mel. Ulcerum*, R^2. *mel et ulcerum*, Td. *mel et ulcerarum*, V. *melle et ulcerum*, R^1. *ovillum. Et mel ad ulcera sananda valet. Ulcerum labra apes*, r. — *molliunt*, R. — *sansuguis*, V. — *ulcera*, r. — *atque vibices*, Rd. *adquae vibices*, V. Om. r. — *inpositus*, K.

§ 119. *cum cera, efficacius idem*, VRTd. *efficacius cum cera. Idem*, $\beta\gamma$. — *fit*, VRTd. *fit ex*, $\beta\gamma$. — *superinpositis*, θ. *superpositis*, VRd$\beta\gamma$. — *subfundant*^{u}, V. — *aut vermium terrenorum*, VRTd. *aut cum vermibus terrenis*, $\delta\rho\varphi$. *aut cum vermium terrenorum*, ϑ. *aut cum vermium terrenorum cinere*, β. — *et*, VRTd$\delta\vartheta\rho\varphi$. *etiam*, $\beta\gamma$.

§ 120. *colorum*, V. — *cum melle*, θVRTd. *ex melle*, β. — *vetligines*, V. — *Ad*, omitt. VRd. — *vitliginem*, V. — *duobus*, V. — *tollerande*, V: — *illinere*, d. *illinire*, VRβ. — *pluribus diebus*, R. — *altam*, VR^{1}Kd. *alteram*, T. *multam*, R$^2\beta$.

ligines et muscam inlini iubent cum radice eupatoriae, gallinarum fimi candidum servatum in oleo vetere cornea pyxide, vespertilionis sanguinem, fel herinacei ex aqua; scabiem vero bubonis cerebrum cum aphronitro sed ante omnia sanguis caninus sedant, pruritum cocleae minutae latae contritae inlitae.

42. Harundines et tela quaeque alia extrahenda sunt cor- 122
pori evocat mus dissectus inpositus, praecipue vero lacerta dissecta et vel caput tantum eius contunsum in sale inpositum, cocleae ex his quae gregatim folia sectantur contunsae inpositaeque cum testis et eae quae manduntur exemptae testis, sed cum leporis coagulo efficacissime. Ossa anguium eundem cum coagulo cuiuscumque quadripedis intra tertium diem adprobant effectum; laudantur et cantharides tritae cum farina hordei.

XIV. 43. In muliebribus malis membranae e partu ovium 123
proficiunt, sicut in capris retulimus; fimum quoque pecudum eosdem usus habet. Locustarum suffitu stranguriae maxume mulierum iuvantur. Gallinaceorum testis subinde a conceptu edat mulier; mares in utero fieri dicuntur. Partus conceptos hystricum cinis potus continet, maturat caninum lacte potum, evocat membrana e secundis canum, si terram non atti-
gerit. Lumbos parturientium potus lactis, fimum murinum 124
aqua pluvia dilutum mammas mulierum a partu tumentis re-

§ 121. *muscam*, VRT. *muscas*, d$\beta\gamma$. — *eupatoriae*, ita nos scripsimus. *lupatoria*, VRTd. *lapathoria*, θ. *lapathorum*, Barbar. $\beta\gamma$. Eupatoria herba describitur 25, 65. — *gallinarum*, Vd. *ova gallinarum*, R. — *fimi*, VRTd. *fimum*, $\beta\gamma$. — *vespertilionis*, VRd. *vespertilionum*, $\beta\gamma$. — *aphonitro*, VR. — *caninus. Sedant pruritus cochl. min. et latae contr. et illitae*, K. — *sedant*, VR^2. *sedat*, R^1d. — *latae*, R^2d. *inlitae*, R^1. Om. V. — *inlitae*, om. R^1.

§ 122. *evocat mus*, R. *evocamus*, Vd. — *et vel*, VRd. *ut vel*, β. — *tantum*

$\bar{v}$

eius, ita nos scripsimus. *et antum eius*, V. *et ante eius*, R. *eius tantum*, $\beta\gamma$. — *contusa*, R^1. — *in sale*, V. *cum sale*, Rd$\beta\gamma$. — *grecatim*, V. — *cum* ante *testis* omitt. VRd. — *eae*, d. *haec*, R. *hec*, V. Vid. ad 29, 124. — *efficacissimae*, K. — *eundem*, om. d^1. *eadem*, VR. — *tritus*, V. — *hordei*, θVRTd. *hordeacea*, β.

§ 123. *e*, Vd. *ex*, R^1. *a*, $\beta\gamma$. Om. R^2. — *partu*, V^2Rd. *parte*, $V^1\beta$. — *obvium*, V. — *retulimus* 28, 256. — *a conceptu*, VRd. *si a conceptu*, $\beta\gamma$. — *conceptus*, V. — *lacte*, θVR. *lac*, d$\beta\gamma$. — *membrana e*, Rd. *membrane*, V. — *secundis canum*, VRd. *canum secundis*, $\beta\gamma$. — *attingerit*, VR.

§ 124. *Lumbis*, VRd. — *potus*, R. *iuvat potus*, K. Omitt. Vd. — *aqua*, R^2d. *quoque*, θVR^1. Om. T. — *mamme*, V. — *tumentes*, RTd. *comentis*, V. *comenris*, θ. *tumescentes*, β. — *reprimit*, K. — *perunctarum custodit*, Rd. *perun-*

ficit. Cinis herinaceorum cum oleo perunctarum custodit par-
tus contra abortus. Facilius enituntur quae fimum anserinum
cum aquae duobus cyathis sorbuere aut ex utriculo muste-
lino per genitale effluentis aquas. Vermes terreni inliti ne
cervicis scapularumque nervi doleant praestant; gravis se-
cundas pellunt in passo poti. Iidem per se inpositi mamma- 125
rum suppurationes concocunt et aperiunt extrahuntque et ad
cicatricem perducunt; lac devocant poti cum mulso. Inve-
niuntur in gramine et vermiculi qui adalligati collo continent
partum, detrahuntur autem sub partu; alias eniti non pa-
tiuntur; cavendum etiam ne in terra ponantur; conceptus
quoque causa dantur in potu quini aut septeni. Cocleae in 126
cibo sumptae adcelerant partum, item conceptum inpositae
cum croco; eaedem ex amylo et tragacantha inlitae profluvia
sistunt; prosunt et purgationibus sumptae in cibo et volvam
aversam corrigunt cum medulla cervina ita ut uni cocleae
denari pondus addatur et cypri; inflationes quoque volvarum
discutiunt exemptae testis tritaeque cum rosaceo; ad haec
Astypalaeicae maxume eliguntur. Alio modo Africanae binae 127
tritae cum feni Graeci quod tribus digitis capiatur, addito
melle coclearibus quattuor, inlinuntur alvo prius irino suco
perunctae. Sunt et minutae longaeque candidae cocleae pas-
sim oberrantes; hae arefactae sole in tegulis tunsaeque in

ctarum custodit. Custodit, V. — *quae cum anserinum*, V R. *quae adipem anserinum*, T d. — *cumaq;*, R^{2}. *cumq;*, V R^{1}. *cum*, d. — *duobus cyatis*, d. *duobus quiatis*, V R. *cyathis duobus*, βγ. — *viriculo*, V. — *genitalem*, V. — *effluentem*, V R. — *ne cervicis* (*cervices*, V R) *scapularumque nervi*, V R T d. *in cervices scapularumque ne nervi*, ϑ. *in cervices et scapulas ne nervi*, β. — *gravis*, R^{1}. *graves*, V T d. *gravidis*, R^{2}β. — *appellunt*, R.

§ 125. *lac devocant*, R^{2}. *late vocant*, V. *lac vocant*, R^{1}. *lac evocant*, T d. — *potu*, V. — *in gramine*, R^{2}. Omitt. θ V R^{1} T d γ. — *vermiculi*, R^{2}d. *merculi*, θ V. *mertuli*, R^{1}. — *detrahuntur*, R T. *detrahunt*, V d. — *autem*, R^{2}. *unaiste*, V R^{1}. *una istae*, d. *iidem*, T. — *etiam*; pro h. v. habent *et* V R d. — *quini aut*, R d. *quinta ut*, V.

§ 126. *eadem*, V R. — *tragacanta*, R. — *profluvie*, V R. — *averso*, V d. — *it ut*, V. — *uni*, V R. *vini*, d. *uni unciae*, K. — *cypri*, R^{2}d. *ospri*, V R^{1}, quod fortasse verum. *cyperi*, βγ. — *inflammationes*, K. — *exemptae*, R d. *et exemptis*, θ V. — *totis*, θ. — *tritaeque*, R d. *tritae*, θ V. — *ad hec*, R^{2}. *ut he*, R^{1}. *ut hae*, V. *ut haec*, d.

§ 127. *feni Graeci*, R (codd. Gel.) *feni Graeco*, V. *feno Graeco*, T d. — *capiatur*, R d (codd. Gel.) *captatur*, θ V. — *addito melle*, θ V R d. *additis mellis*, codd. Gel. β. — *inrino*, V. — *suco*, R^{2}d. *super*, V R^{1}. — *minute*, R^{2}. *minime*, V R^{1} T d. — *loricaeque*, R T d. *loricae quae*, V. — *candidae*, R^{2}d. Omitt. V R^{1} T. — *oberrantes*, R^{2}. *observantes*, V R^{1} T d. *obversantes*, Pint. — *hac*, V R. *eae*, d βγ.

farina miscentur lomento aequis partibus candoremque et le-
vorem corpori adferunt; scabendi desideria tollunt minutae
et latae cum polenta. Viperam mulier praegnans si transcen- 128
derit, abortum faciet, item amphisbaenam mortuam dum-
taxat; nam vivam habentes in pyxide inpune transeunt; etiam
si mortua sit atque adservata, partus facilis praestat vel
mortua. Mirum, si non adservatam transcenderit gravida,
innoxium fieri si protinus transcendat adservatam. Anguis
inveterati suffitu menstrua adiuvant.

44. Anguium senectus adalligata lumbis faciliores partus 129
facit, protinus a puerperio removenda; dant et in vino bi-
bendam cum ture; aliter sumpta abortum facit. Baculum quo
angui rana excussa sit parturientis adiuvat, troxallidum cinis
inlitus cum melle purgationes, item araneus qui filum deducit
ex alto; capi debet manu cava tritusque admoveri; quod si
redeuntem prenderit, inhibebit idem purgationes. Lapis aetites 130
in aquilae repertus nido custodit partus contra omnis abor-
tuum insidias. Pinna volturina subiecta pedibus adiuvat par-
turientis. Ovom corvi cavendum gravidis constat, quoniam
transgressis abortum per os faciat. Fimum accipitris in mulso
potum videtur fecundas facere. Volvarum duritias, colle-
ctiones adips anserinus aut cygni emollit.

farina, Rd. *farinae*, V. *farinam*, K. — *corporii*, V.

§ 128. *Vipera*, V. — *transcendiderit*, V. — *etiam si*, d. *etiam*, VR. — *aeque*, K. — *faciles*, Rd. *facile*, θV. — *ut mortua*, K. — *si non adservatam*, R. *sine adservata*, Vd. *si sine adservata*, Broter. γ. — *innoxium*, VRd. *innoxiam*, β. — *ni*, R. — *inveterate*, VR^{1}. — *suffitu*, VR. *suffitus*, dβγ. — *adiuvat*, K.

§ 129. *ture*, R^{2}. *iure*, VR^{1}Td. — *sumpta*, R^{2}d. *sumpserit*, VR^{1}. — *Baculum*, VRd. *Baculus*, β. — *excussa*, VRd. *percussa*, β. — *parturientes*, VRd. *parientes*, β. — *troxallidum*, ita nos scripsimus. *troxalidum*, γ. *thryxallidum*, VR. *tryxallidum*, d. *tryxalidum*, β. — *capite*, VRd. — *tribusque*, VR^{1}. — *prenderit*, θR^{2}. *prenderet*, VR^{1}d. *previderit*, P. *prehenderit*, βγ. *prehenderis*, K, quod praefert Ian. obss. crit. p. 21.

§ 130. *abortum*, V. — *parturientes*, R^{2}d. *parturientibus*, VR^{1}. — *cavendum gravidis*, VRd. *gravidis cavendum*, βγ. — *transgressis*, VRTKd. *transgressus*, β. — *abortum*, RTd. *avortum*, V. *abortus*, β. — *per os*, VTd. *p eros*, R. *asperos*, β. — *faciat*, VRTd. *facit*, rδϑρφ. — *secundas*, d. — *collectiones*, VRd. *et collectiones*, βγ. — *anseris*, R. — *cigni emollit*, R^{2}. *ciente mollit*, VR^{1}. *cienie mollit*, d.

§ 131. *a*, R^{2}. Omitt. VR^{1}d. — *arraneo*, V. — *mammis*, d. *mammes*, V. *mammas*, R. — *a puerperio*, K. — *invenerunt*, VRd. *invenere*, βγ. — *totidum*, R. — *qui*, R. — *blattas*, d. *blatias*, V. *ablacies*, R^{1}. *blates*, R^{2}. — *Orum*, R. — *potaminum*, V. — *et cerae stantis*, om. R^{1}. — *servant*, VRd. — *circumductas*, Rd (codd. Gel.) *circumducis*, V. *circumducto*, K^{1}. *circumdatas*, K^{2}.

45. Mammas a partu custodit adips anseris cum rosaceo 131
et araneo. Phryges et Lycaones mammis puerperio vexatis
invenerunt otidum adipem utilem esse; his quae volva stran-
gulentur et blattas inlinunt. Ovorum perdicis putaminum cinis
cadmeae mixtus et cerae stantis mammas servat. Putant et
ter circumductas ovo perdicis aut ..... non inclinari et, si
sorbeantur eadem, fecunditatem facere, lactis quoque copiam,
cum anserino adipe perunctis mammis dolores minuere, molas
uteri rumpere, scabiem volvarum sedare, si cum cimice trito
inlinantur.

46. Vespertilionum sanguis psilotri vim habet, sed malis 132
puerorum inlitus non satis proficit nisi aerugo vel cicutae
semen postea inducatur; sic enim aut in totum tolluntur pili
aut non excedunt lanuginem. Idem et cerebro eorum profici
putant; est autem duplex, rubens utique et candidum. Aliqui
sanguinem et iecur eiusdem admiscent. Quidam in heminis 133
tribus olei discocunt viperam, exemptis ossibus psilotri vice
utuntur, evolsis prius pilis quos renasci nolunt. Fel herinacei
psilotrum est, utique mixtum vespertilionis cerebro et lacte
caprino, item cinis per se. Lacte canis primiparae, evolsis
pilis quos renasci nolunt vel nondum natis, perunctae partes
alios non sufficiunt. Idem evenire traditur sanguine ricini 134
evolsi cani, item hirundinino sanguine vel felle. XV. Ovis

— *aut non*, VR^1Td. *non*, R^2βγ. At excidit nomen alius cuiusdam avis, unde signa lacunae posui; de duobus ovorum generibus agi docet pronomen *eadem* infra sequens. — *et*, om. d^1. — *eindem*, V. — *lactisque copiam*, K. — *dores*, V. — *minui*, *molas uteri rumpi scabiemque vulvarum sedari*, K. — *uteris*, V. — *sedare*, d. *sedari*, VR. — *cimice*, R^2. *cinere*, θVR^1Td.

§ 132. *alis*, θVR^1Td. *aliis*, R^2. — *aerugo*, θVRTd. *erucae*, β. — *semen*, VR^2d. *semper*, R^1. — *inducatur*, VRTd. *inducantur*, β. — *aut non*, d. *non*, VR. — *eorum*, R^2d. *eodem*, VR^1. — *perfici*, r. — *est*, R^2. *si*, VR^1d. — *itaque*, VR. — *eiusdem*, θVRTd. *eius*, β.

§ 133. *heminis tribus*, VRd. *tribus heminis*, βγ. — *volunt*, d. — *mixtum*, R^2Td. *mixtum est*, VR^1. *mixto*, βγ. — *vespertilionis cerebro*, VRTd. *cerebro vespertilionis*, βγ. — *et lacte canino*, Gesner. hist. anim. 1, 175. 274. — *item*; ab h. v. novam periodum incipit β haec verba referens ad sequentia. Emendavit Harduin. — *cinis per se*, VRTd. *per se cinis*, βγ. — *Lacte canis*, VRTd. *cum lacte canis*, β. — *primiparae*, R^1. *primi pare*, V. *primi partus*, R^2dβγ. *partus; nam evulsis pilis quos renasci malunt alii non surgunt, vel nondum natis perunctis partibus*, K. — *perunctae partes*, θVRTdr. *perunctis partibus*, βγ. — *alios non sufficiunt*, θr. *ali non sufficiunt*, T. *ale non sufficiunt*, V. *alii non sufficiunt*, Rd. *alii non surgunt*, βγ. Prorsus eodem modo verbo *sufficiendi* i. e. *substituendi* usus est Plin. 7, 68.

§ 134. *Idem*, R^2. *Item*, VR^1d. — *cani*, R^2d. *canis*, V. Om. R^1. — *hirundino*, V.

formicarum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt, si vero oculi nigri nascentium placeant, soricem praegnanti edendum; capilli ne canescant vermium terrenorum cinere praestari admixto oleo.

47. Infantibus qui lacte concreto vexantur praesidio est 135
agninum coagulum ex aqua potum, aut si coagulatio lactis
acciderit, discutitur coagulo ex aceto dato. Ad dentitiones
cerebrum pecoris utilissimum est. Ossibus in canino fimo
inventis adustio infantium quae vocatur siriasis adalligatis
emendatur, ramex infantium lacertae viridis admotae dor-
mientibus morsu; postea harundini adligata suspenditur in
fumo traduntque pariter cum exspirante sanari infantem. Co- 136
clearum saliva inlita infantium oculis palpebras corrigit gi-
gnitque; ramicosis coclearum cinis cum ture et ex uvis albo
suco inlitus per dies triginta medetur. Inveniuntur in cor-
niculis coclearum harenaciae duritiae; hae dentitionem faci-
lem praestant adalligatae. Coclearum inanium cinis cerae
mixtus procidentium interaneorum partis extremas prohibet;
oportet autem cineri misceri saniem punctis emissam e ce-
rebro viperae. Cerebrum viperae inligatum pelliculae denti- 137
tiones adiuvat; idem valent et grandissimi dentes serpentium.
Fimum corvi lana adalligatum infantium tussi medetur. Vix
est serio conplecti quaedam, non omittenda tamen, quia sunt
prodita. Ramici infantium lacerta mederi iubent; marem hanc

cum, omitt. VRd. — *praegnati*, V. — *praestare*, V.

§ 135. *si coagulatio lactis*, R. *si coagulatio lacte*, θVTd. *si vitium coagulato lacte*, β. — *dentitiones*, R^{2}T. *dentiones*, VR^{1}d. *dentitionem*, β. — *pecoris*, VRTK^{1}d. *leporis*, K^2. *pecori*, β. — *ramex*, Broter. *rames*, VR^{2}d. *rumes*, R^1. *ramices*, β. — *admoti*, VR. — *poste*, V. — *arundini*, Vd (codd. Gel.) *harundinem*, R. — *alligata*, V (codd. Gel.) *inligatae*, θR. *illigati*, d. — *suspenditur*, codd. Gel. *suspenduntur*, VRd. — *exspirante*, VR^{1}d. *exspirante ea*, R^2. *ea exspirante*, βγ.

§ 136. *inlitu*, V. — *gignitque*, Rd. *cignitque*, V. *cingitque*, θ. — *ramitosis*, VRd. — *et ex*, VRTd. *ex*, βγ. — *uvis*, Td. *ovis*, VR^1. *ovi*, R^{2}β. — *albo*, RTd. *alvo*, V. *albi*, β. *ovi albo succo*, Gesner. hist. anim. 3, 468. et Dalec. — *in*, R^2. Omitt. VR^{1}d. — *hae*, V. *eae*, Rdβγ. — *facile*, VR. — *cerae mixtus*, VRTd. *admixtus cerae*, βγ. — *cohibet*, K. — *cinere*, d. — *emissam e cerebro viperae; cerebrum viperae*, R. *emissam cerebrum viperae*, Vd.

§ 137. *inligatum*, R^2. *illocum*, VR^{1}d. — *pellicula*, d. — *cedentiones*, V. — *idem*, VRTd. *ad idem*, β. — *valet*, VT. — *grandissimi*, R^2. *grano*, VR^{1}Td. — *tusi*, V. — *Ramici*, R^2. *Ramiti*, VR^{1}d. — *prendi*, θRT. *praendi*, V. *prehendi*, dβγ. — *intelligi*, θVR^{1}Td. *id intelligi*, R^{2}βγ. — *si*, θVR^{1}Td. *quod sub*, K. *et quod sub*, R^{2}βγ. — *habeant*, Rd.

§ 138. *Id*, V^{2}Rd. *Ad*, V^1. — *per aurum*, R^{2}d. *peraturum*, VR^1. — *vel argentum*, K. — *et*, θVRTd. *aut*, βγ. — *clostrum*, R^2. *closirum*, θVR^{1}T.

prendi; intellegi si cauda unam cavernam habeat. Id agen- 138
dum ut per aurum et argentum et ostrum mordeat vitium; tum in calice novo inligatur, in fumo ponitur. Urina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. Scarabaeorum cornua grandia denticulata adalligata iis amuleti naturam optinent. Bovae capiti lapillum inesse tradunt, quem ab ea exspui si necem timeat; inopinantis praeciso capite exem-
ptum adalligatumque mire prodesse dentitioni. Item cerebrum 139
eiusdem ad eundem usum adalligari iubent et limacis lapillum sive ossiculum; invenitur in dorso. Magnifice iuvat et ovis cerebrum gingivis inlitum sicut auris adips anserinus cum ocimi suco inpositus. Sunt vermiculi in spinosis asperi, lanuginosi; hos adalligatos protinus mederi tradunt infantibus, si quid ex cibo haereat.

48. Somnos adlicit oesypum cum murrae momento in vini 140
cyathis duobus dilutum vel cum adipe anserino et vino myrtite, avis cuculus leporina pelle adalligatus, ardeolae rostrum in pelle asinina fronti adalligatum; putant et per se rostrum effectus eiusdem esse vino conlutum. E diverso somnum arcet vespertilionis caput aridum adalligatum.

49. In urina virili enecata lacerta venerem eius qui fecerit 141
inhibet; nam inter amatoria esse magi dicunt; inhibet et fimum cocleae et columbinum cum oleo et vino potum. Pulmones volturini in dextra parte venerem concitant viris ad-

dosirum, d. — *novo*, R^2. Omitt. VR^{1}d. — *in fumo*, VRd. *et in fumo*, *βγ*. — *pomi*, R. *poni*, Vd. — *Urinam*, V. — *datur*, V. — *iis*, ita nos scripsimus. *its*, V. *his*, Rd*βγ*. — *obtinet*, Vd. — *Bovae*, VRTd. *Bovis*, *β*. — *ea*, VTd. *eo*, R*βγ*. — *exspuit*, d. — *inopinantis*, R^{2}Td. *inopinantem*, VR^1. *inopinatis*, *β*. — *praecioso*, R^1. — *prodesse*, R. *prodest si*, V. *prodest*, d. — *dentitionis*, R^1.

§ 139. *invenitur*, VRd. *quod invenitur*, *βγ*. — *in*, R^{2}d. Omitt. VR^1. — *sicut*, R. *sicum*, d^1. *siccum*, Vd^2. — *spinosis*, *θ*V. *spinosis herbis*, Rd*βγ*. — *hos*, R^{2}d. *si hos*, V. Om. R^1. — *haereat*, Rd. *ereat*, V (ante h. v. tenue litterae *h* vestigium). *exeat*, K.

§ 140. *Somnus*, V. — *allicit*, R^2. *adicit*, Vd. *addicit*, R^1. — *murte*, V. *mirte.*, R^1. — *adalligatus*, VR^2. Omitt. R^{1}d. — *ardiolae* (sic) *rostrum in pelle*, R^2. Omitt. VR^{1}d. — *asininae fronti*, d. *asininae frontis*, VR. — *effectus eiusdem*, Rd. *effectus eius*, V. *eiusdem effectus*, *βγ*. — *somnum*, R^2. *somno*, VR^{2}d. — *arcent*, R^{1}d. — *vespertilionum*, VR^2.

§ 141. *In urina*, VR^2. *Putant urina*, R^1. *Urina*, Td. — *enecata lacerta*, Td. *eneca lacerta*, V. *necata lacerta*, R. *lacerta necata*, *βγ*. — *fecerit*, *θ*VR^{2}Tdr. *ferit*, R^1. *biberit*, *β*. — *inhibet*, *θ*T. *inhibent*, VRd. *cohibet*, *β*. — *amatoriam*, VR. — *inhibent*, VRd. — *et* ante *columbinum* omitt. VRd. — *Pulmones*, *θ*V. *Pulmonis*, Rd*βγ*. — *in dextra parte*, *θ*. *in dextre partis*, VR^1. *dextrae partis*, R^2. *dextrae partes*, *βγ*. — *viridis*, V.

alligatae gruis pelle, item si lutea ex ovis quinque columbarum admixto adipis suilli denari pondere ex melle sorbeantur, passeres in cibo vel ova eorum, gallinacei dexter testis arietina pelle adalligatus. Ibium cineres cum adipe 142
anseris et irino perunctis, si conceptus sit, partus continere, contra inhiberi venerem pugnatoris galli testiculis anserino adipe inlitis adalligatisque pelle arietina tradunt, item cuiuscumque galli gallinacei, si cum sanguine gallinacei lecto subiciantur. Cogunt concipere invitas saetae ex cauda mulae, si iunctis evellantur, inter se conligatae in coitu. Qui in 143
urinam canis suam egesserit dicitur ad venerem pigrior fieri. Mirum et de stellionis cinere, — si verum est, — linamento involutum in sinistra manu venerem stimulare, si transferatur in dextram, inhibere, item vespertilionis sanguinem collectum flocco suppositumque capiti mulierum libidinem movere aut anseris linguam in cibo vel potione sumptam.

50. Phthiriasim a toto corpore pota membrana senectutis 144
anguium triduo necat, serum exempto caseo potum cum exiguo sale. Caseos, si cerebrum mustelae coagulo addatur, negant conrumpi vetustate aut a muribus attingi; eiusdem mustelae cinis si detur in offa gallinaceis pullis et columbinis, tutos esse a mustelis. Iumentorum urinae tormina

lutea, VR². *lute*, R¹. *lecte*, d. — *quinque*, omitt. VR¹. — *admixto adipis*, R. *admixtie adips*, V. *admixta adeps*, d. — *passeris*, VR. — *gallinaceae*, V.

§ 142. *Ibium*, R²d. *Ibicum*, VR¹. — *cineres cum adipe*, R²d. Omitt. VR¹. *cinere*, K. — *et*, VR²d. *adips et*, R¹. — *si*, VR. *sic*, d. — *sit*, omitt. VRd. — *contineri*, VRdr. — *venere*, V. — *pugnatori*, V. — *galli gallinacei*, d. *galli*, R²T. Omitt. VR¹. — *si cum*, VR²d. *sucum*, R¹. — *invitas concipere*, Td. — *setae*, Rd. *sed hac*, V. — *mulae si*, d. *muli e si*, V. *mulieri* (e superscr.), R. — *iunctis*, VR²d. *iuxtis*, R¹. *cunctis*, codd. Gel. — *et inter se colligentur in*, K.

§ 143. *Qui in*, R²d. *Qui*, VR¹. — *egesserit*, VR¹Td. *gesserit*, R². *ingesserit*, *βγ*. — *pigros*, Vd. — *liniamento*, Vd. — *in dextra*, R²d². *intra*, VR¹d¹. — *inhiberi*, VRd. — *vespertilionis*, R². Omitt. VR¹d. — *floco subpotum quae*, V. — *capi*, V. — *moveri ait anseris*, V. — *potionem*, V.

§ 144. *Phthiriasin a toto corpore*, Barbar. *ptyria* (e superscr.) *semet toti corporis*, R. *Ptyriasem ectaci corporis*, V. *Ptiriasim ectati corporis*, d. Spreta Barbari interpolatione Plinium scripsisse existimo: *Phthiriasim inhibet totius corporis pota — anguium, triduo necat serum* rell., ita ut verba *totius corporis* non ad *phthiriasim* referantur, quod modo ineptissime fit, cum phthiriasis non sit singularum corporis partium, sed semper totius corporis; referenda potius sunt ad sequentia et Plinius illam membranam non ex parte, sed totam bibendam esse demonstrat. Illius vero vocis *inhibet* ex scriptura codicis R a me erutae non leve vestigium in eo cernitur, quod vulgo *β* statim infra *inhibet* pro *necat* legebatur.

vespertilione adalligato finiuntur, verminatio ter circumdata verendis palumbe, mirum dictu; palumbis emissus moritur iumentumque liberatur confestim.

51. Ebriosis ova noctuae per triduum data in vino tae- 145
dium eius adducunt; ebrietatem arcet pecudum assus pulmo praesumptus. Hirundinis rostri cinis cum murra tritus et in vino quod bibetur inspersus securos praestabit a temulentia; invenit Orus Assyriorum rex.

52. Praeter haec sunt notabilia animalium ad hoc volumen 146
pertinentium. Gromphenam avem in Sardinia narrant grui similem, ignotam iam etiam Sardis, ut existumo; in eadem provincia ophion cervis tantum pilo similis nec alibi nascens. Iidem auctores nominavere subiugum, quod nec quale esset animal nec ubi nasceretur tradiderunt; fuisse quidem non dubito, cum et medicinae ex eo sint demonstratae. M. Cicero tradit animalia biuros vocari qui vitis in Campania erodant.

XVI. 53. Reliqua mirabilia ex iis quae diximus: non la- 147
trari a cane membranam ex secundis canis habentem aut leporis fimum vel pilos tenentem; in culicum genere muliones non amplius quam uno die vivere eosque qui arborarii pici rostrum habeant et mella eximant ab apibus non attingi; porcos sequi eum a quo cerebrum corvi acceperint in offa;

— *necat*, θVRTdr. *inhibet*, β. — *serum*, VRd. *ac serum*, βγ. — *potum*, om. V. — *negant*, VRTKd. *negat*, β. — *in offa*, R^{2}. Omitt. VR^{1}d. — *pullis*, omitt. VRd. — *vespertilionis*, VR^{1}. — *circumdata*, V. *circumlata*, Rd. *circumlato*, βγ. — *verendis*, R. *mędis*, Vd. — *palumbe*, V. *palumbę*, R. *palumbo*, dβγ. — *dictum*, V. — *palumbis*, R^{1}. *palumbus*, VR^{2}dβγ. — *iumentumque*, VR. *iumentum*, dβγ.

§ 145. *abducunt*, Td. — *rostri*, R^{2}. *rostrum*, VR^{1}d. — *bibetur*, Rd. *libetur*, V. *bibitur*, r. — *invenit*, VRd. *invenit hoc*, βγ. — *Orus*, VR. *Horus*, dβγ. — *Assyriorum*, d. *Asiriorum*, V. *Siriorum*, R^{1}. *Massiriorum*, R^{2}. — *sex*, d.

§ 146. *Haec sunt praeter*, d. — *notibilia*, V. — *Gromphenam*, d. *Gromphenam*, R. *Zromphenam*, V. — *in*, R^{2}. Omitt. θVR^{1}d. — *Sardiniā*, Rd. *Sardiniam*, θV. — *narrant*, d. *narratam*, VR. — *gravi*, V. — *iam etiam*, Rd. *lametiam*, V. — *Sardis*, d. *Sar*, VR^{1}. *nardis*, R^{2}. — *ophion*, R^{2}. *phion*, VR^{1}d. *est ophion*, βγ. — *Idem*, V. — *auctores nominavere*, R^{1}d. *auctoris*, V. *auctor est nomen habere*, R^{2}. — *subiugum*, θVR^{1}Td. *surulugum*, R^{2}. *sirulugum*, β. — *nec ubi*, Rd. *nec ubi nec ubi*, V. — *demonstrare*, V. — *animalia*, θVRTdr. *animal*, β. — *biuros*, θVTd. *diuros*, R^{1}. *habituros*, R^{2}. *byturos*, β. — *erodant*, VRd (codd. Gel.) *rodant*, r.

§ 147. *is*, V. *his*, Rdβγ. — *dicemus*, r. — *membranam*, VR^{2}d. *membrane*, R^{1}. — *ex*, V. *e*, d. *me*, R^{1}. Om. R^{2}. — *arborarii pici*, Rd. *arbora recipi*, V. — *rostrum*, R^{2}. *monstrum*, VR^{1}d. — *mella*, Vd. *melle*, R^{1}. *mellea*, R^{2}. — *eum a quo*, θVR^{1}Td. *eos a quibus*, R^{2}β. — *offa*, R (ex corr.) d. *ossa*, V.

pulverem in quo se mula volutaverit corpori inspersum mi- 148
tigare ardores amoris; sorices fugari si unus castratus emit-
tatur; anguina pelle et farre et sale serpyllo contritis una
deiectisque cum vino in faucis boum uva maturescente, toto
anno eos valere, vel si hirundinum pulli tres tribus offis
dentur; pulvere e vestigio anguium collecto sparsas apis in
alvom reverti; arietis dextro teste praeligato oves tantum
gigni; non lassescere in ullo labore qui nervos ex alis et 149
cruribus gruis habeant; mulas non calcitrare cum vinum bi-
berint. Ungulas tantum mularum repertas neque aliam ullam
materiam quae non perroderetur a veneno Stygis aquae, cum
id dandum Alexandro magno Antipater mitteret, dignum
memoria est, magna Aristotelis infamia excogitatum. Nunc
ad aquatilia praevertemur.

§ 148. *pulvere*, V. — *amores*, V. — *fugare*, VRd. — *castretus*, V. — *et farre et sale*, VRd. *et sale et farre*, βγ. — *serpyllo*, VRd. *cum serpyllo*, βγ. — *una*, VRTd. *uno die*, β. — *fantices*, R[1]. — *tres tribus*, VRd. *tribus*, βγ. — *sparsum*, VR[1]. — *alvom*, ita nos scripsimus. *alvo*, VRd. *alvos*, Tγ. *alvearia*, β.

§ 149. *lassescere*, R[2]. *lassare*, θVT. *lasare*, R[1]. *lassari*, dγ. — *nullo*, VR[1]. — *perroderetur*, R[2]. *perrodatur*, VR[1]Td. — *a veneno*, om. R[1]. — *dando elexandro*, V. — *dignum memoria*, Vd. *digna memoria*, R. *memoria dignum*, βγ. — *prevertemur*, d. *p̄vertemur*, R. *pervertemur*, V. *revertemur*, βγ.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXXI.

Cap. I. Sect. 1. Aquatilium secuntur in medicina bene- § 1
ficia, opifice natura ne in illis quidem cessante et per undas
fluctusque ac reciprocos aestus amniumque rapidos cursus
inprobas exercente viris, nusquam potentia maiore, si verum
fateri volumus; quippe hoc elementum ceteris omnibus in-
perat. Terras devorant aquae, flammas necant, scandunt in 2
sublime et caelum quoque sibi vindicant ac nubium optentu
vitalem spiritum strangulant, quae causa fulmina elidit, ipso
secum discordante mundo. Quid esse mirabilius potest aquis
in caelo stantibus? At illae, ceu parum sit in tantam per-
venire altitudinem, rapiunt eo secum piscium examina, saepe
etiam lapides, subeuntque portantes aliena pondera. Eaedem 3
cadentes omnium terrae nascentium causa fiunt, prorsus mi-
rabili natura, si quis velit reputare, ut fruges gignantur, ar-
bores fruticesque vivant, in caelum migrare aquas animamque

Ad hunc librum toti sunt excussi VRd; de siglis ψΩ in extremo libro v. ad § 118.

§ 1. *opice*, V. — *nec*, θ. — *fluctisque*, V. — *exercente*, VRTKd. *exerente*, β. — *vires*, R[2]Td. *virus*, VR[1]. — *potentiam ea vire*, V.

§ 2. *aquae*, Rd. *aeque*, V. — *scandant*, V. — *obtentum*, Vd. — *fulmina elidit*, R (codd. Gel.) *flumine lidit*, V. *fulm̄////e ledit*, d. — *ipso*, R[2]d. *ipse*, VR[1]. — *aquis*, R[2]d. *aquas*, VR[1]. — *in caelo*, R[2]. *caelo*, VR[1]d. — *Ad ille*, V. — *exanima*, V. — *in lapides*, V. — *subeuntque*, VRTd. *subvehunt*, β.

§ 3. *Aedem*, V. — *omnia*, V. — *terrae*, V. *terre*, R[1]. *terra*, R[2]dβγ. — *nascentum*, R[1]. — *ut*, R. *vi*, Vd[1]. *un''*, d[2]. *unde*, T. — *vivunt*, V.

etiam herbis vitalem inde deferre, confessione victa omnis terrae quoque viris aquarum esse benefici. Quapropter ante omnia ipsarum potentiae exempla ponemus; cunctas enim enumerare quis mortalium queat?

II. 2. Emicant benigne passimque in plurumis terris, aliae 4
frigidae, aliae calidae, aliae iunctae sicut in Tarbellis Aquitanica gente et in Pyrenaeis montibus, tenui intervallo discernente, aliae tepidae egelidaeque auxilia morborum profitentes et e cunctis animalibus hominum tantum causa erumpentes. Augent numerum deorum nominibus variis urbisque condunt sicut Puteolos in Campania, Statyellas in Liguria, Sextias in Narbonensi provincia, nusquam tamen largius quam
in Baiano sinu nec pluribus auxiliandi generibus. Aliae sul- 5
phuris, aliae aluminis, aliae salis, aliae nitri, aliae bituminis, nonnullae etiam acida salsave mixtura; vapore ipso aliquae prosunt. Tanta iis est vis ut balineas calefaciant ac frigidam etiam in soliis fervere cogant, quae nunc Baiae Posidianae vocantur nomine accepto a Claudi Caesaris liberto; opsonia quoque percocunt. Vaporant et in mari ipso quae Licini Crassi fuere, mediosque inter fluctus exsistit aliquid valetudini salutare.

confessione victa, V. *victa confessione*, T d. *vita confessione*, R^2. *confessione vita*, R^1. *iusta confessione*, $\beta\gamma$. *Vincere confessionem* per graecismum notissimum dicitur, de quo v. Ernesti. clav. Cicer. s. v. *vincere*, Ruhnken. ad Vell. 1, 8. — *benefici*, V. *beneficii*, R$\beta\gamma$. *beneficium*, T d. — *potentia*, V. — *enumerare quis mortalium*, V R d. *quis mortalium enumerare*, $\beta\gamma$. — *queat. Emicant*, R d. *que aremicant*, V.

§ 4. *pluribus*, R^1. — *aliae*, T d. *alie*, R^1. *ale*, V. *alibi*, R$^2\beta\gamma$. — *fridae*, V. — *aliae — aliae*, V R T d. *alibi — alibi*, $\beta\gamma$. — *iunctae*, R^{2}d (codd. Gel.) *inunctae*, V^{2}R^1 (codd. Barbari). *iniunctae*, V^1. *invinctae*, T. — *in*, R^{2}d. Omitt. V R^1. — *Aquitanica*, R^{2}d. *Aquitania*, V. Verba *Aquitanica — Pyrenaeis* om. R^1. — *gentibus*, R^2. — *discernente*, R^{2}d. *discendente*, V. *descendente*, R^1. — *aliae*, V R T d. *alibi*, $\beta\gamma$. — *egelidaeque*, V R. *gelidaeque*, T d. — *profitentes*, V R T d. *conferentes*, β. — *animalibus*, θ R T d. *animalium*, V$\beta\gamma$. — *varies*, V. — *Statiellas*, V R^2. *Statielas*, R^1. — *Sexcias*, V. — *Narboniensa*, V. — *Baiano sinu nec*, R d. *balano si nunc e*, V.

§ 5. *aliae aluminis*, d. *ut aliae luminis*, V. *ut alie aluminis*, R^1. *utilia aluminis*, R^2. — *acida*, R d. *agida*, V^1. *algida*, V^2. — *vapore ipso*, V R T. *vapore quoque ipso*, d$\beta\gamma$. — *Tanta iis*, ita nos scripsimus. *Tantatis*, V. *Tanta his*, d^2. *Tantatio*, d^1. *Tantaque*, R (ex corr.) *Tantaque eis*, $\beta\gamma$. — *solis*, V. — *nunc*, Gronov. *in*, V R d$\beta\gamma$. — *Baiae*, Gronov. *bale*, V. *bala*, d. *Baiano*, R (in rasura) $\beta\gamma$. — *Posidianae*, d. *Possidianae*, V R r. Sed nomen *Possis*, de quo docte egit Keil. anall. epigr. p. 211. h. l. in censum non venit, cum ex Iuvenal. 14, 91. (*Ut spado vincebat Capitolia nostra Posides*) sciamus hunc hominem, de quo plura v. apud Suet. Claud. 28., non *Possim*, sed *Posiden* dictum fuisse. — *mediosque*, R^2. *medios*, d. *que mediosque*, R^1. *mediisque*, V. — *valitudini*, R.

3. Iam generatim nervis prosunt pedibusve aut coxendici- 6
bus, aliae luxatis fractisve, inaniunt alvos, sanant volnera,
capiti auribusque privatim medentur, oculis vero Ciceronia-
nae. Digna memoratu villa est ab Averno lacu Puteolos ten-
dentibus inposita litori, celebrata porticu ac nemore, quam
vocabat Cicero Academiam ab exemplo Athenarum, ibi com-
positis voluminibus eiusdem nominis, in qua et monimenta
sibi instauraverat, ceu vero non in toto terrarum orbe fe-
cisset. Huius in parte prima exiguo post obitum ipsius, An- 7
tistio Vetere possidente, eruperunt fontes calidi perquam
salubres oculis, celebrati carmine Laureae Tulli qui fuit e
libertis eius, ut protinus noscatur etiam ministeriorum hau-
stus ex illa maiestate ingeni. Ponam enim ipsum carmen
ubique et non ibi tantum legi:

Quo tua, Romanae vindex clarissime linguae, 8
  Silva loco melius surgere iussa viret
Atque Academiae celebratam nomine villam
  Nunc reparat cultu sub potiore Vetus,
Hoc etiam adparent lymphae non ante repertae
  Languida quae infuso lumina rore levant.

§ 6. *generatis*, V. — *luxatis*, R^2. *eluxatis*, d. *eloxatis*, VR^1. — *fractisve*, om. R^1. — *vulnera*, θVRTd. *ulcera*, β. — *auribusque*, Rd. *auribus*, V. — *privati*, V. — *Dignum emorato*, V. — *celebra*, V. — *quam*, θVR^1Td. *quam et*, βγ. — *vocabat*, VR^1Td. *vocabas*, θ. *evocabat*, R^2. — *nominis*, Rd (codd. Gel.) *nominibus*, V (codd. Barbari). — *monimenta*, R^1. *monumenta*, θVR^2d. *monumentum*, β. — *non*, VR^1d. *non ex*, R^2. *non et*, γ. — *toto*, R^2d. *eoto*, VR^1. — *fecisse*, VR.

§ 7. *exiguo*, om. R^1. — *ovitum*, V. — *validi*, VR^1. — *perquam*, R^2d. *perque*, R^1. *inquam*, V. — *salubre*, V. — *Laurea ae*, V. — *ministeriorum haustus*, RTd. *ministeriorum haustis*, θV. *ministerium eius*, β. — *maiestate*, VRTd. *maiestas*, θ. — *ingenii*, Td. *ingena* (i supra), V. *ingenam*, θR^1. Omitt. R^2β. At legendum est *ingeni. Iam ponam enim*, uti prorsus eadem ratione Plinius locutus est 21, 115. *ministri etiam ex illarum haustu maiestas ingens*, Dalec. *ut protinus noscatur etiam* (ipse scilicet Cicero) *ministeriorum haustis ex illa maiestate ingeniis*, Gronov. — *carmen*, VRd. *carmen dignum*, βγ. De audaciore usu accusativi c. infinitivo a *ponam* apti v. ad 34, 59. — *non ibi tantum*, R^2. *ibi tantum non*, VR^1d.

§ 8. Epigramma legitur in antholog. Burm. 2, 156., Meyeri 67. *Quo*, Crus. probabill. crit. 6. et Meyer. Confirmat d. *Quod*, VRβγ. — *tua Romanae*, R^2d. *mane Varro*, V. ////////// *varro*, R^1. — *solo*, Crus. — *surgere*, VR^2d. *silvere*, R^1. — *viret*, R. *vires*, Vd. — *Academiae*, VRd. *Hecademeo*, Meyer. ex codice Heinsii coll. Hermann. ad Aristoph. nubb. 1005. — *reperat*, R^1. — *cultu*, R^2d. *cultos*, VR^1. — *Hoc*, VRd. *Hic*, βγ. — *reparte*, V. — *rore levant*, R. *relevant*, V. *iam relevant*, d.

Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontis cum patefecit ope,
Ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quae medeantur aquae.

4. In eadem Campaniae regione Sinuessanae aquae sterilitatem feminarum et virorum insaniam abolere produntur,
5. in Aenaria insula calculosis mederi, et quae vocatur Aci- 9
dula ab Teano Sidicino quattuor milibus passuum, — haec
frigida, — item in Stabiano quae dimidia vocatur, et in Venafrano ex fonte Acidulo. Idem contingit in Velino lacu potantibus; item in Syriae fonte iuxta Taurum montem auctor est M. Varro et in Phrygiae Gallo flumine Callimachus; sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat, quod in Aethiopia accidere his qui e fonte rubro biberint Ctesias scribit.

6. Iuxta Romam Albulae aquae volneribus medentur ege- 10
lidae; sed Cutiliae in Sabinis gelidissimae suctu quodam corpora invadunt ut prope morsus videri possit, aptissimae stomacho, nervis, universo corpori.

7. Thespiarum fons conceptus mulieribus repraesentat, item in Arcadia flumen Elatum; custodit autem fetum Linus fons in eadem Arcadia abortusque fieri non patitur. E diverso in Pyrraea flumen quod Aphrodisium vocatur sterilis facit.

8. Lacu Alphio vitiligines tolli Varro auctor est Titiumque 11

Sinuesani, R^1. — *sterelitatem*, VR. — *saniem*, d.

§ 9. *quae*, Rd. *quo*, V. — *Venafrano*, R. *Venenafrano*, V. *veneno frano*, d. — *Acidulo*, R^2. *Acidulos*, VR^1. *Acidulus*, d. — *Phrygiae*, Rd. *Phiae*, V. — *putando*, V. — *necessarius*, om. d. — *ne*, R^2. *ne in*, VR^1d. — *in*, R^2d. Omitt. VR^1. — *iis*, K. — *e fonte*, θVRTd. *fonte*, β. — *esias*, V.

§ 10. *egelidae*, VR. *hae gelidae*, Td. *praegelidae hae*, r. *egelidae hae*, βγ. — *Cutiliae*, d. *Cutillae*, VR. — *gellidissimae*, V. — *succo*, r. — *quodam*, R. *quidam*, d. *quiddam*, V. — *flumen Elatum*, R^2d. *flumina latum*, VR^1. — *custodiat*, R^1. — *fetum*, Pint. r. *flatum*, VRTd. *partum*, β. — *Linus*, R^2. *Lemus*, V. *Levius*, T. *Leinus*, d. *Le///inus*, R^1. — *eadem*, Rd. *edem*, V. — *Pyrraea*, R. *Pyrra*, VK^1d. *ad Pyrasum*, K^2. — *flumen*, R^2d. *non patitur flumen*, VR^1. — *Aphrodisium*, VRd. *Ambrysus*, K^1. *Amphrysus*, K^2. *Amphrysium*, Barbar. — *stereles*, R.

§ 11. *Lacu*, VR^1d. *Lacus*, R^2βγ. — *apio*, R^1. *ahpio*, R^2. *opio*, Vd. *Alphion*, codd. Gel. βγ, quod retento ipso nomine in iustum casum mutavimus. — *tolli*, VRd. *tollit*, βγ. — *Titumque*, d. *Titium quae*, VR. *Titium quendam*, βγ. — *faciem*, R (ex corr.) — *in epistola*, R. *epistola*, Vd. — *culpe*, R^1.

§ 12. *Tungris*, T. — *bullis stillantem*, RTdr. *bullis stellantem*, V (codd. Gel.) βγ. *stellis bullantem*, K^1. *tubulis stillantem*, K^2. — *ferrugines*, V. — *febras*, V. — *calculorumque*, R^1. *calculorum*, VR^1d. — *vitia; eadem*, Rd. *vitiae adest*, V. —

praetura functum marmorei signi faciem habuisse propter id vitium. Cydnus Ciliciae amnis podagricis medetur, sicut adparet in epistula Cassi Parmensis ad M. Antonium; contra aquarum culpa in Troezene omnium pedes vitia sentiunt.
Tungri civitas Galliae fontem habet insignem, plurumis bullis 12
stillantem, ferruginei saporis, quod ipsum non nisi in fine potus intellegitur; purgat hic corpora, tertianas febris discutit calculorumque vitia; eadem aqua igne admoto turbida fit ac postremo rubescit. Leucogaei fontes inter Puteolos et Neapolim oculis et volneribus medentur. Cicero in admirandis posuit Reatinis tantum paludibus ungulas iumentorum indurari.

9. Eudicus in Hestiaeotide fontis duos tradit esse, Cero- 13
nam ex quo bibentis ovis nigras fieri, Nelea ex quo albas, ex utroque varias; Theophrastus Thuriis Crathim candorem
facere, Sybarim nigritiam bobus ac pecori; 10. quin et ho- 14
mines sentire differentiam eam; nam qui e Sybari bibant nigriores esse durioresque et crispo capillo, qui e Crathi candidos mollioresque ac porrecta coma; item in Macedonia qui velint sibi candida nasci ad Haliacmonem ducere, qui nigra aut fusca ad Axium. Idem omnia fusca nasci quibusdam in locis dicit et fruges quoque, sicut in Messapiis, at in Lusis Arcadiae quodam fonte muris terrestris vivere et conversari. Erythris Aleos amnis pilos gignit in corporibus.

igne admoto, R[2]d. *igne admota*, V R[1]. *igni admota*, K. — *ac postremo*, θ V R T d. *ad postremum*, β. — *Leocogaei*, R[1]. — *Poteoles*, V. — *oculis*, V R. *musculis*, d[1]. *musculis*, d[2].

§ 13. *Eudoxus*, Sylburg. ad (Aristotel.) auscult. mirab. 184. et Pontedera antiquitt. Gr. et Lat. p. 216. — *Hestiaeotide*, R. *Hestiaeuticae*, V. *Estiaeotide*, d γ. *Hestiaea*, Barbar. — *Ceronam*, V R d. *Ceronem*, β γ. Κηρεὺς dicitur Straboni 10, 14. p. 449., ubi v. Kramer. — *nigras*, V R d. *albas*, K. — *Nelea*, Harduin. ex Strabone et Antigono Carystio. *Mellea*, V R[1] d[1]. *Melleam*, T d[2]. *Melle*, R[2]. *Melan*, K β. — *albas*, V R d. *nigras*, K. — *ex utroque*, V R d. *ex utroque autem*, β γ. — *Thuriis*, V R d. *in Thuriis*, β γ. — *Crathin*, Merula et Barbarus. *chratim*. V R d. — *bobus*, d. *bubus*, R[2]. *ambobus*. V R[1].

§ 14. *e Sybari*, θ V R T d. *Sybarim*, β. — *vibant*, V. — *e Crathi*, θ V T. *ex Crathi*, d γ. *et rati*, R[1]. *echatari*, R[2]. *ex Crathide*, β. — *madidioresque*, θ V R T d. — *prorrecta*, V R. — *vellint*, V. — *Halacmonem*, R (in corr.) *Haliacmon*, codd. Barbari. *Allimo*, V. *aliamonem*, d. *Aliacmonem*, β γ. — *ducere qui nigra aut fusca; idem omnia fusca*, R[2]d. Omitt. V R[1]. — *nasci quibusdam*, R[2]. *quibusdam*, V β γ. *nasci ab aliamo quibusdam*, T d. Om. R[1]. — *dicit*, V R T d. *tradit nasci*, β γ. — *Messapis*, R. — *ad*, V. — *in Lusis*, θ V R T d (codd. Barbari). *Lusis*, β. — *vivere*, R d (codd. Gel.) *vivire*, V. — *conservari*, Pint. — *Aleos*, R[2]. *Alios*, V R[1]. *alius*, d.

11. In Boeotia ad Trophonium deum iuxta flumen Her- 15
cynnum e duobus fontibus alter memoriam, alter oblivionem adfert, inde nominibus inventis.

12. In Cilicia apud oppidum Cescum rivos fluit Nus ex quo bibentium subtiliores sensus fieri Varro tradit, at in Cea insula fontem esse quo hebetes fiant, Zamae in Africa ex quo canorae voces.

13. Vinum taedio venire iis qui ex Clitorio lacu biberint 16
ait Eudoxus, et Theopompus inebriari fontibus iis quos diximus. Mucianus Andri e fonte Liberi patris statis diebus septenis eius dei vinum fluere, si auferatur e conspectu tem-
pli, sapore in aquam transeunte; 14. Polyclitus explere olei 17
vicem iuxta Solos Ciliciae Liparim, Theophrastus hoc idem in Aethiopia eiusdem nominis fontem, Lycos in Tasitia eius fontem esse cuius aqua luceat; idem Ecbatanis traditur. Theopompus in Scotussa lacum esse dicit qui volneribus me-
detur; 15. Iuba in Trogodytis lacum insanum malefica vi 18
appellatum ter die fieri amarum salsumque ac deinde dulcem totiensque et noctu, scatentem albis serpentibus vicenum

§ 15. *Hercynnum*, ita nos scripsimus praeeunte Müllero, qui *Orchomenos und die Minyer* p. 158. *Orcynam* coniecerat. *er*^{cyn}*////num*, R. *eryc*, V. *Erycnum*, Td. *Orchomenon*, codd. Barbari, βγ. Et primum quidem duplicem litteram *n* ex R retinui, cui consentit codex Laurishem. Livii 45, 27. et quam scripturam passim Graecorum quoque scriptorum codd. exhibent; deinde mutare nolui *u* in *a*, quamquam constat amnem *Hercynnam* dictum fuisse; at uti § 13. Plinius *Ceronam* dixit diversus ab aliis scriptoribus, ita h. l. masculinam vel neutralem formam praetulit. — *e duobus fontibus alter*, RTd. *duo sunt fontes, quorum alter*, βγ. Om. V. — *In Cilicia*, R (ex corr.) — *aput*, V. — *Cescum*, codd. Gel. *Viscum*, VR^{1}Td. *Visgum*, R^2. *Crescum*, β. — *Nus*, codd. Gel. *nuus*, R^2. *novus*, VR^{1}Td. — *Varro*, VR^1. *P. Varro*, R^2. *M. Varro*, dβγ. — *ad*, V. — *Chio*, Dalec. — *qui hebetes facit*, K. — *Africa ex quo*, R. *Africaes*, V. *Africa*, d. *Africa quo*, βγ.

§ 16. *taedio*, VR. *in taedium*, Tdγ. — *venire iis*, ita nos scripsimus. *veniret is*, V. *venire his*, R (*his* ex corr.) dβγ. — *ait*, a (apud Harduin.) *at*, dβ. *ad*, VR. — *et*, VRd. Om. γ. — *Theupompus*, VR. *Thepompus*, d. — *iis*, Vd. *his*, θRT. — *diximus* 2, 230. — *Andri e*, V. *Andriae*, R. *Adrie*, d. — *statis*, R^2. Omitt. VR^{1}Td. — *eius dei*, R. *eius det*, V. *eiusdem*, TKd. — *e*, VRd. *a*, βγ. — *aqua*, Vd.

§ 17. *Polyclitus*, VRd, in quod iam incidit Passow. opuscc. acad. p. 223., qui *Polycletus* scribit. *Polyclytus*, β. *Polycritus*, Meurs. ad Antig. Caryst. 150., γ. — *expleri*, VRd. — *olei vicem*, omitt. VRd. — *Ciliciae*, R (*ciae* in rasura). *Cilica*, d. Om. V. — *Liparim*, Passow. l. l. p. 222. *congui*, VR^1. *ungui*, R^2. *congruit*, d. *fontem*, βγ. At ipsum nomen fluvii, qui Liparis dicebatur (Vitruv. VIII. 3, 8., Antigon. Caryst. 150., excerptum Graecum VII. apud Passow. opuscc.

cubitorum; idem in Arabia fontem exsilire tanta vi ut nullum
non pondus inpactum respuat; 16. Theophrastus Marsyae 19
fontem in Phrygia ad Celaenarum oppidum saxa egerere. Non procul ab eo duo sunt fontes, Claeon et Gelon ab effectu Graecorum nominum dicti. Cyzici fons Cupidinis vocatur ex quo potantis amorem deponere Mucianus credit.

17. Crannone est fons calidus citra summum fervorem, qui 20
vino triduo addito calorem potionis custodit in vasis. Sunt et Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum quorum haustus triduo fervet, circa margines vero pumicem faciunt aquae.

18. Quod si quis fide carere ex his aliqua arbitratur, di- 21
scat in nulla parte naturae maiora esse miracula, quamquam inter initia operis abunde multa retulimus. Ctesias tradit Siden vocari stagnum in Indis in quo nihil innatet, omnia mergantur, Caelius apud nos in Averno etiam folia subsi-
dere, Varro avis quae advolaverint emori. Contra in Africae 22
lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur, item in

p. 222.) desiderari non posse docent verba *eiusdem nominis* statim sequentia. — *Theophilarastus*, V R^1 d. — *hoc*, R^2. *huc*, V. *hac*, R^1. *ac*, d. — *idem*, VRTd. *idem fieri*, $\beta\gamma$. — *nominis*, θVRTd. *virtutis*, β. — *fontem*, VRTd. *fonte*, $\beta\gamma$. — *Lycus*, K. — *in Tasitia eius*, ita nos scripsimus. *inditistra eius*, VRd. *indis^{ti}traei^{s}*, R. *in Indiae terris*, $\beta\gamma$. Tasitia pagus (χώμη) commemoratur in Aethiopia a Ptolemaeo IV. 7, 15., cuius nomen aliis nos deficientibus fontibus reposui. — *pontem*, R. — *luceat*, θVRTd. *lucernae ardeant*, $\beta\gamma$. — *in Ecbatanis*, K. — *Scothussei*, R^2. *Scotus ei*, V R^1. *Scotiis ci*, d. *Scotussis*, codd. Barbari. *Scotusa*, γ.

§ 18. *Trogodytis*, VRTd. *Troglodytis*, β. — *via*, VRd. — *et*, R. *ei*, V. *etiam*, d$\beta\gamma$. — *nocti*, V R^1. — *nullum non*, VR. *nulla*, T. *nulla mora*, dγ.

§ 19. *saxegerere*, V. — *ab eo*, Rd. *habeo*, V. — *sunt duo*, d. — *Claeon*, codd. Barbari. *Cyllon*, VRd. — *Gelon*, R^2 (codd. Barbari). *Gelom*, V R^1. *Gyllon*, d. — *ab effectu*, V R^2. *ab afectu*, R^1. *ab re*, Td. — *Graecorum nominum dicti*, R. *Graecorum nominum dicit*, V. Omitt. Td. — *credet*, V.

§ 20. *Cannone*, V R^2. *Canone*, R^1. *Cranone*, Barbar. d$\beta\gamma$. — *vino triduo addito*, VRTd. *in vino triduo addito*, θ. *in vinum additus triduo*, $\beta\gamma$. — *Mattiati*, V R^1. — *fontis callidi*, V. — *Renum*, V. — *haustus*, R^{2}d. *haustum*, V. *hausto*, R^1.

§ 21. *ex his*, Rd. *extis*, V. — *arbitratur discat in nulla parte*, R^2. *arbitratur*, R^{1}d. *arbri tra*, V. — *naturae maiora esse*, d. *turae maioresse*, V. *natura maiora esse*, R^2. *maiora esse*, R^1. — *initia*, Barbar. Vd. *necia*, R. — *rettulimus*, V. — *Etesias*, V. — *Siden*, R^2. *Siderin*, θV R^1. *Syderim*, Td. *Silen*, Wesseling. ad Diod. Sic. 2, 37. p. 151. prob. Niclas. ad Antigon. Caryst. 161.; add. Bentl. et Ruhnken. ad Callim. fragmm. p. 448. Exscripsit haec Isidorus origg. XIII. 13, 7. — *innatat sed omnia merguntur*, K. — *etiam*, VRd. *ait etiam*, $\beta\gamma$.

Siciliae fonte Plinthia, ut Apion tradit, et in Medorum lacu puteoque Saturni. Fons Limyrae transire solet in loca vicina portendens aliquid, mirumque quod cum piscibus transit; responsa ab his petunt incolae cibo quem rapiunt adnuentes; si vero eventum negent, caudis abigunt. Amnis Holcas in 23
Bithynia Bryazum adluit, — hoc et templo et deo nomen, — cuius gurgitem periuri negantur pati velut flammam urentem. Et in Cantabria fontes Tamarici in auguriis habentur; tres sunt octonis pedibus distantes, in unum alveum coeunt vasto singuli amne; siccantur duodeciens diebus, aliquando 24
viciens, citra suspicionem ullam aquae, cum sit vicinus iis fons sine intermissione largus. Dirum est non profluere eos adspicere volentibus, sicut proxume Lartio Licinio legato post praeturam; post septem enim dies occidit. In Iudaea rivos sabbatis omnibus siccatur.

19. E diverso miracula alia dira. Ctesias in Armenia fon- 25
tem esse scribit ex quo nigros piscis illico mortem adferre in cibis, — quod et circa Danuvi exortum audivi, — donec veniatur ad fontem alveo adpositum, ubi finitur id genus

§ 22. *Sicilia*, V. — *Plinthia*, Osann. in Schneidewin. philol. 3, 25. coll. Senec. natur. quaest. 3, 25: „*Erat in Sicilia* (fons), — — *in quo natant lateres et mergi proiecta non possunt, licet gravia sint.*" *Pinthia*, θVR. *Phitia*, d. *Phinthia*, βγ. — *Mediorum*, V. — *poteoque*, VR^{1}. — *Fons*, Vd. $\overset{t}{////}$ *em$\overset{h}{t}$uni fons*, R. *Thentuni fons*, T. *templum fons*, codd. Barbari. Latere videtur nomen Lycii alicuius herois vel numinis, cui fons sacer fuit. — *Limyrae*, VR (codd. Barbari). *Lymsie*, T. *Lynisie*, d. — *mirumque quod*, Rd (codd. Gel.) *mirumque quo*, V. *mirum quoque est quod*, K. — *responsa*, d. *petunt reponsa*, VR. — *caudis*, R^{2}. *gaudis*, VR^{1}. *gaudiis*, d.

§ 23. *Holcas*, V. *Oleas*, d. *olcas*, R (sed litterae *c* suprascripta est *h* et littera *o* ita mutata, ut scriba *Alchas* exarare voluisse videatur). *Olachas*, βγ. — *Bryacum*, R (*acum* ex corr.) *Brietium*, V. *Briecium*, d (codd. Barbari). — *hoc esse templo*, V. *hoc est templo*, RTd. Mihi Plinius *hoc est et templo* videtur scripsisse. — *deo*, Vd. *dō*, R. — *gurgitem*, VRTd. *gurgite*, codd. Barbari, β. — *negantur*, VRTd. *notantur*, codd. Barbari, β. — *velut flammam urentem*; haec vv. monacho cuidam deberi videntur inferorum ex fide Christiana memori. Prorsus sunt otiosa et ipsam structuram turbant. — *Et in*, VRd. *In*, r (Ambr. I. II.) — *Tamamaricae*, Vd. *Tamamarre*, R. *Tamaritiae*, Ambr. I. II. — *auguriis*, θVRTd. *augurio*, β. — *vasto singuli amne*, θVRTd. *vasto amne*, β.

§ 24. *siccantur*, VRTd. *singulis siccantur*, β. — *duodecies*, R. *duodecim eas*, V. *duodecim*, d. *duodenis*, T. — *viciens*, VR. *vicenis*, Td. — *vicinus is*, R^{1}. *vicinus his*, R^{1,2}. *vicinosis*, V. *viciniosis*, d. *vicinus illis*, βγ. — *intermisione*, V. — *Dirum*, R^{2}. *Mirum*, θVR^{1}Td. — *volentibus*, VR^{1}d. *non volentibus*, R^{2}. — *Lartio Licine*, V. — *post praeturam*, VRd. *post praetura*, θ. *per praeturam*, K. *praetorio*, Broter. At scripsit Plinius *pr. pr.* i. e. *pro praetore*; v. Marquardt. *Handbuch der Röm. Alterth.* III. 1. p. 282. — *post septem enim dies occidit*, θ. *post septem dies accidit*, VRdβγ.

piscium, ideoque ibi caput amnis eius intellegit fama; hoc
idem et in Lydia in stagno Nympharum tradunt. In Achaia 26
ad Pheneum aqua profluit ex saxis, Styx appellata, quae illico
necat, ut diximus; sed esse piscis parvos in ea tradit Theo-
phrastus, letalis et ipsos, quod non in alio genere mortifero-
rum fontium. Necare aquas Theopompus et in Thracia apud
Cychros dicit, Lycus in Leontinis tertio die quam quis bi-
berit, Varro ad Soracten in fonte cuius sit latitudo quattuor
pedum; sole oriente eum exundare ferventi similem, avis 27
quae degustaverint iuxta mortuas iacere. Namque et haec
insidiosa conditio est, quod quaedam etiam blandiuntur ad-
spectu, ut ad Nonacrim Arcadiae; — omnino enim nulla de-
terrent qualitate; — hanc putant nimio frigore esse noxiam,
utpote cum profluens ipsa lapidescat. Aliter circa Thessalica 28
Tempe, quoniam virus omnibus terrori est traduntque aena
etiam ac ferrum erodi illa aqua; profluit, ut indicavimus, brevi
spatio, mirumque siliqua silvestris amplecti radicibus fontem
eum dicitur semper florens purpura; et quaedam sui gene-
ris herba in labris fontis viret. In Macedonia, non procul

§ 25. *dirae tesias*, V. — *Arminia*, V. — *fontem esse scribit*, VR. *scribit esse fontem*, d$\beta\gamma$. — *nigros*, R^2. *nigre*, VR^1. *nigri*, d. — *Danuvii*, V. *Danubii*, Rd$\beta\gamma$. — *ideoque*, R^{2}d. *adeoque*, VR^{1}T. — *amnis eius*, Vd. *eius amnis*, R$\beta\gamma$. — *intelligit*, θVRTdr. *intelligitur*, β.

§ 26. *In Achaia*, RTd. *In Achia*, V. *In Inachia*, θ. *In Arcadia*, Barbar. β. — *ex*, VR. *e*, d$\beta\gamma$. — *appellata*, R^2. *appellatur*, θVR^{1}Tdγ. — *quae*, R^{2}d. Omitt. VR^{1}T. — *diximus* 2, 231. 30, 149. — *Necari*, VR. — *Threcia*, V. *Trechea*, codd. Barbari. — *Cychros*, d. *Cicros*, VR. *Chytros*, Barbar. *Chropas* vel *Chropsos*, Dalec. *Cychropas*, Harduin. — *Licos*, Vd. — *quam quis*, VRTd. *si quisquam*, β. — *Soracten*, d. *Soracte*, R. *Soractae*, V. *Soractem*, Schneider. grammat. Lat. 2. p. 462. coll. 7, 19. — *scripsit esse fontem*, K.

§ 27. *aves*, VRTd. *avesque*, β. — *degustaverint*, VRd. *gustaverint*, β. — *Nonacrim*, VRd. *Nonacrin*, $\beta\gamma$. — *deterret qualitate sed hanc*, K. Vir doctus, qui hanc coniecturam protulit, recte quidem intellexit locum corruptum esse, tamen ipsa eius coniectura nullius est pretii. Aptissima vero prodit sententia, si lenissima mutatione scribimus: *omnino enim nonnulla deterrent qualitate*. Plinius enim dixerat quaedam ipso adspectu blandiri, cuius rei exemplum statim infra addit fontem ad Nonacrim; per parenthesin vero monet nonnulla sane qualitate sua deterrere, ita ut h. l. *omnino* concedendi sensum habeat: si totam rem spectas. — *utputae*, V. — *ipse*, d. — *lapidescat*, R^2. *lapidesciat*, Vd. *lapide sciat*, R^1.

§ 28. *Alter*, Td. — *Thesalica*, V. — *quoniam*, VR. *qui*, Td. — *virus*, R^2. *visus*, $\beta\gamma$. Omitt. VR^{1}Td. Ita aquae marinae virus tribuitur § 64. — *aena etiam*, ita nos scripsimus. *aen etiam*, VR. *aes etiam*, d. *etiam aes*, $\beta\gamma$. De *aena* v. ind. verborum. — *qua*, d. — *indicavimus*, R^{2}d. *indicavis*, V. *indicav*////, R^1. Ceterum v. 4, 31. — *semper*, R. *semper eum dicit*, V. *semper eum dio*, d. *semper eundo*, T. — *procul*, VRd (codd. Gel.) *procul ab*, K.

Euripidis poetae sepulchro, duo rivi confluunt, alter saluberrimi potus, alter mortiferi.

20. In Perperenis fons est quamcumque rigat lapideam 29
faciens terram; item calidae aquae in Euboeae Aedepso; nam qua cadit rivos, saxa in altitudinem crescunt. In Eurymenis deiectae coronae in fontem lapideae fiunt. In Colossis flumen est quo lateres coniecti lapides extrahuntur. In Scyretico metallo arbores quaecumque flumine adluuntur
saxa fiunt cum ramis. Destillantes quoque guttae lapide du- 30
rescunt in antris Coryciis; nam Miezae in Macedonia etiam pendentes in ipsis camaris, at in Corycio, cum cecidere; in quibusdam speluncis utroque modo, columnasque faciunt, ut in Phausia Chersonesi Rhodiorum in antro magno, etiam discolori adspectu. Et hactenus contenti simus exemplis.

III. 21. Quaeritur inter medicos, cuius generis aquae sint 31
utilissimae. Stagnantis pigrasque merito damnant, utiliores quae profluunt existumantes, — cursu enim percussuque ipso extenuari atque proficere, — eoque miror cisternarum ab aliquis maxume probari. Sed hi rationem adferunt, quoniam levissima sit imbrium aqua, ut quae subire potuerit ac pen-
dere in aere. Ideo et nivis praeferunt imbribus nivibusque 32
etiam glaciem, velut ad infinitum coacta subtilitate; leviora

Corripidis, Vd. — *pote*, d.

§ 29. *quamcunque*, V. *quacumque*, RT. *quecunque*, d. *qui quacumque*, β. *quaecumque*, Gronov. — *lapideam*, RTd. *lapidem*, V. *lapidea* omisso *terram*, Gronov. — *faciens*, VTd. *facit*, R (in rasura) β. — *terram*, R. *ter*, Vd. *fere idem*, Gronov. — *in Euboeae Aedepso*, ita nos scripsimus. *in Euboeae eadē pro* (debio), R. *in Euboeae aedam pro*, V. *in Euboea eadem pro*, Td. *in euboedion*, δρφ. *in euboedebion*, ϑ. *in Euhbo debio*, codd. Salmas. exerc. p. 124. b. G. *in Euboeae Delio*, codd. Gel. βγ. *in Euboeae Dio*, Salmas. *in Euboeae Dianae promontorio*, Gronov. Quod nos reposuimus, paene necessario ex R² sequitur, et fontes calidi Aedepsi in Euboea etiam aliunde sunt noti: Strabo 1. p. 60. 9. p. 425., Stephan. Byz. s. v., Plutarch. quaest. sympos. IV. 4, 1. Delion in Euboea aliis scriptoribus incognitum. De dicendi vero ratione *in Euboeae Aedepso* v. ad 37, 92. — *nam qua*, VRTK¹d. *nam quae*, K² (codd. Gel.) *namque*, δϑρφ (codd. Barbari) β. — *cadit*, VRTd. *alluit*, codd. Barbari et Gel. β. — *in altitudinem*, R. *in altitudinis*, V. *in altitudines*, Gronov. Td. — *diiectae*, V. — *lapideae*, V. *lapides*, Rdβγ. — *fiant*, VR¹. — *quo*, RTd. *co*, V. *in quo*, β. *in quod*, K. — *lateris*, R¹. — *coiecti*, V. — *lapides*, Rd. *lapidei*, VT. — *Scyretico*, R (ex corr.) *Siretico*, V. *Sirietico*, d. — *quacumque*, V. — *saxae*, V. *saxe*, R. *saxeae*, Td.

§ 30. *Destillantes*, VRTd. *Distillantes*, β. — *gutte*, R². *guttis*, VR¹d. — *lapide*, VR¹d. *lapideae*, R². *in lapides*, βγ. — *Coricis ideo nam*, VR. *Coricisi deo nam*, Td. *durescunt; in antris Coryciis idem*, Pint. Cum mons Corycus etiam

enim haec esse et glaciem multo leviorem aqua. Horum sententiam refelli interest vitae. In primis enim levitas illa deprehendi aliter quam sensu vix potest, nullo paene momento ponderis aquis inter se distantibus; nec levitatis in pluvia aqua argumentum est subisse eam in caelum, cum etiam lapides subire adpareat cadensque inficiatur halitu terrae, quo fit ut pluviae aquae sordium plurumum inesse sentiatur
citissimeque ideo calefiat aqua pluvia. Nivem quidem gla- 33
ciemque subtilissimum elementi eius videri miror adposito grandinum argumento, e quibus pestilentissimum potum esse convenit. Nec vero pauci inter ipsos e contrario ex gelu ac nivibus insaluberrimos potus praedicant, quoniam exactum sit inde quod tenuissimum fuerit. Minui certe liquorem omnem congelatione deprehenditur et rore nimio scabiem fieri, pruina
uredinem, cognatis et nivis causis. Pluvias quidem aquas 34
celerrime putrescere convenit minumeque durare in navigatione. Epigenes autem aquam quae septiens putrefacta purgata sit perhibet amplius non putrescere. Nam cisternas etiam medici confitentur inutilis alvo duritia faucibusque; etiam limi non aliis inesse plus aut animalium quae faciunt tae-
dium confitendum habent; nec statim amnium utilissimas 35

in Creta esset (4, 60.), in eadem vero Creta Idaeus quoque mons inveniretur (l. l.), Plinius nescio an scripserit *in antris Coryciis, item in Idaeo* sc. antro, quo nomine *Idaeo* addito Plinius simul ambiguitatem vitabat, de Cretico an de Cilicio Coryco sermo esset. — *Miezae*, Barbar. V. *Miozae*, d. *mio ze*, R. — *camaris*, VRd. *cameris*, $\beta\gamma$. — *ad*, V. — *Corycio*, ita nos scripsimus. *Corinthio*, R. *Corintio*, θVTd. *Coryco*, $\beta\gamma$. — *cecidere*, θVRTdr. *decidere*, β. — *in Phausia*, codd. Hard. *ipsausia*, Vd. *ipsaia*, R. *Phausia*, β. — *cerronesi*, R. — *Rhodiorum*, Barbar. R. *Rhodo*, Vd. — *actenus*, V. — *contentis*, R.

§ 31. *Stagnentes*, V. — *dampnant*, R. — *fluunt*, Td. — *pecussoque*, V. — *cistanarum*, V. — *aliquis*, V. *aliquibus*, Rd$\beta\gamma$. — *hi*, om. R^1. — *levissima*, R^2. *brevissima*, VR^1d. — *aqua*, omitt. VRd. — *ut*, R^2. Omitt. VR^1d.

§ 32. *Ideo et*, VRd. *Ideoque*, codd. Barbari. *Ideoque et*, K. — *praeferuntur*, K. — *imbribus*, R (codd. Barbari). Omitt. VTd. — *ad infinitum*, Vd. *infinitum*, R. *affinium*, Harduin. ex margine Dalecampii, γ. — *coacto*, V. — *leviorem*, Rd. *melioraem*, V. *meliorem*, T. — *aque*, d. — *refelli*, θVRTd. *refellere*, β. — *vituae*, V. — *reprehendi*, VRd. — *aliter*, R. *alitem*, V. *alitate*, d^1. *agilitate*, d^2. — *poenae*, V. — *distantibus*, R^2d. *distantur*, VR^1. — *cum*, om. V. — *cadentesque inficiantur*, d. — *plurimum inesse*, VRd. *inesse plurimum*, $\beta\gamma$.

§ 33. *elementum*, Rd. — *adposito*, R^2d. *videri adposito*, R^1. *videri adpositum*, V. — *ipsas*, d. — *gelo*, VR. — *insaluberrimis*, Vd^1. — *congelationem*, V. — *et nivis*, VR. *ex nivis*, d.

§ 34. *putefacta*, V. — *perhibet*, R. Omitt. Vd. — *duricia*, VR^2Td. *duricias*, R^1. *duritias facientes*, $\beta\gamma$. *confitentur alvo duritias facientes inutilesque faucibus*, K. — *plus*, Rd. *plis*, V. — *aut*, Rd. *ut*, V. — *confitendum*, R^2. *confitentes*, VR^1d.

esse, sicuti nec torrentium ullius, lacusque plurumos salubris maxume. Quaenam igitur et cuius generis aptissimae? aliae alibi. Parthorum reges ex Choaspe et Eulaeo tantum bibunt; hae quamvis in longinqua comitantur illos; sed horum placere non quia sint amnes adparet, quoniam neque e Tigri neque Euphrate neque e multis aliis bibunt.

22. Limus aquarum vitium est; si tamen idem amnis an- 36
guillis scateat, salubritatis indicium habetur, sicuti frigoris
taenias in fonte gigni. Ante omnia autem damnantur amarae
et quae sorbentem statim inplent, quod evenit Troezene.
Nam nitrosas atque salmacidas in desertis rubrum mare pe-
tentis addita polenta utilis intra duas horas faciunt ipsaque
vescuntur polenta. Damnantur in primis fontes qui caenum
faciunt quique malum colorem bibentibus; refert et si vasa
aerea inficiunt aut si legumina tarde percocunt, si liquatae
leniter terram relincunt decoctaeque crassis obducunt vasa
crustis. Est etiamnum vitium non foetidae modo verum 37
omnino quicquam resipientis, iucundum sit illud licet gratumque et ut saepe ad viciniam lactis accedens. Aquam salubrem aeri quam simillimam esse oportet. Unus in toto orbe traditur fons aquae iucunde olentis in Mesopotamia Chabura; fabulae rationem adferunt, quoniam eo Iuno perfusa sit. De cetero aquarum salubrium sapor odorve nullus esse debet.

§ 35. *ullius*; pro h. v. habent *vilius* VRd. — *salubres*, Rd. *salubresque. Nam*, V. — *maxime*, omitt. VRd. — *Quaenam*, RTd. *Quaedam*, Vβγ. — *cuius*, VRT. *huius*, dβγ. — *Parthorum*, VR. *Id Parthorum*, d. — *Choaspe et Eulaeo*; pro his vv. habet *quot aspecto euleo* V, *quo aspectu euleo* R (ad marg. *et eulaeo*), *quo aspectu eulo* d. — *hae*, VT. *he*, R. *heae*, d. *et eae*, βγ. — *sed*, VRd. *et*, βγ. — *placere*, VRd. *placere potum.* βγ. — *non quia sint*, VR^{2}d. *quia non sunt*, R^1. — *adparet*, R^{2}d. *adparent*, VR^1. — *neque e*, V. *neque*, R. *neque ex*, d. *nec e*, βγ. — *neque Euphrate*, R. *nec Euphrate*, βγ. Omitt. Vd. — *neque e*, VRd. *nec e*, βγ.

§ 36. *taenias*, RTd. *taeneas*, V. *tineas*, β. — *fronte*, V. — *autem*, om. d. — *sorbentem*, θVR. *cum sorbentur*, Tdγ. *sorbem*, liber optimus apud Salmas. exerc. p. 81. a. F. *scrobem*, β. *sorbtae*, Salmas. — *salmacidas*, R^2. *salmadicas*, θV. *salmaticas*, R^1. *salmandicas*, Td. *sedinacidas*, liber optimus Salmasii, qui *salinacidas* legit. *salsas*, Dalec. — *fontes qui*; pro his vv. habet *que fontes* R^2, *que fonte* VR^{1}Td. Legendum videtur *qui fontes*, ut sit per attractionem dictum. — *quique*, R. *que quae*, V. *quaeque*, Td. — *aerea*, RK^1. *aera*, Vd. *aere*, β. *atra*, T. *aerugine*, K^2. — *aut*, R^2. *et*, VR^{1}d. — *traderercocunt*, V. — *liquatae leniter terram*, d. *liquatae lenitertam terram*, V. *liquate*^{l}*rreniter terram*, R. — *relinqunt*, V. — *eructis*, V.

§ 37. *secidae*, d. — *viciniam*, R^2 (codd. Gel.) *vicenam*, R^1. *vicena*, Vd. —

23. Quidam statera iudicant de salubritate frustrante dili- 38
gentia, quando perrarum est ut levior sit aliqua. Certior
subtilitas inter paris meliorem esse quae calefiat refrigere-
turque celerius; quin et haustam vasis, ne manus pendeant,
depositisque in humum tepescere adfirmant. Ex quonam ergo
genere maxume probabilis continget? Puteis nimirum, ut
in oppidis video constare, sed his quibus exercitationis ratio
crebro haustu contingit et illa tenuitas colante terra. Salu- 39
britati haec satis sunt; frigori et opacitas necessaria utque
caelum videant. Super omnia una observatio, eadem et ad
perennitatem pertinet, ut illa e vado exsiliat vena, non e
lateribus. Nam ut tactu gelida sit etiam arte contingit, si
expressa in altum aut e sublimi deiecta verberatum conri-
piat aera; in natando quidem spiritum continentibus frigidior
sentitur eadem. Neronis principis inventum est decoquere 40
aquam vitroque demissam in nivis refrigerare; ita voluptas
frigoris contingit sine vitiis nivis. Omnem utique decoctam
utiliorem esse convenit, item calefactam magis refrigerari,
subtilissimo invento. Vitiosae aquae remedium est, si deco-
quatur ad dimidias partis. Aqua frigida ingesta sistitur san-
guis. Aestus in balineis arcetur, si quis ore teneat. Quae
sunt haustu frigidissimae non perinde et tactu esse, alter-
nante hoc bono, multi familiari exemplo colligunt.

salubris, VR^1. — *aeri*, V. *aeris*, R (ex corr.) d. — *iocundi*, V. — *Chabura*, θVR^{1}Td. *Chabylle*, R^2. *Cabure*, codd. Barbari. *Caburae*, β. Mihi Plinius scripsisse videtur *in Mesopotamiae Chabura*; v. ad 37, 92. — *sabrium*, V.

§ 38. *frustante*, VR. — *quando*, VR^{1}d. *qua*, R^2. — *perrarum*, R^{2}d. *ferrarum*, V. *ferarum*, R^1. — *et haustam*, VRTd. *exhaustam*, Kβ. — *ne manus pendeant depositisque*, VRd. *quae manu pendeant depositis*, K. *haustam vasis, depositisque, ne manus pendeant, in humum, tep.*, Broter. — *humum*, Vd. *unum*, R. — *Puteis — contingit*, Vd. Om. R^1, habet a m. sec., ita tamen, ut *continget* legatur. — *video constare*, Vd. *constare video*, Rβγ. *constat*, r. — *ratio crebro* (*cerebro*, V) *haustu*, VRd. *crebra iteratio haustu*, K. — *contingit*, V. *continget*, Rd.

§ 39. *Salubritate*, VR^1. — *una observatio*, VRd. *observatio una*, βγ. — *perenitatem*, V. — *pertinet*, R^2. *pertinet qua*, d. *pertinentia*, VR^1. Plinius *pertinens* videtur scripsisse. — *illa e vado*, Broter. R. *ille vado*, V. *ile vado*, d. *illius e vado*, r. *stillans vado*, K. *illa vado*, β. — *si*, VR^{1}d. *si etiam*, R^{2}βγ. — *aut e*, Vd. *autem*, R^1. *autem e*, R^2. — *verberatum*, θVRTd. *verberatu*, βγ. — *corripiatur aeris*, K.

§ 40. *dicoquere*, V. — *ultroque*, V. — *voluptas*, R^2. *voluptates*, VR^{1}d. — *esse*, om. R^1. — *refrigerare*, VRd. Illustrantur haec verba per Aristotel. meteor. I. 12, 17: *συμβάλλεται δ' ἔτι πρὸς τὴν ταχυτῆτα τῆς πήξεως καὶ τὸ προτεθερμάνθαι τὸ ὕδωρ· θᾶττον γὰρ ψύχεται.* — *ingesta*, VRd. *iniecta*, β. — *Aestus in balineis*, VR. *In balineis aestus*, d. *Aestus in balneis*, β. — *sunt*, Vd. *sint*, R^2. Om. R^1. — *suavissimae non perinde eas tactu frigidissimas esse*, K.

24. Clarissima aquarum omnium in toto orbe frigoris salubritatisque palma praeconio urbis Marcia est, inter reliqua deum munera urbi tributa; vocabatur haec quondam Aufeia, fons autem ipse Pitonia. Oritur in ultumis montibus Pelignorum, transit Marsos et Fucinum lacum, Romam non dubie petens; mox in specus mersa in Tiburtina se aperit a VIIII m. p. fornicibus structis perducta. Primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Marcius unus e regibus, postea Q. Marcius Rex in praetura rursusque restituit M. Agrippa. 41

25. Idem et Virginem adduxit ab octavi lapidis deverticulo duo milia pass. Praenestina via; iuxta est Herculaneus rivos quem refugiens Virginis nomen optinuit. Horum amnium conparatione differentia supra dicta deprehenditur, cum quantum Virgo tactu praestat, tantum praestet Marcia haustu, quamquam utriusque iam pridem urbi periit voluptas, ambitione avaritiaque in villas ac suburbana detorquentibus publicam salutem. 42

26. Non ab re sit quaerendi aquas iunxisse rationem. 43
Reperiuntur in convallibus maxume et quodam convexitatis cardine aut montium radicibus. Multi septentrionalis ubique partis aquosas existumavere, qua in re varietatem naturae aperuisse conveniat. In Hyrcanis montibus a meridiano latere non pluit; ideo silvigeri ab aquilonis tantum parte sunt; at Olympus, Ossa, Parnasus, Appenninus, Alpes undique vestiuntur amnibusque perfunduntur; aliqui ab austro, sicuti in Creta Albi montes. Nihil ergo in his perpetuae observationis iudicabitur.

§ 41. *deum*, R. *ad eum*, Vd. — *munera*, Vdr. *munere*, R$\beta\gamma$. — *turbe*, V. — *Aufeia*, R. *Aufeta*, d. *aut foeta*, V. *Saufeia*, Harduin. — *Pitonia*, VRTd. *Piconia*, β. — *Marisos*, V. — *Roma*, V. — *in specus*, RTd. *in spectus*, V. *specu*, β. — *aperit*, T. *aperint*, VR. *aperuit*, d. — *a*, θVRTd. Omitt. $\beta\gamma$. — *formicibus tructis perduc*, V. — *Primum*, R^1. — *Q. Marcius*, R. *quae Marcius*, V. *que Marcius*, d.

§ 42. *deverticulo*, ita nos scripsimus. *diverticulo*, VRd$\beta\gamma$. — *duo milia*, VR. *duobus millibus*, d$\beta\gamma$. — *obtenuit ut*, V. — *perennium*, K. — *dicta*, R. Omitt. Vd. — *praestat*, θVRT. Omitt. d$\beta\gamma$. — *praestet*, VR^1d. *praeter*, R^2. — *perit*, V. — *avaritiaequae*, V. — *detorquentibus*, θVRTdr (codd. Barbari). *decoquentibus*, β.

§ 43. *ab re sit*, Vd. *abserit*, R^1. *abrepsit*, R^2. — *rationem*, R^2. *causas*, Td. Omitt. VR^1. — *quondam*, d. — *devexitatis*, K. — *ubique*, Rd. *ubi*, V. — *apparuisse*, R^1. — *ab aquilonis*, Vd. *aquilonis*, Rγ. — *Parnasus*, VR. *Parnassus*, d$\beta\gamma$. — *perfundiuntur*, V. — *sicuti*, VR^1. *sic et*, R^2. *sicut*, d$\beta\gamma$. — *alibi*, d.

27. Aquarum sunt notae iuncus aut harundo aut herba de 44
qua dictum est multumque alicui loco pectore incubans rana.
Salix enim erratica et alnus aut vitex aut harundo aut he-
dera sponte proveniunt et conrivatione aquae pluviae in locum
humiliorem e superioribus defluentis augurio fallaci, certiore 45
multo nebulosa exhalatione, ante ortum solis longius intuen-
tibus, quod quidam ex edito speculantur proni terram attin-
gente mento. Est et peculiaris aestumatio peritis tantum nota
quam ferventissimo aestu secuntur dieique horis ardentissi-
mis, qualis ex quoque loco repercussus splendeat; nam si
terra sitiente umidior est ille, indubitata spes promittitur.
Sed tanta oculorum intentione opus est ut indolescant, quod 46
fugientes ad alia experimenta decurrunt; loco in altitudinem
pedum quinque defosso ollisque e figlino opere crudis aut
peruncta pelvi aerea cooperto lucernaque ardente concama-
rata frondibus, dein terra, si figlinum umidum ruptumve aut
in aere sudor vel lucerna sine defectu olei restincta aut etiam
vellus lanae madidum reperiatur, non dubie promittunt aquas.
Quidam et igne prius excocunt locum, tanto efficaciore va-
sorum argumento.

28. Terra vero ipsa promittit candicantibus maculis aut 47
tota glauci coloris; in nigra enim scaturigines non fere sunt
perennes. Figularis creta semper adimit spes nec amplius
puteum fodiunt, coria terrae observantes, ut a nigra descendat
ordo supra dictus. Aqua semper dulcis in argillosa terra,
frigidior in tofo; namque et hic probatur; dulcis enim levis-
simasque facit et colando continet sordis. Sabulum exilis 48

§ 44. *incus*, R¹. — *et herbae*, d. — *dictum est* 26, 30. — *alicui*, VRTd. *aliqui*, β. — *vites*, θ. — *aut arundo*, θVRTd. Om. β. — *fallacia*, R¹.

§ 45. *certiore multo nebulosa exhalatione*, ita nos scripsimus. *certior penebulosa exhalatione*, VR¹. *certior multo nebulosa exhalatione*, R². *certior est nebulosa exhalatio*, d. *certior multo nebulosa exhalatio est*, βγ. — *colis*, R. — *quidam ex edito*, R. *quidam ex editu*, d. *qui etiam ex hedito*, V. *ex edito quidam*, βγ. — *attingente mento*, VRd. *mento attingente*, βγ. — *oris*, V. — *quoque*, VRd. *quoquo*, β. — *humidior*, VR¹d. *utilior*, R². — *indibitata*, V.

§ 46. *oculorum intentione*, VRd. *intentione oculorum*, βγ. — *defossi*, V. — *pelvi*, Vd. *pelvia*, R². *pelle*, R¹. — *concamarata*, VR. *concamerata*, dβγ. — *si figlinum*, Rd. *sit liginum*, V. — *modidum*, V. — *aquis*, VR. Omitt. Td. — *igni*, d. — *exquocunt*, V.

§ 47. *toto clauci*, V. — *eaturrigines*, V. — *Figularis* et *adimit*, θVRTd. *Figulari* et *adimitur*, β. — *spem*, Gronov. — *tosto*, VRd. — *levissimasque*, θVRTd. *levesque*, β.

limosasque promittit, glarea incertas venas sed boni saporis,
sabulum masculum et harena et carbunculus certas stabi-
lisque et salubris, rubra saxa optumas speique certissimas,
radices montium saxosae et silex hoc amplius rigentis. Oportet
autem fodientibus umidiores adsidue respondere glaebas faci-
liusque ferramenta descendere. Depressis puteis sulphurata 49
vel aluminosa occurrentia putearios necant; experimentum
huius periculi est demissa ardens lucerna, si exstinguitur;
tunc secundum puteum dextra ac sinistra fodiunt aestuaria
quae graviorem illum halitum recipiant. Fit et sine his vitiis
altitudine ipsa gravior aer quem emendant adsiduo linteo-
rum iactatu eventilando. Cum ad aquam ventum est, sine
harenato opus surgit ne venae obstruantur. Quaedam aquae 50
vere statim incipiente frigidiores sunt quarum non in alto
origo est, — hibernis enim constant imbribus, — quaedam
canis ortu, sicut in Macedoniae Pella utrumque; ante oppi-
dum enim incipiente aestate frigida est palustris, dein ma-
xumo aestu in excelsioribus oppidi riget. Hoc et in Chio
evenit simili ratione portus et oppidi. Athenis Enneacrunos
nimbosa aestate frigidior est quam puteus in Iovis horto;
at ille siccitatibus riget, maxume autem putei circa arctu-
rum; IV. non ipsa aestate deficiunt omnesque quatriduo eo
subsidunt, iam vero multi hieme tota, ut circa Olynthum,
vere primum aquis redeuntibus. In Sicilia quidem circa Mes- 51
sanam et Mylas hieme in totum inarescunt fontes, aestate
exundant amnemque faciunt. Apolloniae in Ponto fons iuxta
mare aestate tantum superfluit et maxume circa canis ortum,
parcius, si frigidior sit aestas. Quaedam terrae imbribus sic-

§ 48. *glarea*, d. *glaria*, VR^1. *glarie*, R^2. — *masculum*, Vd. *masculi*, R^1. *masculinum*, R^2. — *et carbunculus*, d. *carbunculus*, VRT. *carbunculosa*, β. — *certissimas*, θVR^1. *certissima*, R^2. *certissimae*, dβγ. — *montiumque*, VR. — *saxosae*, R^2d. *saxosas*, VR^1. — *Oporteat*, R. — *feramenta*, V.

§ 49. *ardent*, V. — *extinguitur*, VRd. *extinguatur*, βγ. — *fodiunt*, θV. *fodiuntur*, Rdβ. — *graviorem*, Vd. *graviores*, R. — *adsidue*, R. — *harenato*, θVRTd (codd. Barbari). *harena*, β. — *obtruantur*, V.

§ 50. *aqua*, V. — *incipiente statim*, d. — *constant*, R^2Td. *constat*, VR^1. — *quadam*, V. — *ortus*, V. — *Macedoniae Pella*, codd. Gel. *Macedonia apellant*, V. *Macedonia appellam*, R. *Macedonia appellant*, d. — *palustri*, R^1. — *aestu*, Rd. *astae*, V. — *oppidis*, VRTd. — *rigit*, VR^1. — *oppidi. Athenis*, R. *oppida thenis*, Vd. — *Enneacrunos*, R. *henne acrunus*, V. *Enneacynnos*, d. — *frigidior est aestuque*, codd. Barbari. — *arcturum*, R. *auctorum*, V. *auctumnum*, Td (ex corr.) — *non*, VRTd. *nam*, β. — *Olynthum*, VR. *Olympum*, dβγ.

ciores fiunt, velut in Narniensi agro, quod admirandis suis inseruit M. Cicero, siccitate lutum fieri prodens, imbre pulverem.

29. Omnis aqua hieme dulcior est, aestate minus, autumno 52
minume minusque per siccitates; neque aequalis amnium plerumque gustus est magna alvei differentia; quippe tales sunt aquae qualis terra per quam fluunt qualesque herbarum quas lavant suci; ergo iidem amnes parte aliqua reperiuntur insalubres. Mutant saporem et influentes rivi, ut Borysthenen, victique diluuntur; aliqui vero et imbre mutantur. Ter accidit in Bosporo ut salsi deciderent necarentque frumenta; totiens et Nili rigua pluviae amara fecere, magna pestilentia Aegypti.

30. Nascuntur fontes decisis plerumque silvis, quos arbo- 53
rum alimenta consumebant, sicut in Haemo obsidente Gallos Cassandro, cum valli gratia silvas cecidissent; plerumque vero damnosi torrentes conrivantur detracta collibus silva continere nimbos ac digerere consueta. Et coli moverique terram callumque summae cutis solvi aquarum interest; proditur certe in Creta expugnato oppido quod vocabatur Arcadia cessasse fontis amnisque qui in eo situ multi erant, rursus condito post sex annos emersisse, ut quaeque coepissent partes coli.

V. Terrae quoque motus profundunt sorbentque aquas, 54
sicut circa Pheneum Arcadiae quinquiens accidisse constat; sic et in Coryco monte amnis erupit posteaque coeptus est coli. Illa mutatio mira ubi causa nulla evidens adparet, sicut

§ 51. *circa*, omitt. VRTdr. — *canis ortum*, VRd. *canis ortu*, Tr. — *siciores*, V. — *Narniensi*, VR[2]d (codd. Barbari). *Arniensi*, R[1]. — *admirandis suis inseruit M.*, om. V. — *luctum*, R.

§ 52. *dulcior est*, Vd. *dulcior*, R$\beta\gamma$. — *minus*, R. *minus autem*, V. *autem minus*, d$\beta\gamma$. — *autumno minime*, om. r. — *minusque*, Vd. *psisque*, R (ex corr.) — *sicitates*, V. — *plurumque*, V. — *albei*, V. — *qualesque*, Rd. *qualesve*, VT. — *alia*, r. — *Boristenen*, VR. *Borysthenem*, d$\beta\gamma$. — *diluntur*, V. — *imbribus*, K. — *Ter*, VR. *Ger*, d. — *Nili rigua*; pro his vv. habent *niligua* VR, *inligna*, d.

§ 53. *alumenta*, V. — *Hiemo*, V. Ceterum haec sumpsit Plinius ex Seneca nat. quaest. 3, 11., qui idem Theophrasto auctore utitur. — *corrigantur*, VRd. — *ut quaeque*, VR. *uti quaeque*, d$\beta\gamma$.

§ 54. *fenium*, R[1]. *finium*, V. *praene*, R[2]. *apenninum*, d. — *Arcadiae*, Rd. *aquas aream die*, V. — *sic et in*, VRd. *sicut et in*, r. — *Corryco*, V. — *posteaque*, θVRTd. *posteaquam*, β. — *mira ubi*, codd. Gel. *miraculis*, Rd. *miraculus*, V.

in Magnesia e calida facta frigida, salis non mutato sapore;
et in Caria, ubi Neptuni templum est, amnis qui fuerat ante
dulcis mutatus in salem est. Et illa miraculi plena, Arethu- 55
sam Syracusis fimum redolere per Olympia, verique simile,
quoniam Alpheus in eam insulam sub ima maria permeet.
Rhodiorum fons in Chersoneso nono anno purgamenta egerit.
Mutantur et colores aquarum, sicut Babylone lacus aestate
rubras habet diebus XI. Et Borysthenes aestatis temporibus 56
caeruleus fertur quamquam omnium aquarum tenuissimus
ideoque innatans Hypani, in quo et illud mirabile, austris
flantibus superiorem Hypanim fieri. Sed tenuitatis argumentum et aliud est quod nullum halitum, non modo nebulam
emittit. Qui volunt diligentes circa hoc videri, dicunt aquas
graviores post brumam fieri.

VI. 31. Ceterum a fonte duci fictilibus tubis utilissimum 57
est crassitudine binum digitorum conmissuris pyxidatis ita
ut superior intret, calce viva ex oleo levigatis. Libramentum
aquae in centenos pedes sicilici minumum erit; si cuniculo
veniet, in binos actus lumina esse debebunt. Quam surgere
in sublime opus fuerit, plumbo veniat; subit altitudinem exortus sui. Si longiore tractu veniet, subeat crebro descendatque ne libramenta pereant. Fistulas denum pedum lon- 58
gitudinis esse legitimum est et, si quinariae erunt, sexagena

Magnesia e, d. *Magnesiae*, VR. *Magneside*, T. *Magnesia*, βγ. — *calida facta frigida*, VRd. *calidam facta frigida*, θ. *calidas factas frigidas*, βγ. — *salis*, VRTd. *solis*, θ. *alias*, β. — *Carua*, θ. — *omnis*, Vd.

§ 55. *Arethusa*, VRd. — *ea insula*, VRd. — *sub ima maria*, d. //// *suma*[ria], R. *subma*, V. — *Cherroneso*, Vβ. — *Babylone*, VR. *Babyloniae*, dβ. — *habent*, T.

§ 56. *Hypani*, R^2Td. *Hispani*, VR^1. — *illut*, V. — *Hypani*, R^2Td. *Hispani*, VR^1. — *aliut*, V. — *emittit*, V. *emittat*, Rdβγ. — *diligens*, R. — *haec*, d.

§ 57. *tubis*, om. R^1. Ceterum totum hunc locum Plinius sumpsit ex Vitruv. 8, 6. — *sicilici minimum erit*, R^1Td. *suilici minimum erit*, R^2. *siciliciminis numerit*, V. *sicilici misnumerit*, φ. *sicilicimis mimerit*, ρ. *sicilicimus invenerit*, δ. *sursum elici minimum erit*, β. — *cuniculo*, VRTd. *uno cuniculo*, β. — *bonos*, V. — *actus*, VRd. *adactus*, β. — *lumina*, RTd. *lumine*, V. *laminae*, β. — *Quam*, VRTd. *per quas*, β. — *plumbo*, VRTd. *e plumbo*, βγ. — *veniat*, VRTd. Om. β. — *crebo*, V. — *pereat*, V.

§ 58. *sexagena*, R^2d. *sexageno*, V. *sexagene*, R^1. — *pendere*, R^2d. *pondere*, VR^1. — *Denaria appellatur*, VTK. *Denaria appellantur*, Rd. *Denariae appellantur*, βγ. — *ei*, V. — *anfractu omni*; ita haec verba nos collocavimus. *omni*

pondo pendere, si octonariae, centena, si denariae, centena vicena, ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur cuius lamnae latitudo antequam curvetur digitorum decem est, dimidioque eius quinaria. In anfractu omni collis quinariam fieri, ubi dometur inpetus, necessarium est, item castella prout res exiget.

32. Homerum calidorum fontium mentionem non fecisse 59
demiror, cum alioqui lavari calida frequenter induceret, videlicet quia medicina tunc non erat haec quae nunc aquarum perfugio utitur. Est autem utilis sulphurata nervis, aluminata paralyticis aut simili modo solutis, bituminata aut
nitrosa, qualis Cutilia est, bibendo atque purgationibus. Ple- 60
rique in gloria ducunt plurumis horis perpeti calorem earum, quod est inimicissimum; namque paulo diutius quam balineis uti oportet ac postea frigida mulceri nec sine oleo discedentis, quod volgus alienum arbitratur, idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis; quippe et vastitate odoris capita replentur et frigore infestantur sudantia, reliqua corporum parte mersa. Similis error, quod quam plurumo potu gloriantur, vidique iam turgidos bibendo in tantum ut anuli integerentur cute, cum reddi non posset hausta multitudo aquae; nec hoc ergo fieri convenit sine crebro salis gustu.

anfractu, βγ. *anfracti omi*, R^2. *fracti omi*, R^1. *fracto omni*, V. *fractu omnis*, d. — *collis*, d. *colli*, VR^2. *collo*, R^1. — *quinariam*, R. *quinaria*, V. *quinarii*, d.

§ 59. *lavantes*, K. — *induceret*, R^{2}d (codd. Gel.) *induceret et*, V. *indiceret*, θR^1. — *haec non erat tunc*, T. — *perfugio*, R^{2}d. *profugio*, VR^1. — *aluminosa*, K. — *modo*, VRTdδρφ. *morbo*, β. — *solutis ut et bituminosa. At nitrosa*, K. — *Cutilia est*, Vd. *Cutilia*, Rγ. *utilis est*, δρφ. *Cutilia utilis ex*, β. — *atque*, d. *aquae*, VR. At quid hoc sibi vult, aquam nitrosam utilem esse bibendo atque purgationibus, ubi utraque haec vox casu dativo accipienda est et *bibendo* et *purgationibus* inepte sibi opponuntur? Legendum est *bibendo purgationibus*, ut Plinius dicat aquam nitrosam potu utilem esse purgationibus. Quod cum librarii non intelligerent, inepte vel *atque* vel *aquae* inseruerunt. Emendatio nostra egregie confirmatur per Vitruv. VIII. 3, 4: *Bituminosi autem* (fontes) *interioris corporis vitia potionibus purgando solent mederi. Est autem aquae frigidae genus nitrosum, uti Pinnae Vestinae, Cutiliis aliisque locis similibus, quod potionibus depurgat.*

§ 60. *gloriam*, d. — *mulceri nec*, Gronov. *dulcedinec*, V. *dulcedine nec*, Rdγ. *dulcedine*, δρφ. *dulci nec*, β. — *discedentis*, VR^1. *discedentes*, R^{2}dβγ. *discedentibus*, K^1. *discedere*, K^2. — *idcirco morbis non*, K. — *reliqua*, VRd. Omitt. Hard. vitio operarum et γ. — *quod quam*, ita nos scripsimus. *quam*, VRTdγ. *quodam*, δρφ. *quo quidam*, β. — *gloriantur*, VRTd. *gloriantium*, Pint. γ. *Simili errore quidam — gloriantur*, Gronov. — *vidique*, Rd. *undique*, V. — *anulli*, V. — *cote*, V.

Utuntur et caeno fontium ipsorum utiliter, sed ita si inlitum 61
sole inarescat. Nec vero omnis quae sint calidae medicatas
esse credendum, sicut in Segesta Siciliae, Larisa, Troade,
Magnesia, Melo, Lipara; nec decolor species aeris argentive,
ut multi existumavere, medicaminum argumentum est, quando
nihil eorum in Patavinis fontibus, ne odoris quidem diffe-
rentia aliqua deprehenditur.

33. Medendi modus idem et in marinis erit quae calefiunt 62
ad nervorum dolores, feruminanda a fracturis ossa contunsa,
item corpora ad siccanda, qua de causa et frigido mari utun-
tur. Praeterea est alius usus multiplex, principalis vero navi-
gandi phthisi adfectis, ut diximus, aut sanguine egesto, sicut
proxume Annaeum Gallionem fecisse post consulatum me-
minimus; neque enim Aegyptus propter se petitur sed pro- 63
pter longinquitatem navigandi. Quin et vomitiones ipsae
instabili volutatione conmotae plurumis morbis capitis, ocu-
lorum, pectoris medentur omnibusque propter quae hellebo-
rum bibitur. Aquam vero maris per sese efficaciorem discu-
tiendis tumoribus putant medici, si illa decoquatur hordeacia
farina ad parotidas; emplastris etiam, maxume albis, et ma-
lagmatis miscent; prodest et infusa crebro ictu. Bibitur 64
quoque quamvis non sine iniuria stomachi ad purganda cor-
pora bilemque atram aut sanguinem concretum reddendum
alterutra parte. Quidam et in quartanis dedere eam biben-

§ 61. *ceno*, V. — *si*, VR^{2}d. *sit*, R^1. — *in*, R^2. Omitt. VR^{1}Td. — *Segesta*, Pint. VR^2. *Segetas*, R^1. *Segeta*, Td. *Egesta*, Barbar. β. — *Sicilia*, T. — *laris Atroadae*, V. — *existimavere*, d. *existimave*, VR^1. *existimaverunt*, R^2. — *Patinavinis*, V. — *deprehendetur*, R^1. *depraehenderetur*, VR^{2}d.

§ 62. *idem*, Rd. *id est*, V. — *feruminanda a fracturis*, ita nos scripsimus. *ferruminata a fracturis*, VRTd. *ferruminantia fracturis*, δρφ. *ferruminant et fracturas*, β. *ferruminandas fracturas*, Gronov. γ. *ferruminant et fracta cruris ossa*, Pint. — *ossa*, VRTdδρφ. *ossaque*, βγ. — *adsiccanda*, VR^{1}δρφ. *assiccanda*, Td. *siccanda*, R^{2}γ. *siccant*, codd. Gel. β. *assicando*, Pint. — *adfecti*, VRd. — *diximus* 24, 28. 28, 54. — *sanguine egesto*, Td. *sanguinem egesto*, R^2. *sanguinem egeste*, VR^1. *sanguinem egerentibus*, β. *sanguinem excreantibus*, Kγ. — *meminimus*, Rd. *meum inim*, V.

§ 63. *Quippe et vomitiones*, Pint. — *instabili*, R^{2}d. *sint abili*, VR^1. — *voluptatione*, R. — *pectorisve*, T. — *per sese*, θV. *per se*, Rdβγ. — *discutiendis*, R^2. *discuti est discavendis*, V. *discutiendis cavendis*, R^{1}Td. — *si illa*, R. *stilla*, V. *illa*, Td. Ceterum v. Dioscor. 5, 19. — *decoquatur*, R^{2}d. *dequoquatur*, V. *decoquitur*, θT. *decoqtur*, R^1. — *et ad parotidas*, K. — *malacmatis*, VR. — *cerebro icto*, Dalec.

§ 64. *corpora bilemque*, Rd. *corporalemque*, V. — *et in*, θVR^{2}Td. *et*, R^{1}β. — *articulariisque*, VR^{1}d. *articularibusque*, R^{2}βγ. — *in hoc*, VRT. *et in hoc*,

dam et in tenesmis articulariisque morbis adservatam, in hoc
vetustate virus deponentem, aliqui decoctam, omnes ex alto
haustam nullaque dulcium mixtura conruptam, in quo usu
praecedere vomitum volunt; tunc quoque acetum aut vinum
ex aqua miscent. Qui puram dedere raphanos supermandi 65
ex mulso aceto iubent ut ad vomitiones revocent. Clysteribus
quoque marinam infundunt tepefactam; testium quidem tu-
mori fovendo non aliud praeferunt, item pernionum vitio ante
ulcera, simili modo pruritibus, psoris et lichenum curationi.
Lendes quoque et taetra capitis animalia hac curantur, ut
liventia reducit eadem ad colorem, in quibus curationibus
post marinam aceto calido fovere plurumum prodest. Quin
et ad ictus venenatos salutaris intellegitur, ut phalangiorum
et scorpionum et ptyade aspide respersis; calida autem in
his adsumitur. Suffitur eadem cum aceto capitis doloribus; 66
tormina quoque et choleram calida infusa clysteribus sedat.
Difficilius perfrigescunt marina calefacta. Mammas sororian-
tis, praecordia maciemque corporis piscinae maris corrigunt,
aurium gravitatem, capitis dolores cum aceto ferventium va-
por. Robiginem ferro marinae celerrime exterunt, pecorum
quoque scabiem sanant lanasque emolliunt.

34. Nec ignoro haec mediterraneis supervacua videri posse; 67
verum et hoc cura providit inventa ratione qua sibi quisque
aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum, si plus quam

d $\beta\gamma$. — *vetustate*, R^2. *ut vetusta*, VR^1. *ex vetustate*, Td. — *deponente*, Vd. — *decoctam*, R^{2}d. *decocta*, V. *coctam*, R^1. — *ex alto*, R^{2}d. Omitt. VR^1. — *nullaque*, Vd. *ullaque*, R^1. *nulloque*, R^2. — *ex aqua*, VRTd. *ex qua*, θ. *aquae*, K. *aqua*, $\beta\gamma$. — *mittent*, VRd.

§ 65. *puram*, θVRTd. *parum*, β. — *ut vomitiones*, K. — *tumori*, R. *tumore*, V. *tumores*, d. — *pernionum*, R^{2}d. *pernione*, R^1. *pernionem*, V. — *ut liventia*, VR. *et liventia*, d$\beta\gamma$. — *reducit eadem*, Rd. *eruducit aeadem*, V. — *colores*, VRd. — *Quin et ad ictus*, R. *Quinta dictus*, Vd. — *salutaria*, V. — *ptyade*, Barbar. *pthiadeos*, R. *pthiadeos*, Vd. — *respersis*, Vd. *respersos*, θR. — *calidam*, V.

§ 66. *Sufficitur*, R^1. — *eadem*, VR. *autem eadem*, Td. — *cholera*, R^2. *choleras*, VR^{1}T. *cholera////*, d. — *calida*'', d. *calidam*, V. *calefacta*, θ. — *infusa*'', d. — *sedat*, d. *sedant*, R^2. *dant*, VR^1. — *calefacta*, θVR (codd. Gel.) *calefacti*, d$\beta\gamma$. — *sororiantes*, codd. Gel. *sororientes*, VR. *sorientes*, d. *rigentes*, K. — *gravitates*, T. — *doloribus*, V. — *exierunt*, V.

§ 67. *supervacua*, θVRTd. *supervacanea*, β. — *facere*, V. — *in ea*, R^2. *ea*, R^{1}d. *ae*, V.

sextarius salis in quattuor aquae sextarios mergatur, vinci aquam salemque non liquari. Cetero sextarius salis cum quattuor aquae sextariis salsissimi maris vim et naturam inplet; moderatissimum autem putant supra dictam aquae mensuram octonis salis temperari, quoniam ista et nervos excalefaciat et corpus non exasperet.

35. Inveteratur et quod vocant thalassomeli aequis portio- 68
nibus maris, mellis, imbris; ex alto et ad hunc usum advehunt fictilique vaso et picato condunt. Prodest ad purgationes maxume sine stomachi vexatione et sapore grato et odore.

36. Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle tempe- 69
rabatur quondam, quod daretur adpetentibus vini aegris veluti innocentiore potu, damnatum iam multis annis iisdem vitiis quibus vinum nec iisdem utilitatibus.

37. Quia saepe navigantes defectu aquae dulcis laborant, 70
haec quoque subsidia demonstrabimus. Expansa circa navem vellera madescunt accepto halitu maris, quibus dulcis umor exprimitur; item demissae reticulis in mare concavae e cera pilae vel vasa inania opturata dulcem intra se colligunt umorem; nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit.
Luxata corpora et hominum et quadripedum natando in 71
cuius libeat generis aqua facillime in artus redeunt. Est et in metu peregrinantium ut temptent valetudinem aquae igno-

sextarius, R^{2}d. *sextariū*, VR^1. *sextarium*, θ. — *in*, θVRTd. *cum*, β. — *aquae sextarios*, V. *sextarios aquae*, RTd. *aquae sextariis*, β. — *unti*, R^1. — *no*, R^1. — *loquari*, VR^1. — *sextarios*, VR. — *sextaris*, Rd. *sextarios*, V. — *vim*, R^2. *umquam*, VR^{1}d. *vimque*, Pint. — *octonis*, Vd. *octonis cyathis*, Rβγ. — *ista*, VRd. *ita*, βγ. — *excalefaciat*, VRd. *calefaciat*, β. — *exasperat*, VR^1.

§ 68. *et quod vocant*, θVRd. *et quod vocatur*, T. *quod vocatur*, β. Ceterum v. Dioscor. 5, 20. — *thalastihaeli*, R^1. — *equi*, d. — *imbribus*, VR^1. — *et ad*, VR^{2}d. *ad*, R^1. — *vaso*, θ. *vase*, VRdβγ. — *grato*, om. R^1. — *et odore*, R^2. *odore*, Vd. Om. R^1.

§ 69. *temperabitur*, V. — *quodam*, VRd. — *vini*, θVRTd. *vinum*, β. — *velut*, d. — *potam*, V. — *nec iisdem*, d. *necisdem*, R^2. *necdem*, VR^1.

§ 70. *Et quia*, K. — *demonstravimus*, VR. — *navem*, VR. *navim*, dβγ. Recipienda fuit illa forma, ut quae alibi apud Plinium cum aliis codd., tum Bambergensi confirmetur (v. 32, 3. 4.), ita ut iam etiam 8, 66. ex dβ *navem* reponere malim. — *alitu*, V. — *dulcis umor*, VRd. *humor dulcis*, βγ. — *item*, R^{2}d. *idem*, R^1. *id est*, V. — *mare*, VRTKd. *mari*, β. — *e cera*, d. *et cera*, VR^1. *cera*, R^2. — *inter marina*, V. *in terra argilla marina aqua percolata*, K. — *percollata*, V.

§ 71. *Luxata*, R (ex corr.) Td. *Lacta*, θ. *Iacta*, V. — *corpora et hominum et*, VRTd. *hominum corpora et*, β. *membra*, K. — *cuius libeat*, θVRd. *cuiuslibet*, β. — *perigrinantium*, V. — *a balineis*, r. — *susceptam*, R^1.

tae; hoc cavent e balineis egressi statim frigidam suspectam hauriendo.

38. Muscus qui in aqua fuerit podagris inlitus prodest, 72
idem oleo admixto talorum dolori tumorique. Spuma aquae adfrictu verrucas tollit; nec non harena litorum maris, praecipue tenuis et sole candens, in medicina est siccandis corporibus coopertis hydropicorum aut rheumatismos sentientium. Et hactenus de aquis; nunc de aquatilibus; ordiemur autem ut in reliquis a principalibus eorum quae sunt sal ac spongea.

VII. 39. Sal omnis aut fit aut gignitur, utrumque pluri- 73
bus modis, sed causa gemina, coacto umore vel siccato. Siccatur in lacu Tarentino aestivis solibus totumque stagnum in salem abit, modicum alioqui, altitudine genua non excedens; item in Sicilia in lacu qui Cocanicus vocatur et alio iuxta Gelam. Horum extremitates tantum inarescunt, sicut in Phrygia, Cappadocia, Aspendi, ubi largius coquitur et usque ad medium lacum. Aliud etiam in eo mirabile, quod tantun- 74
dem nocte subvenit quantum die auferas. Omnis e stagnis sal minutus atque non glaeba est. Aliud genus ex aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis litoribus ac scopulis relicta; hic omnis sole densatur et est acrior qui in scopulis invenitur. Sunt etiamnum naturales differentiae tres.

§ 72. *idem*, VR^{2}d. *ideo*, R^1. *item*, βγ. — *tumorque*, V. — *aquae marinae*, K. — *adfrictu*, VRKd. *adfricta*, β. — *et*, Rd. *sed*, θV. — *sole*, θVRTd. *solibus*, β. Ceterum v. Dioscor. 5, 166. — *urdiemur*, V. — *salsa*, VRd. — *ac*, VR^1. *ci*, R^2. *et*, dβγ.

§ 73. *coacta*, V. — *vel*, VRTd. *aut*, βγ. — *siccam*, VR^1. — *sale*, VR. — *abit*, d. *habet*, VR^1. *id*, R^2. — *in Sicilia*, d. *non excedens in Sicilia*, R. *non excedens in Siciliam*, V. Utrumque verbum male ex superioribus repetitum. — *Cocanius*, R^1. — *sicuti*, R. — *largius*, R^{2}d. *largio*, V. *largior*, R^1. — *quoquitur*, V. — *lacum*, omitt. VR^1.

§ 74. *eo*, R^{2}d. *quo*, VR^1. — *quod*, om. R^1. — *noete*, θVRTd. *noctu*, β. — *e stagnis*, ita nos scripsimus. *est alnis*, VR^{1}d. *est omnis*, R^2. *est talis*, βγ. Ad emendationem nostram cum ipsi codd. ducant, ea commendatur etiam, quod ea admissa verbum *est* in vulgata scriptura prorsus intolerabiliter bis positum nunc semel modo apparet. Praeterea cum vi aliqua Plinius salem e stagnis petitum commemorat, quia statim ad marinum transgreditur. — *scopolis*, V. — *haec*, K. — *sole*, Pontedera antiquitt. Gr. et Lat. p. 613. ex Isidor. origg. XVI. 2, 3. *spuma in extremis littoribus vel scopulis derelicta et* s o l e *decocta*. Eandem lectionem in suo exemplo invenit Vincent. Bellov. spec. nat. 6, 83., ubi legitur „relicta. Solis calore densatur." *rore*, VRdβγ. — *quae*, K. — *copolis*, V. — *etiam non*, V.

Namque in Bactris duo lacus vasti, alter ad Scythas versus, 75
alter ad Arios, sale exaestuant, sicut ad Citium in Cypro
et circa Memphim extrahunt e lacu, dein sole siccant. Sed
et summa fluminum densantur in salem, amne reliquo veluti
sub gelu fluente, ut apud Caspias portas quae salis flumina
appellantur; item circa Mardos et Armenios. Praeterea apud 76
Bactros amnes Ochus et Oxus ex his adpositis montibus
deferunt salis ramenta. Sunt et in Africa lacus et quidem
turbidi salem ferentes. Ferunt quidem et calidi fontes, sicut
Pagasaei. Et hactenus habent se genera ex aquis sponte
provenientia. Sunt et montes nativi salis, ut in Indis Oro- 77
menus in quo lapicidinarum modo caeditur renascens, ma-
iusque regum vectigal ex eo est quam ex auro atque mar-
garitis. Effoditur et e terra, ut palam est, umore densato in
Cappadocia; ibi quidem caeditur specularium lapidum modo;
pondus magnum glaebis quas micas volgus appellat. Gerris 78
Arabiae oppido muros domosque massis salis faciunt aqua
feruminantes. Invenit et iuxta Pelusium Ptolemaeus rex, cum
castra faceret, quo exemplo postea inter Aegyptum et Ara-
biam etiam squalentibus locis coeptus est inveniri detractis
harenis, qualiter et per Africae sitientia usque ad Hammonis
oraculum, is quidem crescens cum luna noctibus. Nam Cy-
renaici tractus nobilitantur Hammoniaco et ipso, quia sub
harenis inveniatur, appellato; similis est colore alumini quod 79
schiston vocant, longis glaebis neque perlucidis, ingratus sa-

§ 75. *Bactris duo*, omitt. VR^1. — *alter ad Scythas versus alter*, R^2. *alter*, d. Omitt. VR^1. — *Arios*, Barbar. Vd. *alios*, R^1. *darios*, R^2. *Parios*, K. — *exaestuant*, θVRTd. *aestuant*, β. — *Cittium*, codd. Barbari. — *e lacu*, θVTd. *a lacu*, R. *lacu*, β. — *deinde*, Td. — *sale*, d. — *amnem*, V. — *gelus fluentem*, V. — *Amnenios*, V.

§ 76. *apud*, R^2. *et apud*, VR^{1}d. — *Betros*, VR^1. — *et Oxus*, d (codd. Barbari). *et yxisses*, R^2. *Iaxartes*, Barbar. K. Omitt. VR^1. — *ex his*, θVR^{1}Td. *ex*, $\beta\gamma$. Om. R^2. Vid. Gliemann. in Iahn. novis annal. 3. p. 90. — *turbidi — quidem*, om. V. — *Pegasaei*, β. — *haectenus habentes se*, V. — *ponte*, V.

§ 77. *in*, omitt. VRd. — *Oromenus*, R^2. *Ornemus*, VR^{1}d. — *lapicidinarum*, Td. *lapisidinearum*, VR^1. *lapidicinarum*, R^2. — *vectigale*, d. — *eo est*, VRd. *eo*, Gronov. γ. — *ex auro*, d. *ex auro est*, VRγ. *auro est*, θ. — *margaretis*, VR. — *et e terra ut*, R^2. *aut*, Vd. Om. R^1. — *densatur*, VRd. — *ceditur*, R^2. *et editur*, VR^{1}d. — *glebris*, V.

§ 78. *Gerrhis*, Harduin. coll. 6, 147. et Strabon. 16. p. 766. *Carris*, VRdβ. Add. Tzschuck. nott. cr. ad Mel. III. 8, 7. — *aqua*, R^{2}d. *aque*, VR^1. — *feruminantis*, VR^1. — *Ptholomeus*, V. — *quod*, R^1. — *saeptus*, V. — *invenire*, R. — *sitientia usque*, Rd. *sitientibus*, V. — *oraculum quidem*, V. — *lunae motibus*, Ian. in diurn. antiq. 1837. no. 85. — *quiremaici*, V.

pore, sed medicinae utilis; probatur quam maxume perspi-
cuus, rectis scissuris. Insigne de eo proditur quod levissimus
intra specus suos in lucem universam prolatus vix credibili
pondere ingravescat; causa evidens, cuniculorum spiritu ma-
dido sic adiuvante molientis ut adiuvant aquae. Adulteratur 80
Siculo quem Cocanicum appellavimus, nec non et Cyprio
mire simili. In Hispania quoque citeriore Egelestae caeditur
glaebis paene tralucentibus cui iam pridem palma a plerisque
medicis inter omnia salis genera perhibetur. Omnis locus in
quo reperitur sal sterilis est nihilque gignit, et in totum
sponte nascens intra haec est. Facticii varia genera, volgaris 81
plurumusque in salinis mari adfuso, non sine aquae dulcis
riguis, sed imbre maxume iuvante ac super omnia sole multo,
atque aliter non inarescens. Africa circa Uticam construit
acervos salis ad collium speciem, qui ubi sole lunaque indu-
ruere nullo umore liquescunt vixque etiam ferro caeduntur.
Fit tamen et in Creta sine riguis mare in salinas infunden-
tibus et circa Aegyptum ipso mari influente in solum, ut
credo, Nilo sucosum. Fit et puteis in salinas ingestis; prima 82
densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur oleo simile,
quo et in lucernis utuntur; hoc detracto subest sal. Et in
Cappadocia e puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt; in
Chaonia excocunt aquam ex fonte refrigerandoque salem fa-
ciunt inertem nec candidum. Galliae Germaniaeque arden-
tibus lignis aquam salsam infundunt.

§ 79. *colore*, R². *corpore*, VR¹Td. — *sciston*, VRd. — *ingratus*, R²d. *ingrato*, VR¹. — *In signo*, V. — *universi*, K. — *credibile*, V. — *madi*, V. — *sic*, R². *sicut*, VR¹d. — *adiuvantes*, V. — *molientes*, om. R¹.

§ 80. *appellavimus* § 73. — *Cyprium*, Vd. — *Egelestae*, VR¹d. *Egelastae*, Barbar. R²β. — *tralucentibus*, V. *translucentibus*, Rdβγ. — *palam*, VR. — *sal reperitur*, d. — *sal sponte nascens*, r. — *sterilis*, R²d. *sterelis*, V. *exterelis*, R¹. — *nihilque gignit in totum. Sunt inter haec facticii*, r. — *intra*, VRTd. *inter*, β. — *est*, R²d. Omitt. VR¹.

§ 81. *Facticii*, R². *Facti*, VR¹d. — *plurimusque*, R². *pluribusque*, VR¹. *pluribus*, Td. — *aquis*, VR. — *rugis*, V. — *multo atque*, ita nos scripsimus. *multoque*, VR. *multo*, Td. — *aliter non*, VR. *aliterque non*, Td. *non aliter*, βγ. — *inarescens*, R². *arescens*, VR¹Td. — *Africam*, V. — *construit acervos*, VR. *constituta cervos*, d. — *salis*, Rd. *solis*, V. — *sine riguis*, R². *sunt ineriguis*, VR¹d. — *mare in salinas*, VR. *in salinas*, d. *in salinas mare*, βγ. — *mare*, R. — *sucosum*, R²d. *insucosum*, VR¹.

§ 82. *et*, VRTd. *et e*, βγ. — *Babilonie*, R¹. — *Et in Cappadocia — ingerunt*, V (ubi tamen *quam* legitur) Rd. *Sal et in Cappadociae puteis ac fonte quem in sal. ing;*, r. — *Caonia*, V. — *et fonte*, R². *fonte*, VR¹d. — *faciant*, VR¹. — *nec candidum*, Rd. *negandidum*, V. *sed candidum*, K.

40. Hispaniae quadam sui parte e puteis hauriunt, muriam 83 appellantes; illi quidem et lignum referre arbitrantur. Quercus optuma, ut quae per se cinere sincero vim salis reddat; alibi corylus laudatur; ita infuso liquore salso carbo etiam in salem vertitur. Quicumque ligno confit sal niger est. Apud Theophrastum invenio Umbros harundinis et iunci cinerem decoquere aqua solitos, donec exiguum superesset umoris. Quin et e muria salsamentorum recoquitur iterumque consumpto liquore ad naturam suam redit; volgo e menis iucundissimus.

41. Marinorum maxume laudatur Cyprius a Salamine, de 84
stagnis Tarentinus ac Phrygius qui Tattaeus vocatur; hi duo oculis utiles. E Cappadocia qui in laterculis adfertur cutis nitorem dicitur facere; magis tamen extendit is quem Citieum appellavimus; itaque a partu ventrem eo cum melanthio inlinunt. Salsissimus sal qui siccissimus, suavissimus 85
omnium Tarentinus atque candidissimus, et de cetero fragilis qui maxume candidus. Pluvia dulcescit omnis; suaviorem tamen rores faciunt, sed copiosum aquilonis flatus; austro non nascitur. Flos salis non fit nisi aquilonibus. In igne nec crepitat nec exsilit Tragasaeus neque Acanthius ab oppido appellatus, nec ullius spuma aut ramentum aut tenuis;

§ 83. *Hispania*, VR^1. — *quidam*, V. — *e puteis*, VRd. *puteis*, *β*. — *hauriunt*, d. *haurium*, V. *aurium*, R. — *muriam*, R^{2}d. *murium*, VR^{1}T. — *appellantes*, VR^{1}T. *appellante et*, R^2. *appellant*, d. *appellant et*, *βγ*. — *et*, VRTd. *etiam*, *βγ*. — *aut*, R. — *qui*, V. — *sincere*, d. — *corulus*, VR. — *Qui e ligno*, r. — *confit*, VR (codd. Gel.) *conficitur*, TKd. — *Theophrastum*, qui haec hauserat ex Aristotel. meteor. II. 3. 42: *εἰσὶ δὲ (ἅλες) τήν τε δύναμιν ἀσθενέστεροι τῶν ἄλλων καὶ πλείους ἡδύνουσιν ἐμβληθέντες καὶ τὴν χρόαν οὐχ ὁμοίως λευκοί· τοιοῦτον δ' ἕτερον γίνεται καὶ ἐν Ὀμβρικοῖς.* — *Umbros*, VRTd (codd. Barbari). *Imbrios*, *β* ex Barbari coniectura, qui tamen ipse dubitat et magis ad illam scripturam inclinat. — *iuncis*, V. — *umores*, V. — *e menis*, codd. Barbari. *eminis*, V. *e maenis*, Rd*βγ*.

§ 84. *de stagnis*, *θ*VTd. *^{a}destagestnis*, R. *at e stagnis*, codd. Gel. *β*. Ceterum v. Dioscor. 5, 125. et Isidor. origg. XVI. 2, 3. seqq. — *Tarentinus*, omitt. codd. Gel. — *Tattaeus*, d. *Tacteus*, *θ*V. *Tateus*, R. — *utiles*, R^{2}d. *humiles*, VR^1. — *E*, *θ*Vd. *Et*, R^1. *Ac*, R^2. *A*, *βγ*. — *qui*, VRd. *vero qui*, *βγ*. — *utriculis*, K. — *cutis*, R^2. *scutis*, VR^{1}d. — *niforem*, VR^1. — *Citium*, Vd. *Cicium*, R. — *appellavimus* § 75. — *parte*, V. — *illinunt*, *θ*VRTd. *illiniunt*, *β*.

§ 85. *sal qui*, *θ*VRTdr. *sal*, *β*. — *de cetero*, R^2. *cetero*, VR^{1}d. — *rores*, R^2. *rore*, VR^{1}d. — *flatis*, V. — *nec crepitat*, R^{2}d. *crepitat*, VR^1. — *Tragesaeus*, d. — *Acanthus*, d. *Achantus*, R^2. *Cantus*, R^1. *Cantis*, *θ*V. — *nec ullius*, R^{2}d. *nec ullus*, T. *ne ullus*, VR^1. — *spuma*, VR. *e spuma*, d. *ex*

Agrigentinus ignium patiens ex aqua exsilit. Sunt et colo- 86
rum differentiae; rubet Memphi, rufus est circa Oxum, Centuripis purpureus, circa Gelam in eadem Sicilia tanti splendoris ut imaginem recipiat; in Cappadocia crocinus effoditur, tralucidus et odoratissimus. Ad medicinae usus antiqui Tarentinum maxume laudabant, ab hoc quemcumque e marinis, ex eo genere spumeum praecipue, iumentorum vero et boum oculis Tragasaeum et Baeticum. Ad opsonium 87
et cibum utilior quisquis facile liquescit, item umidior; minorem enim amaritudinem habent, ut Atticus et Euboicus. Servandis carnibus aptior acer et siccus, ut Megaricus; conditur etiam odoribus additis et pulmentari vicem inplet excitans aviditatem invitansque in omnibus cibis, ita ut sit peculiaris ex eo intellectus inter innumera condimenta, iterum in mandendo quaesitus garo. Quin et pecudes armen- 88
taque et iumenta sale maxume sollicitantur ad pastus, multum largiores lacte multoque gratiore etiam in caseo dote. Ergo Hercules vita humanior sine sale non quit degere adeoque necessarium elementum est ut transierit intellectus ad voluptates animi quoque; scommata sales appellantur omnisque vitae lepos et summa hilaritas laborumque requies non alio

spuma, T. — *aut ramento*, VTd. *aut atramento*, R (*aut a* ab a. m.), codd. Salmas. exerc. p. 81. b. E. *aut ad ramenta*, Salmas. — *aut tenuis*; haec verba certissime corrupta. Desideratur aliquod verbum, ita ut ex codd. totus locus ita sit refingendus: *nec ullus sal spuma aut ramento* .... Quod vero verbum sit reponendum, nemo facile nunc divinaverit. *aut taenia*, K. — *ignis impatiens*, Meurs. ad Antig. Caryst. 183. — *exiliit*, V.

§ 86. *differentiae*, d. *differentia*, R. *differentiam*, V. — *rubet*, θVRd (codd. Barbari). *ruber*, βγ. — *centum ripis*, θVRd. — *ut imaginem*, VRdδρφ. *ut magnitudinem*, ϑ (omnes codd. Salmas. exerc. p. 82. a. B.) *ut imaginum similitudinem*, Salmas. — *crocinus*, θVRd¹. *crocineus*, Td². *croceus*, βγ. — *tralucidus*, V. *translucidus*, Rdβγ. — *ab hoc*, VR. *ad hoc*, d. — *Peticum*, VR²d. *Piticum*, R¹.

§ 87. *ut Megaricus*, Rd. *tum egaricus*, V. — *additis*, RTKd. *additus*, Vβ. — *excitans*, R²d. Omitt. VR¹. — *iterum*, θVRTd. *ita est*, βγ. — *madendo*, VR¹. — *quaesitus garo*, VRd. *quaesitum garum*, θ, unde quis suspicari possit Plinium *quaesitus in garum* scripsisse.

§ 88. *armentoque*, R². *armentatio*, VR¹d. — *pastus*, Rd. *partis*, V. *pastum*, βγ. — *multum*, VRd. *multo*, βγ. — *largiores*, Vd. *largiore*, Rβγ. — *lacte multoque*, R²d. *lacteque*, R¹. *lactoque*, V. — *Hercules*, VRdϑφ. *Hercule*, β. — *non quit*, Rdϑ. *non quid*, V. *nequit*, β. — *adeoque*, R. *adeo ergo*, Vd. — *uti*, d. — *intellectus*, om. d¹. — *voluptates*, VR¹. *voluptatem*, R²dγ. *voluptates animique quoque*, K. — *scommata*, Pint. *samnia*, K. *nimia*, VRd. *nam ita*, Barbar. βγ. — *sales*, R²K. *sale*, VR¹d.

*

magis vocabulo constat. Honoribus etiam militiaeque interponitur, 89
salariis inde dictis magna apud antiquos auctoritate,
sicut adparet ex nomine salariae viae, quoniam illa salem in
Sabinos portari convenerat. Ancus Marcius rex salis modios
$\overline{VI}$ in congiario dedit populis et salinas primus instituit. Varro
etiam pulmentari vice usos veteres auctor est et salem cum
pane esitasse eos proverbio adparet; maxume tamen in sacris
intellegitur auctoritas, quando nulla conficiuntur sine
mola salsa.

42. Salinarum sinceritas summam fecit suam differentiam, 90
quandam favillam salis quae levissima ex eo est et candidissima;
appellatur et flos salis, in totum diversa res umidiorisque
naturae et crocei coloris aut rufi, veluti robigo
salis, odore quoque ingrato ceu gari, dissentiens a sale, non
modo a spuma. Aegyptus invenit videturque Nilo deferri, et
fontibus tamen quibusdam innatat. Optumum ex eo quod 91
olei quandam pinguitudinem reddit; est enim etiam in sale
pinguitudo, quod miremur. Adulteratur autem tinguiturque
rubrica aut plerumque testa trita, qui fucus aqua deprehenditur
diluente facticium colorem, cum verus ille non nisi oleo
resolvatur et unguentarii propter colorem eo maxume utantur.
Canitia in vasis summa est, media vero pars umidior,
ut diximus. Floris natura aspera, excalfactoria, stomacho 92
inutilis; sudorem ciet, alvom solvit in vino et aqua, acopis

§ 89. *interponitur*, V R^2 d. *et interponitur*, R^1. — *auctoritate*, R. *et auctoritate*, V d. — *salem*, θ V R T d. *sal*, β. — *convenerat*, θ V R T d. *consuerat*, β. — *rex*, R d. *sex*, V. — *salis modios*, θ V R. *modios salis*, T d. *salis modia*, β. — *$\overline{VI}$*, ita nos scripsimus. *ut*, θ V T. *sex*, R (e corr.) *sex mille*, d γ. *sex millia*, β. *modios sex millia*, Roth. in Iahn. novo horreo 12, 366. — *populis*, θ V R T. *populo*, d β γ. — *vite*, V. — *et salem cum pane esitasse eos*, R d (Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 5, 90.) *et sale cum pane esitasse eos*, θ V T. *et salem cum pane esitasse*, K. *esitasse enim salem cum pane et caseo ut*, β. — *maxima*, K.

§ 90. *Sabinarum*, V d. — *quandam favillam*, V R T d r. *quadam favilla*, codd. Gel. β. — *flos salis*, Dioscor. 5, 128. — *veliti*, V. — *gari*, d. *cari*, V R. — *Aegypto invenitur*, r. — *Nilo*, R^2. *Nudo*, V R^1 d. — *differri*, R^2 d. *differi*, V R^1. — *innatant*, V.

§ 91. *olet*, V. — *pinguedinem*, r. — *salo*, V. — *aquam*, V R. — *diluente*, R^2 T d. *deluente*, V R^1. — *colorem*, R^2. *coherent*, V R^1 d. — *Canities*, K. — *summa*, R^2 d. *in summa*, V R^1 T. *summo. Est*, K. — *medio vera*, V. — *diximus* § 90.

§ 92. *alum*, V. — *acopis*, V R T K d. *acopicis*, β. — *smegmatis*, K. *zmeticis*, V R^2 d. *zmedicis*, R^1. *smegtizis*, T. *smegmaticis*, β. *ἀκόποις καὶ σμήγμασι πρὸς τριχῶν λεπτυσμόν*, Dioscor. — *pilos efficacissime*, d. *philosimae*, V. *philosime* (a *supra* e), R. — *Faeces*, T d. *fecis*, R^2. *ficis*, V. *effecis*, R^1. *Faeces imae*, β γ. —

et zmegmatis utilis; detrahit et ex palpebris pilos efficacissime. Faeces concutiuntur ut croci color redeat. Praeter haec etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab aliis salsilago, tota liquida, marina aqua salsior, vi distans.

43. Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus quod garum 93
vocavere, intestinis piscium ceterisque quae abicienda essent sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce quem Graeci garon vocabant, capite
eius usto, suffitu extrahi secundas monstrantes; VIII. nunc e 94
scombro pisce laudatissimum in Carthaginis spartariae cetariis; sociorum id appellatur, singulis milibus nummum permutantibus congios fere binos. Nec liquor ullus paene praeter unguenta maiore in pretio esse coepit, nobilitatis etiam gentibus. Scombros quidem et Mauretania Baeticaeque Carteia ex oceano intrantis capiunt, ad nihil aliud utilis. Laudantur et Clazomenae garo Pompeiique et Leptis, sicut muria Antipolis ac Thurii, iam vero et Delmatia.

44. Vitium huius est alex, inperfecta nec colata faex; 95
coepit tamen et privatim ex inutili pisciculo minumoque confici; apuam nostri, aphyen Graeci vocant, quoniam is pisciculus e pluvia nascitur. Foroiulienses piscem ex quo faciunt lupum appellant. Transiit deinde in luxuriam creveruntque genera ad infinitum, sicuti garum ad colorem mulsi
veteris adeoque dilutam suavitatem ut bibi possit; aliud vero 96

ut, Rd. *vi*, V. — *croci color*, VRd. *color croci*, $\beta\gamma$. — *Praeter haec*, Rd. *Praeterea haec*, VT. — *liquida*, R^{2}d. Omitt. VR^1; in V margini $\overset{e}{a}$*ro* est adscriptum. — *salsior vi*, R^1. *salsior cui*, R^2. *salsiore*, VTd.

§ 93. *Aliud*, R. *Aliut*, V. *Vidi aliud*, Td. — *exquisti*, V. — *garum*, VRd. *garon*, $\beta\gamma$. — *vocare*, R. — *suffitus extrahit*, θ. — *monstrantes*, θVRTd. *morantes*, β.

§ 94. *nunc e scombro*, R^{2}d. *nunc e sconbro*, V. *noncessūpo*, R^1. — *laudatissimum*, d (codd. Gel.) *lautissimum*, R. *latissimum*, V. — *spartariae*, R^{2}d (codd. Gel.) *sparfariae*, VR^1. — *cetariis*, codd. Gel. *cetaris*, R^2. *ceteris*, VR^{1}d. — *fere*, θVRd. *paene*, β. — *paene*, om. R^1. — *Scombros quidem*, R. *Scombro*, Vd. — *Mauretania*, VR^2. *Mauritania*, d. *Mauretani*, R^1. — *Baeticaeque Carteia*, R. *Baeticaeque et Carteia*, VTd. *Baeticaque et Carteia*, β. — *ad*, VR^{2}d. *et*, R^1. — *alium*, VR^1. — *utile est*, Vd. *ut ille est*, R. — *Glauzomenae*, Vd. — *Pompeiique et*, R (*que et* ex corr.) d. *Pompei*, V. — *Thuri*, V. — *Delmatha*, Vd. *Dalmatia*, R (codd. Gel.) $\beta\gamma$.

§ 95. *est alex*, R. *est allex atque*, V. *alex est*, d. — *olata*, R^1. — *efex*, VR. — *et*, R. Omitt. Vd. — *privatim*, R^2. Omitt. VR^{1}d. — *ex inutili*, VR^{2}d. Om. R^1. — *conci///*, R^1. — *nostris*, R. — *is*, R. Omitt. Vd. — *nascitur*, R^2. *nascatur*, VR^{1}d. — *luxoria*, VR. — *diluta suavitate*, K.

castimoniarum superstitioni etiam sacrisque Iudaeis dicatum, quod fit e piscibus squama carentibus. Sic alex pervenit ad ostreas, echinos, urticas, cammaros, mullorum iocinera, innumerisque generibus ad sapores gulae coepit sal tabescere. Haec obiter indicata sint desideriis vitae, et ipsa tamen non nullius usus in medendo. Namque et alece scabies pecoris sanatur infusa per cutem incisam, et contra canis morsus draconisque marini prodest, in linteolis autem concerptis inponitur. Et garo ambusta recentia sanantur, si quis infundat 97
ac non nominet garum; contra canum quoque morsus prodest maxumeque crocodili et ulceribus quae serpunt aut sordidis; oris quoque et aurium ulceribus aut doloribus mirifice prodest. Muria quoque sive illa salsugo spissat, mordet, extenuat, siccat, dysintericis utilis, etiam si nome intestina conripit; ischiadicis, coeliacis veteribus infunditur; fotu quoque apud mediterraneos aquae marinae vicem pensat.

IX. 45. Salis natura est per se ignea et inimica ignibus, 98
fugiens eos, omnia erodens, corpora vero adstringens, siccans, adligans, defuncta etiam a putrescendi tabo vindicans ut durent ita per saecula, in medendo vero mordens, adurens, repurgans, extenuans, dissolvens, stomacho tantum inutilis praeterquam ad excitandam aviditatem, adversus serpentium morsus cum origano, melle, hysopo, contra cerasten cum origano aut cedria aut pice aut melle. Auxiliatur contra 99

§ 96. *castimoniarum superstitioni*, θR. *ad castimoniarum superstitioni*, Td. *ad catimoniarum superstitioni*, V. *ad superstitionum castimoniam*, K. *ad castimoniarum superstitionem*, β. — *etiam sacrisque Iudaeis*, θVRTd. *et sacris Iudaeis*, K. *etiam sacris Iudaeis*, β. — *abdicatum*, K. — *carentibus*, Rd. *maceretnentibus*, V. *non carentibus*, Gesner. hist. anim. 4, 375. — *allex*, V uti saepe. — *urticas*, R²Td. Omitt. VR¹. — *cammaros*; pro h. v. habent *maris* VRTd. — *multorum*, VRd. — *sapores*, d. *saporis*, R. *saporem*, Vβγ. — *gulae*, R. *gile*, V. *cyle*, d. — *non nullius*, R. *nonnulli*, Vdβ. — *sanantur*, d. — *draconivae*, V. — *concerptis*, VRTKd. *conceptis*, β.

§ 97. *morsus*, θd. *morsum*, VRβγ. — *crocodilo*, V. — *ulceribus quae serpunt*, VRd. *nominis* (i. e. *nomis*) *depascentibus*, θ. — *sive halme aut salsugo*, K. Ceterum v. Dioscor. 5, 127. — *utilis*, VRTd. *utilis est*, βγ. — *etiam*, delet Dalec. — *nomen*, V. — *et coeliacis*, K. — *fotu*, d. *fotū*, R². *foto*, VR¹. — *pensat*, VR. *praestat*, Td.

§ 98. *est*, V. Post *ignea* collocant Rd. — *etiam*, VRd. *autem*, r. — *a putrescendi tabo*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 5, 90. *a putrescendi'to*, R. *aput rescendita*, V. *a putrescendo*, d (codd. Gel.) βγ. Ceterum v. Dioscor. 5, 125. — *vindicans*, VR²d (Murbac.) *vendicans*, R¹β. *vendicant*, codd. Gel. — *duret*, V. — *ita*, VRd (Murbac., codd. Gel.) *ea*, K. — *repugnans*, V. — *stomacho*, d.

scolopendras ex aceto potus, adversus scorpionum ictus cum
aequa parte lini seminis ex oleo vel aceto inlitus, adversus
crabrones vero et vespas similiaque ex aceto, ad heterocra-
nias capitisque ulcera et pusulas papulasve et incipientis ver-
rucas cum sebo vitulino, item oculorum remediis et ad ex-
crescentis ibi carnis totiusque corporis pterygia, sed in oculis
peculiariter, ob id collyriis, emplastris quoque additus, —
ad haec maxume probatur Tattaeus aut Caunites; — ex 100
ictu vero subfusis cruore oculis suggillatisve cum murra pari
pondere ac melle aut cum hysopo ex aqua calida, utque
foveantur salsugine. Ad haec Hispaniensis eligitur contraque
subfusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur, privatim
suggillationibus in linteolo involutus crebroque ex aqua fer-
venti inpositus, ulceribus oris manantibus in linteolo con-
cerpto, gingivarum tumori infricatus et contra scabritiem
linguae fractus conminutusque. Aiunt dentis non erodi nec 101
putrescere, si quis cotidie mane ieiunus salem contineat sub
lingua donec liquescat. Lepras idem et furunculos et lichenas
et psoras emendat cum passa uva exempto eius ligno et
sebo bubulo atque origano ac fermento vel pane, maxume
Thebaicus; hic et ad pruritus eligitur, tonsillis et uvis cum
melle prodest; quicumque ad anginas, hoc amplius cum oleo
et aceto eodem tempore extra faucibus inlitus cum pice li-

stomachū, R. *stomachum*, V. — *cerenten*, R[1]. — *aut cedria*, Barbar. *ἢ κεδρίας*, Dioscor. *et cedro*, VRd. — *aut melle*, d. *ac melle*, VR. *ἢ μέλιτος*, Dioscor.

§ 99. *scolependras*, R[1]. — *ex*, om. R[1]. — *acetum*, R. — *aequa*, T. *qua*, V. *quarta*, Rdβγ. — *seminis*, R[2]T. *semine*, VR[1]d. — *et oleo*, VRd. — *inlitur*, V. — *et vespas*, VRT. *vel vespas*, dβγ. — *similiaque*, R. *similique*, V. *similiter*, Td. — *heterocranias*, R[2]. *heterogranias*, R[1]. *heterocraneas*, dβγ. *hec ergo granias*, V. *heterocranas*, Barbar. — *pusulas*, θVRd. *pustulas*, β. — *papulasosvae*, R. — *incipiente*, R. — *excrescentes*, R[2]d. *decrescentes*, VR[1]. — *emplastris quoque*, θVR. *emplastrisque*, dβγ. — *additus*, VR. *additur*, dβγ. — *ad haec*, VRd. *ad hoc*, T. — *Tattaeus*, Barbar. (Murbac., codd. Gel.) *etteus*, θVRTd. *Tragasaeus*, codd. Barbari, K. *Teius*, Pint. — *aut*, VR (Murbac.) *et*, Td. — *Caunites*, VTd (Murbac.) *cognites*, R[1]. *covnites*, R[2].

§ 100. *suggillatisve*, Td. *suggillatis suae*, V. *suggillatisque*, dβγ. — *ac melle*, Rd. *aut melle*, V. — *isopo*, R. *oesypo*, K. — *callida*, V. — *utque*, R[2]. *autque*, VR[1]d. — *salsugines*, R. — *involutus — linteolo*, om. R[1]. — *ferventis*, V. — *concerpto*, d. *concrepto*, V. *correpto*, R. — *infricatus*, R[2]. *infractus*, R[1]Td. *infricatus — linguae*, om. V. — *et contra — fractus*, R[2]d. *fractus*, V. *frictus*, K. Omitt. R[1]T. — *cominutusque*, V.

§ 101. *corrodi*, T. — *nec*, θVRd. *neque*, β. — *et lichenas*, VR[2]d. *licenas*, R[1]. — *psaras*, VR. — *ligno*, om. V. — *hic et ad*; pro his vv. habent *ad hec et* Vd, *ad hac et* R. — *ovis*, VR. — *hic amplius*, K. — *eodem*, Rd. *et*, V. — *extra fauces illitus aut cum*, r.

quida. Emollit et alvom in vino mixtus innoxie et taeniarum 102
genera pellit in vino potus. Aestus balinearum convalescentes
ut tolerare possint linguae subditus praestat, nervorum dolores maxume circa umeros et renis in saccis patina ferventi
crebro candefactus levat, colum torminaque et coxarum dolores potus et in iisdem saccis inpositus candens, podagras
cum farina ex melle et oleo tritus, ibi maxume usurpanda
observatione quae totis corporibus nihil esse utilius sale et
sole dixit; itaque cornea videmus corpora piscatorum; sed
hoc praecipuum dicatur in podagris. Tollit et clavos pedum, 103
item perniones; ambustis ex oleo inponitur aut conmanducatus pusulasque reprimit, ignibus vero sacris ulceribusque
quae serpant ex aceto aut hysopo, carcinomatis cum uva
taminia, phagedaenis ulcerum tostus cum farina hordei, superinposito linteolo madente vino. Morbo regio laborantis,
donec sudant ad ignem, contra pruritus quos sentiunt ex
oleo et aceto infricatus iuvat, fatigatos ex oleo. Multi et 104
hydropicos sale curavere fervoresque febrium cum oleo perunxere et tussim veterem linctu eius discussere; clysteribus
infudere ischiadicis. Ulcerum excrescentibus vel putrescentibus inposuere, crocodilorum morsibus ex aceto in linteolis
ita ut batuerentur ante vincta ulcera. Bibitur et contra opium
ex aceto mulso, luxatis inponitur cum farina et melle, item
extuberationibus. Dentium dolori cum aceto fotus et inlitus 105

§ 102. *Emollit*, R^{2}d. *Et mollit*, VR^1. — *mixto*, VR. — *innoxie*, Td. *innoxio*, V. *innoxia*, R. *Idem noxia*, β. — *et*, om. K. — *taeniarum*, K. *tenearum*, VR. *tinearum*, Tdβ. — *tolerari*, V. — *possint*, R^{2}d. *possit*, VR^1. — *subditus*, d. *supditus*, R^2. *positus subditus*, V. *positus supditus*, R^1. — *dolores*, Vd. *dolorem*, Rβγ. — *maxime*, VR^{1}Td. *maxime usurpanda observatione*, R^{2}β. — *patina*, θK. *aqua*, VRdβγ. — *candefactus*, θTK. *candofactus*, V. *madefactus*, R'dβγ. *madefactis*, K. — *lavat*, V. — *usurpanda observatione*, θTKd. *ususpranda observatione*, VR^1. *observanda usurpatione*, R^{2}β. — *quae*, VR. *qua*, d. *qua quidem*, β. *qui quidam*, K. *qua quidam*, Pint. — *dixit; itaque*, Gronov. R^{2}Td. *dixitque*, R^1. *dixistique*, V. *dicunt. Itaque*, β. — *hoc*, R^{2}d. Omitt. VR^1.

§ 103. *pedum item*, R^{2}d. *itepedum*, VR^1. — *pusulasque*, θVRd. *pustulasque*, β. — *ulceribusque*, Rd. *ulceribus*, V. — *serpant*, Vd. *serpunt*, Rβγ. — *oesypo*, K. — *ulcerem*, R^1. — *tostus*, TKd. *totus*, VR. *tritus*, β. *tostum*, γ vitio operarum. — *superinposita*, Vd. — *sudant*, Vd. *sudent*, Rβγ. — *quos*, Vd. *quod*, R. — *infricatis*, V. — *fatigatos*, R. *fatigatus*, V. *et fatigatos*, dβγ.

§ 104. *tussim*, Rd. *iunxim*, V. — *lintu*, V. — *ischiadicis*, d. *sciadicis*, VR^2. *radicis*, R^1. — *Ulcerum*, θVRd. *Ulceribus*, β. — *batuerentur*, VRd. *batuantur*, r. *paverentur*, Hard. — *ante vincta*, ita nos scripsimus partim cum Dalecampio, qui *arcte vincta* coniecit coll. Dioscor.: *καὶ κροκοδειλοδήκτοις βοηθοῦσιν (οἱ ἅλες) ἐνδεθέντες εἰς ὀθόνιον λεῖοι καὶ βαπτόμενοι εἰς ὄξος*,

cum resina prodest, ad omnia autem spuma salis iucundior
utiliorque. Sed quicumque sal acopis additur ad excalfactio-
nes, item zmegmatis ad extendendam cutem levandamque;
pecorum quoque scabiem et boum inlitus tollit daturque lin-
gendus et oculis iumentorum inspuitur. Haec de sale dicta sint.
X. 46. Non est differenda et nitri natura non multum a 106
sale distans et eo diligentius dicenda, quia palam est medicos
qui de eo scripserunt ignorasse naturam nec quemquam
Theophrasto diligentius tradidisse. Exiguum fit apud Medos
canescentibus siccitate convallibus, quod vocant halmyraga,
minus etiam in Thracia iuxta Philippos, sordidum terra,
quod appellant agrium. Nam quercu cremata numquam mul- 107
tum factitatum est et iam pridem in totum omissum; aquae
vero nitrosae pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus den-
sandi. Optumum copiosumque in Litis Macedoniae, quod vo-
cant Chalastricum, candidum purumque, proxumum sali.
Lacus est nitrosus, exsiliente e medio dulci fonticulo; ibi fit
nitrum circa canis ortum novenis diebus totidemque cessat
ac rursus innatat et deinde cessat; quo adparet soli natu- 108
ram esse quae gignat, quoniam conpertum est nec soles pro-
ficere quicquam cum cesset nec imbris. Mirum et illud,
scatebra fonticuli semper emicante lacum neque augeri ne-
que fluere. His autem diebus quibus gignitur si fuere im-
bres, salsius nitrum faciunt, aquilones deterius, quia validius

στυφομένων τῶν μερῶν τοῖς ἐνδέσμοις. ante hic, V d (Hard.) *ante inc*, R^{1}. *ante ictuum*, R^{2} r γ. *antehac*, β. *ante ictu* vel *arcte vinctu*, Barbar. — *oppium*, V. — *exuberationibus*, V R.

§ 105. *dolore*, V R^{1}. — *fotus*, θ V R. *potus*, T d. *et fotu*, β. — *illinitus*, R^{1}. — *zmegmatis*, V. *szmegmatis*, R. *smegmatis*, K d γ. *smegmaticis*, β. — *extendendam*, R^{2} (Murbac.) *extenuendam*, V R^{1}. *extenuandam*, T d γ. — *datusque*, V. — *lingendos*, V R. — *Haec de*, d. *Haec ē de*, R. *Haec est de*, V. *Haec et de*, β γ.

§ 106. *medicos*, V R T d. *et medicos*, β γ. — *scripserunt*, R d. *scripser̄*, V. *scripsere*, β γ. — *Theophrastus*, V R^{1}. Ceterum de nitro egerat Theophrastus in libro aliquo deperdito. — *halmyraga*, ita nos scripsimus. *halmiraga*, V (codd. Barbari). *almiraga* vel *almyraga*, codd. Salmas. de hyle p. 223. b. B. *halmyrhaga*, R d γ. *halmirhaga*, β. *halmirrhaga*, Dalec. *halmyrada*, Salmas. — *quod*, R^{2}. *qua*, R^{1}. *aqua*, V d.

§ 107. *Namque aqua cremata*, omnes codd. Salmas. — *factitatum*, R^{2} d. *facinatum*, V. *facnatum*, R^{1}. — *emissum*, R. — *nitrosae*, om. d. — *plurimis*, d. — *Litis*, Hard. *Clitis*, V R d. *Chyris*, K. *Clytis*, β. *Chaetis* vel *Letis*, Barbar. — *Chalestricum*, V d. *Calestricum*, R. — *sali*, V d. *sale*, R.

§ 108. *proferre*, liber optimus ap. Salmas. de hyle p. 222. a. F., qui *profore* legit. — *cessat*, K. — *Mirum et*, V R T. *Mirum est et*, d β γ. — *neque augeri neque fluere*, θ V R T d. *nec augeri nec effluere*, β. — *His*, V R. *Iis*, d β γ.

conmovent limum; et hoc quidem nascitur. In Aegypto au- 109
tem conficitur multo abundantius sed deterius; nam fuscum
lapidosumque est. Fit paene eodem modo quo sal, nisi quod
salinis mare infundunt, Nilum autem nitrariis; haec cedente
Nilo madent suco nitri xl diebus continuis, non ut in Ma-
cedonia statis. Si et imbres adfuerunt, minus e flumine ad-
dunt statimque ut densari coeptum est rapitur, ne resolvatur
in nitrariis. Sic quoque olei natura intervenit ad scabiem 110
animalium utilis; ipsum autem conditum in acervis durat.
Mirum in lacu Ascanio et quibusdam circa Chalcida fontibus
summas aquas dulcis esse potarique, interiores nitrosas. In
nitro optumum quod tenuissimum et ideo spuma melior,
ad aliqua tamen sordidum, tamquam ad inficiendas purpuras
tincturasque omnis; magnus et vitro usus qui dicetur suo
loco. Nitrariae Aegypti circa Naucratim et Memphim tantum 111
solebant esse, circa Memphim deteriores; nam et lapidescit
ibi in acervis multique sunt cumuli ea de causa saxei. Fa-
ciunt ex his vasa nec non frequenter liquatum cum sul-
phure coquentes in carbonibus quoque quos inveterari volunt
illo nitro utuntur; sunt ibi nitrariae in quibus et rufum exit
a colore terrae. Spumam nitri quae maxume laudatur antiqui 112
negabant fieri nisi cum ros cecidisset, praegnantibus nitra-

§ 109. *modo*, R. *malo*, V. //// *a loco*, d. — *quo*, VR. In d rasura. — *infunditur*, d. — *nitrariis*; pro h. v. habent *monstraris* VRd. — *haec cedente*, VRT. *hae cedente*, dγ. *excedente*, β. *quae accedente*, K. De *haec* v. ad 29, 124. — *Nilo*, R^2d. Omitt. VR^1T. — *madent*, V. *madant*, R^1. *manant*, Td. *siccantur decedente madent*, R^2β. *madent, decedente siccantur*, K. — *succo nitri*, VRTd. *concrescente nitro*, K. *nitro*, r. — *XL*, om. r. — *in*, R^2d. Omitt. VR^1. — *et*, VR^1d. *etiam*, R^2βγ. — *adfuerunt*, VRd. *affuerint*, β. — *e*, d. *et*, VR^1. *a*, R^2. *de*, βγ. — *coeptum est*, VR. *est coeptum*, dβγ. — *resolvantur*, V.

§ 110. *Hic quoque*, K. — *Calchida*, V. — *potarique*, Rd. *putari . quae*, V. — *interiores*, θV. *inferiores*, Rdβγ. — *vitro*; si quid video, legendum est h. l. *in vitro.*

§ 111. *Nitrarias*, VR^1Td. *Nitri egri*, R^2 (vet. cod. Salmas.) *Nitrariae egregiae*, β. *nitriae agri Aegyptiaci*, Salmas. — *Aegypti*, VRTd. *Aegyptiis. Nam*, codd. Barbari, β. — *Memphin deteriores*, R. — *acerbis multisque*, V. — *cumuli*, θVR. *cuniculi*, Td. *tumuli*, β. — *his*, VR. *eis*, d. — *frequenter*, d. *frequenti*, R. *et frequenti*, V. A prima manu *nec frequenti* fuisse videtur. — *liquant*, K. — *in carbonibus quoque*, VRd. *in carbonibus. Ad ea quoque*, βγ. — *quos*, ita nos scripsimus. *quas*, VRd. *quae*, βγ. Unus Ulpianus, qui pandd. I. 55, 7. *ad carbones coquendas atque conficiendas* dixit, me movere non potuit, ut usum consuetum desererem. — *terrae*, R^2d. *et terrae*, R^1. *ettrae*, V. *Faciunt — frequenti liquatum — carbonibus. Nitrariae in quibus et rufum quoque, quas inveterari volunt illo nitro utuntur. Sunt et nitrariae in quibus rufum exit a colore terrae*, codd. Salmas. de hyle p. 223. a. D., qui inde emendat: *Faciunt — vasa. Nec non et*

riis sed nondum parientibus; — itaque non fieri incitatis,
etiamsi caderet; — alii acervorum fermento gigni existuma-
vere. Proxuma aetas medicorum aphronitrum tradidit in Asia 113
colligi, in speluncis mollibus destillans; — specus eos co-
lycas vocant; — dein siccant sole. Optumum putatur Ly-
dium; probatio ut sit minume ponderosum et maxume fria-
bile, colore plene purpureo. Hoc in pastillis adfertur, Aegy-
ptium in vasis picatis, ne liquescat; vasa quoque ea sole
inarescentia perficiuntur. Nitri probatio ut sit tenuissimum 114
et quam maxume spongeosum fistulosumque. Adulteratur in
Aegypto calce, deprehenditur gustu; sincerum enim statim
resolvitur, adulteratum pungit, calce adspersum reddit odo-
rem vehementem. Uritur in testa opertum ne exsultet; alias
igni non exsilit nitrum nihilque gignit aut alit, cum in sa-
linis herbae gignantur et in mari tot animalia, tantum algae.
Sed maiorem esse acrimoniam nitri adparet non hoc tantum 115
argumento sed et illo, quod nitrariae calciamenta protinus
consumunt, alias salubres oculorumque claritati utiles. In
nitrariis non lippiunt; ulcera adlata eo celerrime sanantur,
ibi facta tarde; ciet et sudores cum oleo perunctis corpusque
emollit. In pane salis vice utuntur Chalastraeo, ad raphanos

frequenter — carbonibus ad ea quae inveterari volunt — utuntur. Sunt et nitrariae quoque in quibus, in ceteris vulgatam scripturam sequens.

§ 112. *nitrari*, V. — *acervorum*, θVRTd. *operimentorum*, r. *operimentum*, K^3β. *operimentorum id pro*, K^1. *operimentum id*, K^2. — *fermento*, VRTK^1r. *sermento*, θ. *fermentescentibus*, K^2. *fermenti*, K^3. — *cigni*, V.

§ 113. *Assia colligit*, V. — *mollibus*, θVRTKd. *malibus*, cod. optimus Salmas. de hyle p. 221. a. F. *hiemalibus*, alter proximae bonitatis apud eundem, qui probat. *molibus*, β. *in speluncarum molibus*, Dalec. — *destillans*, VRTd. *distillans*, β. — *eius*, d. — *colligas*, VRTd. *helicas*, K^1. *cochlacas*, K^2. *collicas* i. e. specus panibus rotundis similes, Harduin. *colicas*, γ. Retinui scripturam vulgatam, licet mihi scribendum videatur *σκώληκας* coll. Photio: *σκώληξ, τὸ πρὸς τῇ γῇ οἴδημα τῆς θαλάσσης, οἷον τὸ προσαράσσον κῦμα*, et Hesychio: *σκώληξ, τὸ κυλιόμενον κῦμα, καὶ ἀπὸ τῆς ἅλω τὸ δινηθὲν καὶ συναχθὲν εἰς λικμητόν*, unde talis specus sane *scolex* dici potuit. — *siccari*, K. — *putatur*, θVRTd. *putant*, β. Ceterum v. Dioscor. 5, 130. — *Lydicium*, R^1. — *plene*, Salmas. R^2. *pane*, VR^1. *paene*, dβγ. — *picatis ne*, d. *spissatis ne*, R. *spissa omni*, V. — *aea*, V.

§ 114. *gustu; sincerum*, Rd. *gustus in cerusa*, V. — *statim*, VTd. *facile*, Rβγ. — *persolvitur*, VR^1. — *aspersum*, d. *aspersu*, R. *et aspersu*, θV. — *vehementer*, θVRd. — *non*, delet Michaelis de nitro Plinii 21. — *aliter*, V. — *totque animalia non tantum*, K. — *alget*, d.

§ 115. *nitri*, θVRTd. *nitro*, β. — *sed et illo*, θVR^1TKd. *sed et in illo*, R^2. *sed in illo*, βγ. — *lipiunt*, V. — *allata*, VR. *illita*, d (*i* in rasura). — *et*, Rd. *hec*, V. — *sudores*, θVRTd. *sudorem*, β. — *Calistraeo*, R^2. *Calistreo*, Vd. *Calistraeae*, R^1. *Chalastrico*, Barbar.

Aegyptio; teneriores eos facit, sed opsonia alba et dete-
riora, olera viridiora. In medicina autem calefacit, extenuat, 116
mordet, spissat, siccat, exulcerat, utile his quae evocanda
sint aut discutienda et lenius mordenda atque extenuanda,
sicut in papulis pusulisque. Quidam in hoc usu accensum
vino austero restingunt atque ita trito in balineis utuntur
sine oleo. Sudores nimios inhibet cum iride arida, adiecto
oleo viridi, extenuat et cicatrices oculorum et scabritias ge-
narum cum fico inlitum aut decoctum in passo ad dimidias
partis, item contra argema oculorum; — inungues decoctum
passo in mali punici calyce; — adiuvat et claritatem visus cum
melle inunctum. Prodest dentium dolori ex vino, si cum pi- 117
pere conluantur, item cum porro decoctum; nigrescentis dentis
crematum dentifricio ad colorem reducit, capitis animalia et
lendis necat cum Samia terra inlitum ex oleo. Auribus puru-
lentis vino liquatum infunditur, sordis eiusdem partis erodit
ex aceto, sonitus et tinnitus discutit siccum additum. Vitili- 118
gines albas cum creta Cimolia aequo pondere ex aceto in
sole inlitum emendat; furunculos admixtum resinae extrahit
aut cum uva alba passa, nucleis eius simul tritis. Testium
inflammationi occurrit, item eruptionibus pituitae in toto cor-
pore cum axungia contraque canis morsus, addita et resina;
initiis cum aceto inlinitur, sic et serpentium morsibus, pha-
gedaenis et ulceribus quae serpunt aut putrescunt cum calce

nam teneriores, K. — *holera*, K.

§ 116. *vocanda*, V. — *sunt*, K. — *extenuenda*, V. — *pusulisque*, θ d. *pusilisque*, V. *pusillisque*, R. — *balneis*, V. — *nimios*, R d. *minus*, V. — *iride arida*, V R d. *arida iride*, β γ. — *adiecto*, V R T d r. *adiecta*, β. — *oculorum*, V R^{2} d. *caulorum*, R^{1}. — *argemas*, θ V R d. — *inungues*, Gronov. *ungues*, V R d β γ. *albugines*, altera Gronovii coniectura. — *decoctum*, V d. *decoctum cum*, R β γ. — *adiuvat*, θ V R T d. *adiuvat nitrum*, β. — *et claritatem*, ita nos scripsimus. *ad claritatem*, V T d δ (a m. sec.), quod probat Gronov. relegans lectorem ad sua ad Livium XXVIIII. 1, 18. *claritatem*, R β γ.

§ 117. *piperi*, V. — *animalia et lendes*, R^{2}. *animaliae lentes*, V. *animalia dentes*, R^{1}. *animalia edentes*, d. — *inlinitum*, R^{2}. — *erodit*, R d. *herodit*, V. *exterit*, Barbar. r. *extergit*, K. — *inditum*, K.

§ 118. *creta Cimolia*, V T d. *creta Cimoliae*, R. *Cimolia creta*, β γ. — *addita et resina*. Quae ab his vv. usque ad finem huius libri leguntur, in V R bis exstant, primum hoc suo loco, tum 32. § 57. post verba *et pastinaca contra suum*. Utriusque repetitionis, de qua v. praef. vol. I. p. VII., lectiones accurate indicavi, et codicis quidem V per ψ, codicis vero R per Ω. — *initiis*, R^{2} Ω ψ d. *inlitis*, V R^{1}. — *cum calce*, V R Ω d. *calce*, ψ. — *et aceto*, K. — *ficu*, d. — *datur illiniturque*, R^{2} Ω ψ d. *inliniturque*, V. *inlinitur quae*, R^{1}.

§ 119. *cum ruta*, V R d. *cūrqueta*, Ω ψ. — *cummino*, ψ. — *et aceto*, θ V R T K d. *vel aceto*, Ω ψ. *ex aceto*, β. — *confrigatis*, ψ. — *in sudore datum*, Dalec. *insu-*

ex aceto; hydropicis cum fico tunsum datur inliniturque.
Discutit et tormina, si decoctum bibatur pondere drachmae 119
cum ruta vel aneto vel cumino. Reficit lassitudines cum oleo
et aceto perunctorum, et contra algores horroresque prodest,
manibus pedibusque confricatis cum oleo. Conprimit et pru-
ritus subfusorum felle, maxume cum aceto in sudore datum.
Succurrit et venenis fungorum ex posca potum aut, si bu-
prestis hausta sit, ex aqua vomitioneque evocat. His qui 120
sanguinem tauri biberint cum lasere datur. In facie quoque
exulcerationes sanat cum melle et lacte bubulo. Ambustis
tostum donec nigrescat tritumque inlinitur. Infunditur ven-
tris et renium dolori aut rigori corporum nervorumque dolo-
ribus. Paralysi linguae cum pane inponitur; suspiriosis in
tisana sumitur. Tussim veterem sanat flore, mixto galbano 121
resinae terebinthinae, pari pondere omnium, ita ut fabae
magnitudo devoretur. Coquitur dilutumque postea cum pice
liquida sorbendum in angina datur. Flos eius cum oleo cy-
prino et articulorum doloribus in sole iucundus est. Regium
quoque morbum extenuat in potione vini; et inflationes dis-
cutit, sanguinis profluvium e naribus sistit ex ferventi aqua
vapore naribus rapto. Porriginem alumine permixto tollit, 122
alarum virus ex aqua cotidiano fotu, ulcera ex pituita nata
cera permixtum, quo genere nervis quoque prodest, coeliacis
infunditur. Perungui ante accessiones frigidas nitro et oleo
multi praecepere, sicut adversus lepras, lentigines; podagricis

datum, θVRTdrΩψ. *in usu datum*, eγ. *datum*, β. *instillatum* vel *in sudatu*, Harduin. — *hausta*, K. *expasta*, VR^1TdΩψ. *pasta*, R^2βγ. Ita Plinius loquitur *qui buprestim hauserit* 28, 155. — *vomitioneque*, ita nos scripsimus. *vomitionesque*, VRdΩψβγ. At v. 23, 80: (oleum) *contra cantharidas, buprestim, salamandram, pityocampas; per se potum redditumque vomitionibus contra omnia supra dicta.*

§ 120. *lasse reddatur*, Ω. — *ventris*, d. *urceis*, θVRTΩψ. — *renium*, VRTdΩψ. *renum*, β. — *dolori*, R^2Td. *dolore*, VR^1Ωψ. *doloribus*, β. — *rigore*, Ω. — *nervorumve*, d. *nervorum vel*, VRΩψ. — *Paralysi linguae*, K. *Paralisin lingua*, RΩ. *Per alysin lingua*, Vψ. *Paralysi in lingua*, dβγ. — *tisana*, VR. *tissana*, Ωψ. *ptisana*, dβγ.

§ 121. *terebentinae*, Vψ. — *eius*, R^2. *et uva*, VR^1TΩψ. *et una*, d. — *cyprino*, d. *cypreo*, R^2Ωψ. *cypereo*, VR^1. — *et*, RΩψd. Omitt. Vβγ. — *extenuat in potione vini*, VR^1TdΩψ. *exterminat in potione vini*, R^2r. *in vino exterminat potum*, β. — *sistit e naribus*, d. — *ex*, VRΩd. *et*, ψ.

§ 122. *Porriginem*, VRΩψ. *Pruriginem*, dβ. — *fato*, R. — *accessiones frigidas*, d. *accessiones frigida*, R^2. *accessio frigida*, VR^1Ωψ. — *et per oleo*, V. — *sicut*, θVRTΩψd. *sic et*, β. — *et lentigines*, K. — *podagricis*, d (codd. Gel.) *podagris*, VRΩψ.

in balineis uti solio nitri prodest, atrophis, opisthotonis,
tetanis. Sal et nitrum sulphuri concoctum in lapidem vertitur.
XI. 47. Spongearum genera diximus in naturis aquatilium 123
marinorum. Quidam ita distingunt: alias ex his maris tenui
fistula spissioresque, persorbentis quae et tinguntur in deli-
ciis, aliquando et purpura; alias feminas maioribus fistulis
ac perpetuis; in maribus alias duriores quas appellant tra-
gos, tenuissimis fistulis atque densissimis. Candidae cura
fiunt: e mollissimis recentes per aestatem tinctae salis spuma
ad lunam et pruinas sternuntur inversae hoc est qua parte
adhaesere, ut candorem bibant. Animal esse docuimus, etiam 124
cruore inhaerente. Aliqui narrant et auditu regi eas contra-
hique ad sonum, exprimentis abundantiam umoris, nec avelli
petris posse, ideo abscindi ac saniem emittere. Quin et eas
quae ab aquilone sint genitae praeferunt ceteris, nec usquam
diutius durare spiritum medici adfirmant; sic et prodesse
corporibus, quia nostro suum misceant, et ideo magis recentis
magisque umidas, sed minus in calida aqua minusque unctas
aut unctis corporibus inpositas; et spissas minus adhaere-
scere. Mollissimum genus earum penicilli; oculorum tumores 125

balneis, ψ. — *solio nitri*, Barbar. *solio*, codd. Gel. *solia nitri*, VΩψd. *soli anitri*, R^2. *soli aniti*, R^1. — *prodest*, R (codd. Gel.) *pst*, d. *prosunt*, VΩψ. — *atrophis*, dψ. *atropiliis*, V. *atropliis*, RΩ. — *Sal et nitrum*, codd. Barbari. *Sal nitrum*, VRΩψdβγ. *ut sale nitrum*, K.

§ 123. *diximus* 9, 148—150. Ceterum v. Dioscor. 5, 137. — *Quidam*, VRΩψd. *Quidam eas*, Murbac. ap. Cornar. ad Dioscor. 5, 102., βγ. — *maris*, VψTd (Murbac.) *ex his*^{ti} *maris*^{e}, R. *ex his maris*, Ω. *mares existimavere*, βγ. — *fistulas*, d. — *spissioresque persorbentes*, VRΩψd (Murbac.) *spissiores*, Kr. — *quae et*, VRΩψdK (Murbac.) *quae*, r. *et quae*, β. — *inunguntur*, VR. — *in maribus*, ita nos scripsimus. *maribus*, VRΩψd. *e maribus*, βγ. — *alias duriores*, VRΩd. *alias durioribus*, ψ. *duriores alias*, βγ. — *atque*, RΩ. *et quae*, Vψ. *etque*, d. — *e*, R^{2}d. *et*, VR^{1}Ωψ. *fiunt. E mollissimis*, K. — *spumam*, Vψ. — *rores*, K. — *teruntur*, R^2. — *adere*, Ω. — *cadiorem*, Ωψ.

§ 124. *etiam*, R. Omitt. VΩψd. — *Aliquis*, Vψ. — *auditu*, VR^{2}ψ. *audi*, R^1. *audita*, Ω. — *regi eas*, d. *regi aeas*, ψ. *raegi aeas*, VΩ. *regia eas*, R. — *contraique*, ψ. — *somnum*, VΩ. — *abscidi*, V. — *emittere*, R^2. *remittere*, VR^{1}Ωψd. — *in calida*, VRΩψd. *calida*, r. — *adhaerescere*, VR^2. *adhaerescente*, d. *adhaerescentem*, R^{1}Ωψ.

§ 125. *penicilli*, R^{2}d. *penicillis*, T (Murbac.) *penicilis*, Ωψ. *penicinis*, VR^1. *e quo penicilli*, K. — *levant*, R^2. *levat*, Murbac. *sedant*, Td. *sedante*, VR^{1}Ωψ. — *multo*, Vψ. — *impositae*, K. *impositis*, Murbac. — *iidem*, VRΩψd (codd. Gel.) *eaedem*, K. — *lippitudini*, RdK$^{1\,2}$ (codd. Gel.) *lippitudinis*, VΩψ. — *utilissimi*, codd. Gel. *utilissime*, VR^{1}Ω. *utilissima*, R^2. *utilissimae*, ψK$^{1\,2}$. — *eosque*—*oportet*, codd. Gel. Consentit d, nisi quod *ea* pro *eosque* habet. *ea tenuissimos et mollissimosque oportet*, R^{2}Ωψ. *ea tenuissimosque oportet*, VR^1. *ideo-*

levant ex mulso inpositi; iidem abstergendae lippitudini utilissimi, eosque tenuissimos et mollissimos esse oportet. Inponuntur et spongeae ipsae epiphoris ex posca et ex aceto calido ad capitis dolores; de cetero recentes discutiunt, molliunt, mitigant, veteres non glutinant volnera; usus earum ad abstergenda, fovenda, operienda a fotu, dum aliud inpo-
natur. Ulcera quoque umida et senilia inpositae siccant; 126
fracturae et volnera spongeis utilissime foventur; sanguis rapitur in secando ut curatio perspici possit. Et ipsae volnerum inflammationibus inponuntur, nunc siccae, nunc aceto adspersae, nunc vino, nunc aqua frigida; ex aqua vero cae-
lesti inpositae secta recentia non patiuntur intumescere. In- 127
ponuntur et integris partibus sed fluctione occulta laborantibus quae discutienda sit et iis quae apostemata vocant melle decocto perunctis; item articulis, alias aceto salso madidae, alias e posca; si ferveat inpetus, ex aqua; eaedem callo e salsa, at contra scorpionum ictus ex aceto. In volnerum curatione et sucidae lanae vicem inplent, nunc ex vino et oleo, nunc ex eadem. Differentia haec quod lanae

que eas tenuissimas et mollissimas, K[1]. *Eam quae tenuissima est, mollissimam esse*, K[2]. — *et spongiae*, θVRTΩψd. *spongiae*, β. — *ipsae*, om. ψ. — *poscet*, V. — *et ex aceto*, TdΩψr. *ex aceto*, V (at vid. proximam scripturae varietatem) Rβγ. — *molliunt mitigant*, Vψ. *mitigant molliunt*, RdΩ. — *non glutinant*, θVTΩψd (Murbac.) *conglutinant*, β. *mitigant, conglutinant vulnera, non item veteres*, K. — *ad abstergenda*, RΩd. *ab abstergenda*, V. *ab adstergenda*, ψ. — *fovenda*, om. Ω. — *operienda*, R. *aperienda*, Vψd. Om. Ω. — *imponatur*, VR[2]Ωψ. *imponitur*, d. *adponatur*, θR[1].

§ 126. *sanguis iis rapitur*, K. — *inflammationibus inponuntur*; pro his vv. habent *inflammationes sine ciniungitur* V, *inflammationes si nec inunguitur* (vel *inungitur*) RdΩψ. — *nunc siccae*, VRdΩ. *nec siccae*, ψ. — *nunc*, VRdΩ. *nec*, ψ. — *aceto aspersae*, θVdK. *ex aceto aspersae*, RTΩψ (Murbac.) *ex aceto inspersae*, β. — *nunc vino nunc aqua*, θVRK. *nunc vino nunc ex aqua*, Ωd. *nec vino nec ex aqua*, ψ. *nunc e vino nunc ex aqua*, β. — *ex aqua*, RΩψd. *aqua*, V. — *secta*, codd. Barbari. *siccat*, VRΩψ. *siccant*, Td.

§ 127. *fluctione*, Barbar. VRTΩψd. *fluxione*, K (Murbac.) *fluctuatione*, codd. Gel. β. — *quae discutienda*, codd. Gel. *qua*, VRΩψd. — *et iis*; pro his vv. habent *ex his* VRΩψd. — *apostema*, Ω. — *articulariis*, Td. — *e posca*, RΩd. *e poscas*, Vψ. *posca*, K. — *si*, om. ψ. — *ferveat*, Ωψd (codd. Barbari). *fuerat*, VR. — *impetus*, Ωψd (codd. Barbari). *imperatus*, VR. — *eaedem*, R (Murbac.) *eadem*, VΩψd. — *callo*, VRψd. *et callo*, Ω (Murbac.) βγ. — *e salsa*, VRTΩψd (Murbac.) *salsa madidae*, β. — *at*, RTΩd. *ad*, Vψ. — *et sucidae*, VΩψd. *ut sucidae*, R. — *nunc — nunc*, omitt. VRΩψd. — *eadem*, „forte succida lana; sed haec liquor non est. Quare non ex ipsa, sed succo eius, oesypo, id praestiterunt, nisi malis *ex aqua*, uti Dioscorides, Celsus, Galenus iubent." GESNER. hist. anim. 4, 894. Quamquam in universum huic coniecturae est assentiendum, licet tamen quaerere, annon ante verba *nunc ex eadem* nonnulla exciderint, quo haec relata fuerint.

emolliunt, spongeae coercent rapiuntque vitia ulcerum. Cir- 128
cumligantur et hydropicis siccae vel ex aqua tepida poscave,
utcumque blandiri opus est operirive aut siccari cutem. In-
ponuntur et his morbis quos vaporari oporteat ferventi aqua
perfusae expressaeque inter duas tabulas; sic et in stomacho
prosunt et in febri contra nimios ardores, et splenicis e
posca, ignibus sacris ex aceto, efficaciores quam aliud; in-
poni oportet sic ut sanas quoque partis spatiose operiant.
Sanguinis profluvium sistunt ex aceto aut frigida, livorem 129
ab ictu recentem ex aqua salsa calida saepius mutata tol-
lunt, testium tumorem doloremque ex posca. Ad canum mor-
sus utiliter concisae inponuntur ex aceto aut frigida aut melle,
subinde umectandae. Africanae cinis cum porri sectivi suco
sanguinem reicientibus haustu salis ex frigida prodest, idem
cinis cum oleo vel cum aceto fronti inlitus tertianas tollit.
Privatim Africanae ex posca tumorem discutiunt, omnium 130
autem cinis cum pice crematarum sanguinem sistit volnerum;
aliqui raras tantum ad hoc cum pice urunt. Et oculorum
causa conburuntur in cruda olla figulini operis, plurumum
proficiente eo cinere contra scabritias genarum excrescen-
tisque carnis et quidquid opus sit ibi destringere, spissare,
explere; utilius in eo usu lavare cinerem. Praestant et stri- 131
gilium vicem linteorumque adfectis corporibus et contra so-
lem apte protegunt capita. Medici inscitia ad duo nomina
eas redegere: Africanas quarum firmius sit robur, Rhodia-

emolliunt, V. *et molliunt*, R Ω ψ. *molliunt*, d. — *cohercent*, V. — *vicerum*, Ω ψ.

§ 128. *vel ex*, V R Ω ψ (Murbac.) *vel*, d. — *posca*, d. — *blandiri*, Murbac. *blandiori*, V R Ω. *blandioribus*, ψ d β γ. — *operive*, V. — *siccari*, V d. *siccare*, R T Ω ψ. — *oportet*, Ω ψ. — *perfusa*, d. — *expressaeque*, Ω. *expraessaque*, V R ψ d. — *sic et in*, θ R T d ψ. *sic et*, V Ω. *sic et impositae*, β γ. — *et splenicis*, θ V R T Ω ψ d. *sed splenicis*, γ. *sed spleneticis*, β.

§ 129. *fluvium*, V. — *aqua frigida*, T d. — *abiectus*, R. — *imponuntur*, R d Ω ψ (Murbac.) *exponuntur*, V. — *subinde*, θ V R T Ω ψ d K (Murbac.) *abunde subinde*, β. — *porri*, V R ψ d. *corpori*, Ω. — *cum sale et frigida*, K. — *item*, d. — *cum oleo vel cum aceto*, V. *vel cum oleo vel cum aceto*, R T Ω ψ. *cum oleo et aceto*, K. *vel cum oleo vel aceto*, d β γ. — *tertinas*, V R Ω.

§ 130. *tumores*, K. — *sistit*, V R d. *se sistit*, ψ. *se sista*, Ω. — *ad hoc tantum*, T. — *figolini*, V. — *opus sit*, om. Ω. — *destingere*, ψ. *adstringere*, K. — *spissare*, Ω ψ d. *respissare*, θ V R.

§ 131. *et*, omitt. R Ω. — *strigilium*, d. *striglium*, V R Ω. *triglium*, ψ. *strigilum*, β γ. — *linteorumque*, V R Ω ψ. *linteolumque*, T. *linteolorumque*, β γ. — *fricandis corporibus*, K. — *ad*, R d. *in*, V Ω ψ. — *nomina eas*, R Ω. *nominatas*, V ψ d. — *Afri*; in his syllabis desinunt Ω ψ. — *firmior*, V R d. — *Rhodiacasque*, V d.

casque ad fovendum molliores; nunc autem mollissimae circa muros Antiphelli urbis reperiuntur. Trogus auctor est circa Lyciam penicillos mollissimos nasci in alto, unde ablatae sint spongeae, Polybius super aegrum suspensos quietiores facere noctis. Nunc praevertemur ad marina animalia et aquatilia.

Rhodicas, R (Murbac.) *et Rhodiacas*, K. — *ad fovendum*, Murbac. *ad eovendum*, V. *adeo vendunt*, d. *adeo nondum*, R. — *circa Lyciam*, Rd. *caliciam*, V. — *penicillis mollissimas*, K. — *ablati*, V. — *suspensas*, K. — *prevertemur*, d. *revertemur*, VR$\beta\gamma$. — *et aquatilia*, R[2]d[2]. Omitt. VR[1]d[1].

INDEX CRITICUS LIBRI XXIII—XXXI.

XXIII. 2. *has*, β. 6. *item*, β. 7. *auribus*, Harduin. 10. *et spiritus*, Broter. cum Harduino. 12. *vomitione*, β. 16. *et ceria*, Pintian. 21. *cedrostim*, Barbar. 22. *taedio cum*, β. 23. *purgat?* 28. *est*, β. 29. *sine*, β. 30. *ea*, β. 33. *usquam*, β. 35. *In frigido*, nos. 36. *Falerna*, Gronov. *Signinum*, β. 37. *colosque*, β. *circumiectis*, β. 38. *invitatur*, β. *magisque*, β. 39. *si sit*, β? 40. *salubria*, β. *cuique*, β. 41. *curas*, β. 42. *iugem*, Gronov. 43. *contra*, β. *meracum*, β. 44. *Cardiacis*, β. *infusum autem*, nos. *cornu iis*, nos. *aufert*, nos. 47. *infirmitati*, β. *helvennaco tamen?* 48. *spe somni*, β. *nec a partu — aegrotantibus*, β. *doloribus faucium*, nos. *tetano nec*, β. 49. *et genis*, β. 50. *in vino*, β? *id? non nisi*, β. 51. *vini*, β. *et*, β. 52. *nec fieri iam arbitror? supervacuum est*, nos. *finguntur*, β. *e napis*, Barbar. 53. *ischiadicis*, β. 54. *quoties cum aliis*, β. *sternumenta*, nos. *olfactatum*, nos. 55. *potae hirudini*, Harduin.? *omni alia*, β. *spongia*, β. 56. *lichenas*, β. *colluunt*, β. 57. *domitrix*, β. 58. *pedum sensuque? impetu morbi?* 60. *minas*, Barbar. 61. *fatentur? oxalme*, β. 62. *urucas*, nos. 63. *illinitur*, β. *inflammationi*, nos. 71. *Uruntur*, β. *efflorescentes*, nos. 72. *derasus*, β. 77. *ideo*, Pintian. *decoctum*, β. 78. *nomas*, β. 80. *meconium ex aqua? salamandram*, nos. *potum*, Barbar. *laudatissimum*, β. 81. *ructent*, β. 82. *cum pari portione*, β. 88. *caryinum*, β. 91. *olet qui?* 93. *Malobathri*, β. 95. *Lirinum*, β. *et Phaselinum*, β. *Selgicum*, nos. 96. *aquae*, β. 99. *spathe*, β. *Psoras*, β. *tener cum*, β. *renium*, nos. *item cinis — efficacissimus? ad*, β? 100. *medicinarum quae*, nos. 101. *condiuntur*, β. 103. *ex illis*, nos. *qui id*, Dalecamp. 106. *ex*, β. *apyrena*, nos. 109. *multa?* 113. *sisti*, β. *inspersi*, β. *emittit*, β. 119. *restingunt*, nos. *fico*, nos. 122. *Recolligenti*, Gronov. *aut nitro admixto*, β. *Decoctae quoque eaedem*, β. 123. *coctae torminibus*, Barbar. *Nitro addito*, Pintian. *Carcinomati*, β. 124. *spasticis*, β. 125. *Crudae*, Barbar. *farinaque*, Barbar. *tostus*, β. 126. *caseum*, β. 128. *sanant*, β. *Grossi*, β. *sanant*, β. 130. *intumescentem*, Harduin. 131. *utcumque autem*, β? 132. *et? conluto ore*, nos. *Qui*, nos. 137. *mori*, β. 138. *ad idemque*, β. 139. *qua*, β. *conferentem*, nos. 141. *Cerasa*, β. 148. *ad*, β. 153. *pota*, β. *pota*, β. 159. *item?* 160. *eruptioni*, nos. 163. *Inguen ne*, β. 164. *alarum*, Dalecamp. 166. *foliis*, β. *ruri scopae*, β.

XXIIII. 3. *Cummis*, nos. 4. *Hinc*, β. *medicina*, β. *medio*, β. 5. *magnitudo*, β. 7. *cacoethe*, nos. *vehementior est iligna*, nos. 8. *vermiculum?* 9. *vi*, nos. 11. *quodque*, β. 13. *capillo*, β. 18. *Phthiriases*, β. 20. *admoti; contra*, β. 21. *sed*, β. 24. *emendare*, nos. *adversatur?* 27. *decocto*, β. 28. *prosunt*, β. 33. *e*, β. 34. *In*, β. 37. *autem*, nos. *hoc?* 40. *Ad*, β? 42. *et?* 43. *et? acaciae*, nos. 47. *utile*, β. *Fundit*, β. *ex attritu*, Gronov. *obortas*, nos. *aeque ac*, Hand. 49. *primi vino*, β. 50. *ad* deleto *et*, nos. *commanducata*, β. *decocta*, β. 51. *helion*, β. 54. *altera maior*, β. *et*, β. 57. *Alter*, nos. *floret*, β. 59. *lygon*, β. *in*, β. 60. *album*, Barbar. 63. *eruptiones*, β? *malagmata nervorum? phrenesi*, β. 65. *nascens*, β. 66. *cum fronde*, β? 67. *quam ericen*, Bodaeus. *scopis Amerinis?* 70. *ipsa in-*

posita, nos. *sedant*? 71. *auriumque*, *β*. *altilium*, *β*. 74. *in*, nos. *tumori*, *β*. 77. *taenias*, Dalecamp. *chrysocarpon*, *β*. 78. *cacoethe*, *β*. 82. *tanta vi*, Pintian. *acini*, Gronov. *chamaecisson*, *β*. *anthophoros*, Salmas. 83. *efficacissimis*, *β*. *ut*, *β*. *sint*, *β*. 85. *naturae vi*, Pintian. *quoniam*, *β*. 86. *radici*? 87. *valere*, *β*. *doloribus*, *β*. 88. *Cognata*, Barbar. *intumescendo*? 91. *digitali*, *β*. *ut*, *β*. 92. *trita* _ *aceto*? 93. *alvom solvit*? *ulcera*, *β*. 94. *erythrodanus*, *β*. 96. *poculum*, *β*? *ea et ex*, *β*. 101. *si*, *β*. 103. *omnia*, *β*. *fumum*, *β*. 104. *samolum*, *β*. 105. *viribus*, *β*. _ 106. *utilitatibus*, *β*. 107. *Spinae Aegyptiae sive Arabicae*, Harduin.? 108. *ea*, nos. 109. *acacia e*, Harduin. *arbore item viridi*? *spinosiore*, *β*. *minore tantum*, nos. *Spissatur*, *β*. 110. *utilis*, Dalecamp. 111. *aenae*, nos. 112. *erysisceptrum*, *β*. *adipsatheon*, *β*. 116. *Agrifolia*, Harduin. *Flore*, *β*. 119. *uvae*, Harduin. 125. *in*, *β*. 127. *profluvia*, *β*. 130. *chamaedropem*, *β*. *cohaerescenti*, *β*. 132. *Folia*? 133. *habet*, *β*. 134. *Chamaesyce*, Barbar. *utilissima*, *β*. *in vino cocta inuncta*, *β*? 135. *farfarum*, Harduin. 136. *Chamaecyparissos*, *β*. *Ampeloprason*, *β*. 137. *cleonicon*, nos. *zopyron*, *β*. 138. *est*, nos. 139. *echiten*, *β*. 140. *haemorroidas*, *β*. 141. *polygonoides*, *β*. 142. *aron de qua*, *β*. 144. *tonsillis*, *β*. 145. *Cleophantus*, *β*? *in*, *β*. 149. *ut et* _ *sistat*, *β*? 150. *dracontion*, *β*. 151. *arisaros*, Barbar. *altera unum*, *β*. 152. *Myriophyllon*, *β*. *millefolium*, *β*. *et*, *β*. *solidari*, *β*. 153. *Pseudobunion*, Barbar. 155. *Onobrychis*, *β*. 158. *si*, *β*. 160. *chirocmeta*, Salmas. *Aglaophotin*, Barbar. *hac*, nos. 161. *cuius radice* _ *in dieque*, *β*. 162. *Choaspe pavonum*, nos. *comedi aut*, *β*. *instabilitatem*, *β*? 163. *Therionarca*, Barbar. *autem*, *β*. 164. *Thalassaegle*, Gesner. *potamaugis*, Gesner. 165. *Hestiatorida*, Gronov. *Dionysonymphadem*, *β*. 166. *a conceptu puerperas*? 167. *oenotheridem*, *β*. *anacampserotem celeber arte*, *β*. 175. *Notia*, nos. *in hilaris*, nos. *nomas curat*, *β*. *potam e*, nos. 179. *praeligata*, nos. 181. *ita ire*, *β*? 185. *ut*, nos. 186. *item*? *Damion*, *β*. 187. *potum*, nos.

XXV. 3. *est*, Gronov. 6. *Ponticarum*, Barbar. *de*, *β*. 7. *in reliqua*, *β*? 10. *Italis*, nos. 12. *nepenthes*, *β*. *sint*, nos. 14. *ballim*, nos. 18. *quem*, *β*. *remedio*, Gronov. 19. *apparet*, *β*. 21. *reddit*, *β*. *Frisii*, Barbar. *gens tum fida*, Hermann. *monstravere*? 23. *ei*, nos. 25. *memor*, *β*. *postea*? 26. *haud*, nos. 27. *afferrique*? 29. *tuendo*? 31. *e*, *β*. 35. *irionis semini*, *β*. 37. *etiam*? *arbitrantur*, nos. 38. *parthenion*, *β*. *stante*, *β*. 39. *folia*, *β*. *aut*, *β*. 40. *usu*, *β*. *hoc*, *β*. 41. *succum*, *β*. *inunxitque*, *β*. *decoquitur*, *β*. 42. *Invenit*, *β*. *Achilleos*, *β*. *et a*, nos. *heracleon*, *β*. 43. *hanc*, *β*. *alii*, *β*. 44. *aliam*, *β*. 45. *hemionion*, Barbar. 47. *nota est*, *β*. 49. *secundum Oetaeum*, nos. *ex vicino*, Salmas. *et*, *β*. 51. *ectomon*, Bodaeus. 52. *libris*, *Drusum*? 54. *Ex aqua*, *β*. 55. *ac pice*, Barbar. 56. *soliti*? 61. *extra corporis*? 63. *querna*, Harduin. 64. *Polemoniam, alii Philetaeriam a certamine*, *β*. *similis nascitur*, nos. *montuosis*, Harduin. 65. *per extremitates*, Gronov. 67. *Pholoe et Lycaeo*, Barbar. *iisdem omnibus*, Pintian.? 68. *libadion*, *β*. *palmum*, Barbar. *fruticante*, *β*. *lychnidis*, Barbar. 71. *in*, *β*. 74. *tenuioribus*, *β*. 75. *ideoque*? *madon*, *β*. 76. *tenui*, Dalecamp. *autumno*, *β*. *ei*, Barbar. 78. *specie thyrsi*, Salmas. *abdito*, Pintian. 79. *tepido*? 80. *et napi similis*, *β*. 81. *caninam imitatur*, nos. 82. *circa*, *β*. *cachlam*, Barbar. *primum*, *β*. *Maeotim*, Pintian. *asthmata*, Salmas. 83. *sic dicta*, Salmas. *habet*, nos. *farcitur* _ *sistit*? 87. *inventione*, Salmas. 88. *quaternis*, *β*. 89. *caule*, *β*. 91. *haec* omisso *animalis*, Pintian. *helxinen*, Salmas. 92. *ei*, *β*. 94. *omnivorae*, Barbar. 95. *longa*? 96. *clematitis*, Harduin. 97. *desquamato*, *β*. *oblonga*? 99. *e*, nos bis. *privatim quae*, nos. *cunila*, *β*. 100. *radix*, *β*. 101. *imponitur*, *β*. 103. *Galatia*, Barbar. 105. *peristereon*, *β*. 107. *favis*, *β*. 108. *pro eo*, Barbar. 109. *ipsa*, nos. 113. *Therionarca*, Barbar. 115. *eius*, nos. 117. *primas*, *β*. *ei*, Gronov. 118. *incisisque*, *β*. *probatur crassitudine*, *β*. 120. *phlomon*, *β*. *elelisphaci*, *β*. 121. *phlomides*, *β*. *thryallis*, *β*. 122. *Thelyphonon*, *β* bis. 123. *rubetis*, Barbar. *ociore* _ *pernicie*? *neurada*, *β*. *parvis*, *β*. 124. *alisma*, *β*. *simplici et*, Barbar. 127. *et*, *β*. *centaurium*, *β*. *farinae*, *β*. 129. *anarrinon*, Barbar. 130. *eucleam*, Dalecamp. *alligata*, *β*. 132. *nymphaeae Heracliae*, nos. *si una*, *β*? 133. *radix combusta*, Pintian. *sit suis*, *β*. *oleo*, *β*. 135. *Cacalia*, Barbar. 136. *per inferna*, *β*. 137. *xiphion aut phasganion*, *β*. *caule*, *β*. 138. *phasganion*, *β*. *serpentis*?

*

140. *Psyllion*, β. *chrystallion*, β. 141. *contrahitur*, nos. *Thryselinum*, Barbar. 142. *minoris*, β. 143. *discutit. Iberis? cum quinquefolio*, β? *cyclaminon in*, β. *Psyllion*, β. 144. *corchoron*, β. 145. *at*, β. *eam*, β. *ferus oculus*, β. 146. *Aegilopas*, β. 148. *album*, β? 149. *alias recentium*, Barbar.? 151. *algere*, β. 153. *alios?* 154. *vis*, β. *Susis*, β. 155. *Crethmos*, β. *gramias*, Barbar. *molybdaena*, β. *radice*, β. *Capros prima*, β. 157. *Ponticae, dein Galaticae*, β? *utribus*, β. 159. *folio pingui*, nos cum Barbaro. *velut*, β. *aizoo*, nos. 160. *stergethron*, β. *hypogesum*, β. *erithales*, β. *trithales*, β. *isoetes, sed*, β? 161. *folia*, β. 162. *andrachlen*, nos. *agrian*, Barbar. *sed*, nos. 165. *ozaenam*, nos. *Conmanducatur*, nos. *utilia*, β. 168. *sed minoribus*, β? 171. *Venereum*, β. 172. *alto*, Dalecamp. *altis*, β. 173. *lacteo*, Ruell. *at*, nos. 174. *psyllium*, β.

XXVI. 6. *vari*, Pintian. *corpus intendens*, β. 8. *nascentem*, β. 10. *medicinam*, β. *Coi*, nos. 11. *celebrante etiamtum*, nos. *descendente*, β. *sedere*, β. 14. *mirabili iam*, nos. *cognomen ab aegris*, Gronov. 16. *imperatrice?* 19. *Meroide? tales dedit?* 24. *melle et axungia _ item cum*, β. *diro*, β. 25. *alcea*, β. 28. *drachmae*, β. *pondere*, Harduin. *ea demum? totidem, verbascum? cuius flos*, β. 33. *scapo*, β. *dyspnoeae*, β. 36. *anabasis*, β. 39. *isatis*, Barbar. *caule palmum alto*, nos cum Barbaro. 40. *vinaceis*, nos. *et sillybi; iis*, nos. *cummim*, nos. 41. *hemionium*, Barbar. 42. *sil*, Schneider. *stoechadis*, Barbar. 43. *expetit* et *condit*, Gronov. 44. *potu? quoque*, β. *dysintericis* omisso *et*, nos. 45. *alceae*, β? 47. *trahunt*, β. 48. *styrace*, β. 49. *exscreationes cum amylo*, Harduin. 52. *leuceoron*, β. *thorybethron*, β. 57. *per urinam*, Ian. 58. *leniter*, β. 59. *facit*, β. 61. *utili*, Gronov. 62. *characias*, β. 64. *vomitione*, β. 66. *caryiten*, Barbar. 69. *helioscopion*, β. *gratissimo; nomen*, Dalecamp. 70. *Quinto quod*, nos. *nascenti*, nos. 71. *characias*, β. 72. *Apios ischas*, Barbar. 73. *per alvum*, β. 74. *Tormina? daucumve*, β. 75. *vulnus*, β. 77. *Lien*, β. *farina e*, nos. 78. *Vesicae malis*, Harduin. 79. *Xiphii*, β. 82. *laudato*, Dalecamp. *batis*, Barbar.? *Folia pinguia albicant*, β. 83. *alceae*, Broter. *tollit*, β. 84. *Anthyllion*, β. *est anthyllis*. β. *chamaepityos*, β. 88. *cum sio*, β. 89. *et*, β. *infricata*, β. 90. *scammonia*, β. 91. *post se*, β. 92. *persolatae*, β. 94. *crethmon*, β. 95. *serapias*, β. *durior*, β. 96. *habet satyrion?* 97. *erythraicon*, β. 98. *stimulare*, nos. 99. *arrenogonon*, Dalecamp. 102. *aspera _ succi*, β. *X I*, nos. 105. *impositum*, β. 108. *myrtida*, Harduin. 111. *amygdalae*, nos. 113. *panaces*, nos. *agaricon*, nos. 115. *cum oleo*, β. *quaternae*, Pintian. 119. *panaces*, β. 123. *etiam?* 124. *struthion in*, β. 130. *et epithymum*, nos. *alcimae*, nos. 131. *ischaemon*, β. 132. *sisti*, Gronov. 133. *scandente*, β. 134. *impositam*, β. 136. *inditumque*, β. *stephanomelis*, β. 137. *agaricum item*, Dalecamp. *symphyti sucus*, nos. *item*, nos. 139. *siccat*, β. 146. *cacoethe ex aceto*, β? 149. *alga*, β. 150. *scabros*, β. 152. *etiam*, β. 153. *ut ne*, β. 157. *facit et*, nos. 158. *radice corticis* . . . . ., nos. *secundas*, β. *alcimae*, nos. 162. *perhibentur*, β. *utramque*, β. *similem*, β. 163. *Erigeron*, β. 164. *corissum*, nos. *ophrys*, Barbar.

XXVII. 2. *parentem*, β. 4. *in digitum. Ortum?* 7. *demonstratum*, β. 8. *hoc habet nomen? natura*, Barbar. 11. *phlomo*, β. *concavum alis*, Barbar. 12. *potae*, β. 13. *nominis, quoniam*, Pintian. 14. *gravi*, β. 15. *Hierosolyma*, Harduin. 17. *in sole*, β. 18. *scabritiem*, nos. 19. *exigit*, β. 21. *ruptis convulsis*, β. 22. *ea* et *cibus? iure*, Barbar. 23. *Alsine*, β. *helxine*, β. 24. *helxine*, Barbar. 25. *Syriae*, β. 26. *odor eis resinosus*, Barbar. 29. *Anonin*, Barbar. 30. *acopon*, β. 31. *e Scythia*, β. 32. *omphalocarpon*, Barbar. 33. *ut*, β. *ore*, β. 44. *in violis? Vulvae vitia et cutis?* 46. *et salem*, β. *appellatur*, β. 47. *ex minore*, β. 48. *inflationes*, β. *et*, β. 55. *Brabyla*, β. 56. *vis ei*, nos. 57. *Bupleuri*, β. 58. *Calyx*, Dalecamp. *arum*, β? *decocti*, β. 59. *onocleam*, Dalecamp. 62. *nascitur*, β. *partus sexum*, β. *vocatur*, β. 63. *crataegon*, Harduin. 65. *Cynosorchin*, β. 68. *cucubali*, β. *strumis*, β. 71. *concavom*, nos. 73. *Dryophonon*, β. 75. *fuerit*, β. 78. *thelypterin*, β. *pterin*, β. 79. *taenias*, β bis. 81. *Galeopsis*, Barbar. 91. *coguntur*, β. 92. *aenae*, nos. *habens*, β. 93. *Hypecoon*, β. *adhaerent iis*, nos cum Barbaro. *habet*, β. 94. *Isopyron*, Barbar. *phasiolon*, Pintian. *caule*, Barbar. 96. *pardalion*, Pintian. *plures*, nos. 97. *lactuca*, β. *caule longo hir-*

suto, β. 98. *exonychon*, nos. 99. *est*, Barbar. 100. *αἷμα διώκει*, Dalecamp. 102. *Mercuriali*, β. 104. *seridis*, Barbar. 106. *ferulacea*, β. 109. *croci*, β. 110. *Onosma*, β. *quatuor*, Pintian. *iacentia*, Pintian. *incisa*, β. 111. *Osyris*, β. 113. *polygonaton*, β. *teuthalida*, β. *carcinethron*, Pintian. 115. *datatur*, nos. *infarctus*, Harduin. 118. *tormina*, β. 119. *minore quam candidi papaveris*, β. 121. *inplet*, Dalecamp. 122. *Poterion*, Barbar. 125. *mas*, Broter. 126. *Phellandrion*, β. *Phalaris*, Barbar. *florem*, β. 127. *e menis*, Harduin. 131. *morbos*, β. 132. *strychnon*, β. *quod*, β. 137. *octonive*, β. 138. *Collisum*, nos. *Thalictrum*, nos. 140. *napy*, Barbar. 142. *grano*, Barbar. *cacumine*, Barbar. *comen*, β. 143. *et aristolochia VI*, nos cum Harduin. *si in umbra*, Broter. 144. *radice*, β. 146. *vel certiores? omnium rerum*, nos.

XXVIII. 4. *ut viventibus poculis? morbi? una*, β. 5. *usque*, β. *Osthane*, nos. 6. *tui*, β. 10. *victimam*, nos. 12. *DCVIIII.?* 17. *excantassit*, Pintian. 22. *eligimus*, Barbar. 23. *memoriam*, β. 24. *Nam si mensa _ videmus?* 25. *mutas*, Ferrar. *manifestum est. Alius?* 26. *bibente conviva*, β. *mensa linquenda? non esse*, β. 27. *execratissima si?* 31. *Tentyri nascentes*, β. 34. *evolsa corpori*, nos. 38. *palpebram*, nos. *tangat*, nos. 39. *Nos si haec _ rite fieri? tutatur*, Gronov.? *respicere*, β? 40. *e*, β. *redivias*, Broter. 41. *a revulso*, β. 42. *Adicit*, nos. *Granius*, β. *vicinos*, β? 44. *aut*, nos. 49. *vel? affuso*, β. *faucibus*, β. 50. *quaestuosorum*, β. 51. *e*, β. 56. *valetudinem iuvari*, Dalecamp. 57. *pinna? mulae*, Harduin. 60. *fricari*, nos. 61. *sanguinemve*, β. *pressari*, nos. 62. *et*, nos. 64. *quippe cum _ numerum quoque?* 68. *Auguria*, β. 70. *divisos*, β. 73. *additaque*, nos. *si sit*, nos. 74. *dorycnium?* 77. *congruat vis*, β. 79. *sementem*, β. *novellas vites eius?* 80. *vestis contactae?* 81. *de*, β. 83. *Icetidas*, β. 85. *quo*, β. 88. *iocusque?* 89. *servant*, β. 90. *adeps cum*, β. 91. *potam*, nos. 93. *at*, β. *laevam*, β. 95. *rostri eruti sint*, β. 101. *mitigari*, β. 103. *servatos?* 111. *donat et*, β. *hic*, β. 114. *coarguendum?* 116. *humerum? somnia*, Pintian. 117. *tepente*, Harduin.? *bibatur? cum*, β. 119. *ut*, β. 121. *inguina*, β. 122. *et*, β. 123. *praevertemur*, Gronov. *spongiosa*, β. 126. *cum frigida*, β. 127. *singulis*, β. *quinis*, β. 133. *et*, β. 136. *efficaciore femina? est?* 138. *mulsi*, β. *picem liquidam?* 142. *axungiam*, β. 145. *Laudatissima e cervis*, nos. 146. *praestantissimum*, nos. *obducendis*, nos. 149. *primumque*, Pintian. 152. *scillite*, β. 156. *Laudant*, β. 157. *solida?* 158. *pharicon*, Barbar. 161. *et contra*, β. 163. *Porrigini*, Barbar. *urinam*, nos. 165. *felium*, nos cum Harduino. *tamaricis*, β. *ita?* 166. *pota aqua quae*, nos. 167. *eorundem*, Gronov. *inungunt*, β. 168. *ellychnio*, Barbar. 170. *edint*, nos. 173. *cicino*, vir doctus apud Barbarum. 174. *fel?* 175. *Virus*, β. 176. *sit*, β? 187. *ac*, β. 189. *gargarizatur*, β. *uberibus*, nos. 190. *felis*, β. 191. *e fagino*, nos. 193. *pota, equum mori*, Gesner. 197. *cum bulbis*, β. 198. *Adiciunt*, nos. 200. *et*, β. *aceti*, β. 201. *eo*, nos. 202. *lacte cocto*, β. 204. *ius*, β. *tradunt*, β. 206. *possint*, β. 214. *beta cocta*, β. 217. *celebri*, β. 218. *habet calida*, β. *causas?* 219. *sinapive vel*, β. 220. *helxines*, Barbar. 221. *etsi*, β. *contusis?* 223. *vitulique qui*, β. 226. *equi aquae*, β. *lichenque*, Barbar. 228. *Est*, β. 231. *convaluisse*, β. *et qui*, β. 232. *hircinum*, nos. 239. *femine*, β. 242. *patitur*, β. 243. *vituli*, β. *e*, β. *sanat*, β. *percurat?* 244. *illitae*, β. 249. *coagulum*, β. 252. *lichen ex aqua*, β? *ungula*, nos. 254. *Masculi*, β. 256. *qua*, β. *semen*, β. 258. *cum melle?* 259. *Lien _ oris?* 261. *a coitu?* 262. *muris*, β? 265. *omnia haec*, β. *ranam rubetam*, β. 266. *cornua pice*, β. *convenit absumat; ac*, β?

XXVIIII. 4. *mediastinis*, β. 5. *praemia*, β. *ostendere*, β. 6. *diu scholae*, Gronov. *ea*, β. *procedente aevi nequitia*, nos. 7. *annua iis mercede*, nos. 8. *adsectator; is*, β. *potentiam*, β? 13. *fuisse e re dictum*, Gronov. 14. *corrumpet*, β. *opicos*, β. 16. *immani pretio*, β. *iterumque? excepisse?* 24. *Theriace*, Barbar. *fit ex*, β. *sexcentis*, Fabric. *imperata*, β. *perfidiam*, β. 29. *a*, β. *materiae pompa*, β. *vitae*, β. 30. *nubentibus attingi? morderive*, β. *dolentibusque*, β. 35. *supernatet*, β. 37. *auris*, Harduin. 39. *miscent*, β. 42. *haemorroidum*, β. 44. *lientericis*, Pintian. *musti*, β. 48. *cyathis*, β. 49. *lutea*, β. 50. *resinam adiiciunt*, β. 51. *potui dando*, β. 52. *innumeri aestate convoluti salivis*, Barbar. 54. *ob*, β.

55. *alioqui*, β. *pipere*, β. 56. *diximus*, β. *phoenice elate*, Barbar. *quod*, nos. *in vino*, nos. 60. *oberrat et*? 62. *his ungunt*, nos. 65. *percussos*, β. 67. *propitiatis*, β. 69. *praecanere*? *cinerem*, β. 70. *bestiae*, β. 72. *ei*, β. *Anguis*, β. 75. *vel pede*, β? 76. *ex iis*, Gronov. *produntur*, *cantharidum*? *potu*, β. 80. *ad tres*, β. 81. *magicae vanitatis*, β. 82. *autem*, β. 84. *diximus*, β. 86. *rhagion acino*, Barbar. *asterion*, Barbar. *penna*, β. 87. *Tetragnathii*, Barbar. *transversa*? 88. *agnino*, β. *in*, β. 89. *Est*, β. 90. *ut*, β. 91. *ne*, β. 94. *cynorrhodi*, β. *alba rosa*, β. 96. *Cantharides*, β. 99. *caudam*, β. *abscisa*, Broter. *hydrophobos*, β. 100. *idem*, β. *a rabioso*, β. *dandae*, β. 101. *muris*, β. *nido*, β. *necat*, β. 102. *chalcidicen*? 104. *Lemnia*, β. *qui in*, β. 106. *appellat*? 107. *Myioden*, β. 108. *dicuntur*, β. 113. *cum ebore*, β? 114. *profluentem*, β. *Cochleae*, Harduin. 117. *pluma aurium micat*, nos. 118. *hirundinisve*, β. 119. *ex utero*? *manna una*, Barbar. 120. *et viperis*, β? 121. *utrimque*, β. 124. *has scilicet — saginant*? 125. *Hippocratis*? 126. *superimponi*, β. 127. *fulvae*? 128. *sanatur*, β. 129. *cinaedia*, Barbar. 131. *dicitur; albugines quoque*, nos. 134. *liquatur*, β. 135. *melle*? 136. *distincti*, β. *tylon*, β. *et*, β. 140. *ternasve*, β. 141. *has*, β. *Musa et Picton*, β? 143. *aut parotidi*, β.

XXX. 6. *alienae gentis*, β? 7. *contenta ea*, nos. *a medicina*, Gronov. 8. *insparsit*, nos. *semper petitam*? 10. *aetate illam*, β. 12. *palamque et*, nos. 16. *Tiridates*, Barbar. 18. *diceret*? 25. *tam*, β. *inveteratam*, β. 26. *doleat*? 27. *spina*, β. *labrorum*, β. *in trabibus*, Barbar. 30. *cedria*, β. *tritus et*, β. 31. *acu transfossae illita ut*, β. 32. *trita in*, nos. *smegma*, β? 36. *sanguis*, β. *cineri*, β. *adalligari*, β. *feminarum*, β. 37. *ex oleo*, β. 38. *digerunt*, β. 40. *curari*, β. 42. *lactens*, β. 45. *Iolitanae*, Gronov. *Aetnaeae*, Gronov. *insulis Caprearum*? *laudatiores*, β? 46. *aceratae*? *membrana inveterata*, β. *humidam*, β. 48. *cibo iis*, nos? 49. *hos esse qui*, Gronov. *si*? 50. *inmortuae*, nos. 52. *inmortuae*, nos. 54. *defodere*, β. 57. *vel latas*? 59. *ileos*, Barbar. 61. *ibidis* et *crematae*, β. 62. *bibique*, β. 64. *dolorem*, β. *fluentem*, β. 65. *calculos*, β. 66. *tritasque tres*, β. *cyatho*, β. *cum*, β. 67. *vesica*, β. *tostam*, β. 68. *glebulam dilutam*, Harduin. *millepedam oniscon*, β. 69. *pompholygem*, Barbar. 72. *informicationibus*, nos. *canini*, β. *carne tusis*, β. 73. *Tetris*, β. 74. *in cibo*, β. 75. *At*, nos. 77. *mensura*? *eaedem*, β. *helxines*, β. *cremato*, β. 78. *sanguine cum urtica*? *palumborum*, Harduin.? *cum*, nos. 79. *glirium*, Harduin. 80. *soleae crematae*, β. *subtritos*, Gesner. *cum*, β. 81. *verrucas vero*, β. *intritae exedunt*, β. 82. *genitaleque*, nos. 83. *eundem*, Barbar.? *si aeger ei*, β. *respondeat qui*, β. 85. *caedentes*, β. 89. *nomine in*, nos. *casas*, β. 90. *unctu*? 91. *cervinis*, β. 92. *cerrino*, β. *inveteratos*, β. *potu*, β. 97. *olfactoriis*, β. *inveteratis*, β. 98. *eorum*, β. *Pseudosphecem*, β. 99. *panno*, β. 100. *alium*, β. *sinistro*, β. 101. *limacem*, β. 102. *aqua — hirundinum*, β. *passi*, β. 103. *inquirentis*, Gronov.? 104. *in splenio*, Gronov. cum Pintiano. 107. *immortuae*, β. 108. *nec*, β. 109. *Ambustis*, β. 110. *doloribus*, Gronov. 111. *vulva*, β. *frictae*, β. 114. *vis*, β. 115. *simblio*, Barbar. 117. *plagis sale — sumpto. Tradunt*, Harduin. *ea*, β. 120. *Ad*, β. 121. *eupatoriae*, β. 122. *cum testis*, β. 124. *Lumbos*, β. *fimum*, β. 125. *etiam*, β. 126. *cypri*? 127. *longaeque*, β. 129. *capi*, β. 131. *servat*, β. 132. *malis*, β. 134. *cum*, β. 136. *ramicosis*, β. 138. *ostrum*, β. *ponitur*, β. *iis*, nos. 140. *asinina*, β. 141. *Inhibet*, β. *et*, β. 142. *sit*, β. *continere*, β. 143. *in dextram*, β. *inhibere*, β. 144. *Phthiriasin a toto corpore*, Barbar.? *pullis*, β. 146. *Sardinia*, β. 148. *fugari*, β. *alvom*, nos.

XXXI. 5. *nunc Baiae*, Gronov. 7. *ingenii. Ponam*? *Nelea*, Harduin. 14. *molli oresque*, β. 15. *Hercynnum*, nos. 17. *explere*, β. *olei vicem*, β. *Liparim*, Passow. *in Tasitia*, nos. *Scotussa*, β. 18. *vi*, β. 22. *Plinthia*, Osann. *Fons*? 23. *hoc et*, β? *velut flammam urentem*? *Tamarici*, β. 24. *post praeturam*? 26. *Soracten*, β. 27. *nulla*? 28. *aena*, nos. 29. *in Euboeae Aedepso*, nos. 30. *Coryciis; nam*, β? *Corycio*, nos. 31. *aqua*, β. 32. *deprehendi*, β. 35. *ullius*, β. *maxime*, β. *Choaspe et Eulaeo*, β. 36. *fontes qui*, β? 37. *in Mesopotamia*? 39. *pertinet*? 40. *refrigerari*, β. 42. *deverticulo*, nos. 45. *certiore*, nos. 46. *aquas*, β. 47. *tofo*, β. 50. *oppidi*, β. 51. *circa*, β. 52. *Nili rigua*, β.

53. *corrivantur*, *β*. 54. *Pheneum*, *β*. 55. *Arethusam*, *β*. *eam insulam*, *β*. 56. *Hypanim*, *β*. 58. *omni anfractu*, *β*. 59. *atque*? 60. *mulceri*, Gronov. *quod quam*, nos. 61. *deprehenditur*, *β*. 62. *feruminanda*, nos. *affectis*, *β*. 64. *miscent*, *β*. 65. *colorem*, *β*. *ptyade*, Barbar. 66. *choleram*, *β*. *calida*, *β*. 69. *quondam*, *β*. 72. *sal*, *β*. 74. *e stagnis*, nos. *sole*, Pontedera. 77. *in*, *β*. *densato*, *β*. 78. *Gerris*, Harduin. 81. *multo atque*, nos. 82. *ex fonte*, *β*. 84. *Citieum*, *β*. 85. *Acanthius*, *β*. *aut tenuis*? 86. *Centuripis*, *β*. *Baeticum*, *β*. 88. *armentaque*, *β*. *scommata*, Pintian. 90. *deferri*, *β*. 94. *utiles*, *β*. 96. *cammaros*, *β*. *mullorum*, *β*. 98. *aut cedria*, Barbar. 99. *ex oleo*, *β*. 101. *hic et ad*, *β*. 104. *vincta*, Dalec. 105. *et*, *β*. 106. *halmyraga*, nos. 107. *Litis*, Harduin. *Chalastricum*, *β*. 109. *nitrariis*, *β*. 110. *vitro*? 111. *Nitrariae*, *β*. *quos*, nos. 113. *colycas*, *β*? 114. *vehementem*, *β*. 116. *argema*, *β*. *inungues*, Gronov. *et*, nos. 119. *in sudore datum*, Dalecamp. *vomitioneque*, nos. 120. *nervorumque*, *β*. 123. *in maribus*, nos. 126. *inflammationibus imponuntur*, *β*. 127. *et iis*, *β*. *nunc et vino et oleo*, *nunc*, *β*. *eadem*? 131. *firmius*, *β*.

GOTHAE. — TYPIS OFFICINAE STOLLBERGIANAE.